
COMMENTARIA IN QVATVOR PRIORES LIBROS ORDINATIONVM REGNI Castellæ, Authore Doctore Didaco Perez de Salamanca, Iuris Pontificij ordinarie publico munere Regente Cathedram Decreti, in præclarissima Vniuersitate Salmanticensi, deinde verò proprietatis Vesperorum Sexti.

Nunc denuò in hac Secunda editione ab eodem Authore recognita plurimisque in locis addita, additis etiam ad nouam Recopilationem legum Concordantijs.

AD ILLVSTRISSIMVM ET CLARISSIMVM VIrum D. D. Ludouicum Fernandez de Cordoua meritissimum Salmantinorum Episcopum, Regiumque Catholicæ Maiestatis Consiliarium. D. Ioannes de Benauente Garay, & Ioannes Perezius de Leon, Doctoris Didaci Perez hæredes.



Anno. 1609.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

SALMANTICAE,

In ædibus Antoniæ Ramirez viduæ.

Expensis Ioannis Garciæ Bibliopolæ.

EL REY.

POrquanto por parte de vos los hijos y herederos de Thomas Perez vezino q̃ fue de la ciudad de Salamanca hermano y heredero del Doctor Diego Perez diffunto nos fue fecha relacion que el libro llamado Ordenamiento Real glossado por el dicho Doctor Diego Perez era muy vtil como era notorio y por nos seos auia dado licencia y facultad para que por tiempo de diez años se pudiesse imprimir y se le hauia prorrogado por otros seys mas como constaria de la dicha prorogaciõ de q̃ ante los del nuestro cõsejo fue hecha presentaciõ los quales erã passados y auia gran necessidad de los dichos libros atento lo qual y la pobreza y necessidad q̃ teniades nos pedistes y suplicastes os mandassemos prorogar el dicho termino por otros diez años mas, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo fue acordado q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon; y nos tuuimoslo por bien. Por la qual os prorogamos y alargamos el termino de la licencia y prorogacion que por nos se dio al dicho Thomas Perez para poder imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion por otros seys años mas: los quales corran y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula, durante los quales os damos licencia para que vosotros o la persona, que vuestro poder especial para ello tuuiere pueda imprimir y vender el dicho libro libremẽte, sin por ello caer ni incurrir en pena alguna, segun y como se contiene en la dicha licencia. Y cumplido el dicho tiempo mandamos no vseys mas desta nuestra cedula sin tener para ello expressa licencia nuestra, so las penas en que caen, e incurren las personas que lo hazen sin tenerla. Fecha en Lerma a diez y nueue dias del mes Iulio año 1608.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor
Thomas de Angulo.

TASSA.

YO Miguel de Ondarça Zauala escriuano de camara del Rey nuestro Señor de los que residen en su Consejo doy fe que auiendose visto por los señores del dicho Consejo vn libro intitulado primera y segunda parte del Ordenamiento Real impresso con licencia de los dichos Señores glossado por el Doctor Diego Perez difunto, le tassaron a cinco marauedis el pliego y a este precio y no mas mandaron se venda y que esta fe se ponga al principio de cada vn cuerpo de los que fueren impressos para que se sepa el precio en que esta tassado y para q̃ dello conste de Pedimiento de Iuã Garcia mercader de libros y mandado de los dichos señores di esta fecha en Madrid a diez y siete de deziembre de mil y seyscietos y nueue y en fe dello lo firme.

Miguel de Ondarça
çauala.

Tabla de los titulos.

O

P

Q

R

S

T

V

ERRATAS.

Tomus Primus.

PAgina.30.columna 1.linea.13.nniman.le.animam.pa.36.co.1.li.8.cẽ.di.cens.li.43.quadritorum.le.quadratorum.pa.37.co.1.li.43.in.leg.indomo.pa.45.li.31.forum.le.fforum.pa.114.co.2.li.1.ctionem.le.dictionem.pa.118.co.2.li.4.De.le.Væ.pa.126.co.1.li.50.metritio, leg. meretricio pagina 140.columna.1.lin 46.patronum.le.patronorum.pag.141.col.2.lin.12.& le.ex.pa.174.co.2.li.48.repetione. le. repetitione.pa.238.co.1.li.3.vtique.le vtrique.pa.239.co.2.li.5.ſtatũ.le.ſtatutũ.pa.286.co.1.li.6.refernan.le.refernen.pag.285.co.1.li.30.no.le.nos.pa.306.co.1.li.150.curia le.curiã.pa.354.co.2.li.5.officij. le. officijs.pa.264.co.1.li.43.Ido.le.Ideo.pa.371.co.1.li.2.Iuegos.le.Iuezes.pa.402.co.2.li.39.imperitit.le.imperitia pa.410.co.1.li.5.ſoluo le.ſaluo pa.435.co.2.li.38.ſe.le.ſed.pa.437.co.2.li.4.iudiciũ le.iudicũ.pa.441.col.2.li.24.fi.le.ſit.pa.447.co.1.li.47.literis.le.litis.pa.474.co.2.li.47.eſſe.le eſſet.pa.497.co.1.li.28.comparauit.le.comparuit.pa.533.co.2.li.25.cſt.le.ex.pa.546.col.1.li.antep.eſſen.eſſent.pa.621.col.2.li.39.opionem le.opinionem pa.652.co.2.li.47.loquitus le.loquitur pa.689.col.1.li.27.orbepit le.obrepit pa.723.col.1.li.9.Soho le.Soria pa.757.co.1.li.19.ea le.en.pa.763.co.2.li.49.morant agum le. moram agunt pag.774.co.1.li.49.?raminis ſed clariſsimibus le.hominibus,ſed clariſsimis pa.775.co.2.li.26.vnquã le. nunquã pag.782.c.2.li.17.o.18.dutes.ao.le.antes.do.pa.808.co.1.li.32.ſubſtendas le.ſuſtentandas pa.810.co.1.li.11.maleafici le. maleficia pa.861.co.1.li.47.domum le.demum pa.888.co.1.li.21.28.omia.repulare.le.omnia.regulare pa.907.co.2.li.9.ol.le.lo.li.23.heredda.le.heredad

Con eſtas erratas eſta Impreſſo cõforme a ſu original eſte primer Tomo de las ordenanças Reales. En fee de lo qual lo firme. En Salamanca oy 6. dias de Deziembre 1610.
El correctɔr &c.

Manuel Corea
De Montenegro.

ILLVSTRISSIMO ET CLARISSIMO VIRO

eruditione, & virtutibus ornatissimo D. D. Ludouico Fernandez de Cordoua meritissimo Salmantinorum episcopo, & in eorum Academia Licentiati laurea in iure Pontificio condecorato, Regioque Consiliario D. Ioãnes de Benauente Garay, & Ioãnes Perecius de Leon Doctoris Didaci Perez hæredes.

S. P. D.

NEminem authorum videmus, Præsul egregie, qui vbiq; suorum operum calumnias & obelos posteritatis effugerit, quiq; nullibi acceperit vulnus. Hic arguitur vt nimis ieiunus, illius doctrina plus cutis, quam carnis habere dicitur, alius humi repere, in hoc affectata culpatur obscuritas, in illo stylus nimis languidus. Nec solum eruditi & frugi homines hoc sibi vendicant, sed quod molestissimum est, inepti etiam & qui carent naso eandem licentiam induunt, & ne nil scire videantur audent de sibyllinis folijs iudicare, suaq; censura cum alijs symbolum ferre. Quod nosmetipsi nobiscum sæpe agitantes, iterum atq; iterum voluentes, cum hunc regalium ordinationum tractatum a Doctore Didaco Perez elaboratum, rursum typis mandare nobis esset in animo firmum eius patronum diu inuestigauimus, & te duntaxat inuenimus dignum cuius præsidio, & fælicibus auspicijs ab omni istorum calumnia, & naso Rhinocerotis tutus in omnium percurreret manus, tuæq; maiestatis iudicio probatus canesceret sæclis innumerabilibus. Tibi inquam dicare constituimus tum ob eximium tui erga omnes amorem præcipue in Salmantinos doctores, quos tui numinis afflatu ab omni discrimine incolumes retines, in quorum numero huius operis author summa extitit pontificij iuris decoratus Laurea, & vespertinæ cathedræ dignissimus moderator. Tum egregia tua, & incredibilia bona quæ hoc ipsum iure optimo sibi vendicant, ideoq; nefas duximus id tibi denegandũ cui Dij ipsi (vt verba Laberiani de Cæsare vsurpem) nil negauerũt. Corporis tui bona intuor: ad robur pariter, & ad decorem factus es. Animi? cultissimus ille, & vberrimæ ingenij iudicijq; dotes. externa? Stirpe, & maiorum præclara progenie nobilissimus es, opibus splendidissimus; neq; quidquam facile tibi deest quod fortunæ, & naturæ adest. Priuatam tuam vitam si videamus pietas & religio occurrit quæ vel Pontificem summum deceat, castitas quæ vestalem, probitas & vitæ totius ordo, & compositio, quæ ipsum cælum. Neque enim sydera illa profecto magis ordinato, & certo cursu incedunt, quam tuæ actiones. Quid prudentia in subditorum gubernatione? Quid altitudo consiliorum incredibilis? Quid rerum omnium eximia intelligentia, & mira sapientia? Quid tranquillitas animi, & vultus proprium Cordubarum bonũ in omni euentu, ac fortuna? Quid iustitia Herculea claua firmior? Quid sempiterna pro omnium salute vi-

gilantia. Hos verborum dulcedine ad virtutem sectandam allicis, illos, quos incorrectos reperis, supplitio, & pœna ad sui authoris amorem reducis. Quæ omnia sic coniuncta quis in alio vidit, legit, audiuit? Enituit aliquis iustitia, sed absoleuit libidine, alium virtus, sed non sapientia honestauit, hunc liberalitas decorauit, sed non humanitas, reuerentiã ille terrore, iste amorem humanitate captauit, deniq; nunquam sincera bonorum

Sors vlli concessa viro: quem vultus honestat,
dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat,
Corpus destituit.

vt dixit claudianus. Nemo enim adhuc extitit, cuius virtutes vitiorum confinio non læderentur. At tibi duntaxat vir clarissime quanta concordia quantusq; concentus omnium laudum omnisque gloriæ contigit? vt nil seueritati tuæ hilaritate, nil grauitati simplicitate, nil maiestati humanitate detrahatur omnia cum bona quæ sparguntur in omnes.

Inte mixta fluunt, & quæ diuisa beatos
Per ficiunt, collecta tenes, semperque tenibus

Nec mirum omnia magna, & ampla in te aut iuxtate inueniri, quem Deus, Natura fortuna

Omnibus ornatum voluere excellere rebus.

Cui deniquehoc opus de regalibus ordinationpibus otiori iure dicandũ erat quam tibi? cuius omnia regia. Stirpem vidimus, regalis est. Opes? pene regia. Dignitatem? regia quipre animum? plane regius, ordinationes tuas? regiæ, quibus quasi cælestibus monitis in æquitate, & iustitia vitam tranquillã nos agere doces

Ergo agimus læti tanto pro munere grates
Misisti mores in loca nostra tuos.

Nil assentationis gratia, sed rei veritate coacti loquimur nil scribimus quod semitarij & pagani Magistelli non nouerint, nil nisi triuiali percussum moneta dicimus. Sed quia laudati viri boni quodammodo laudantem odere, laudet ille finimus vt dixit Euripides, silere cogimur, libantes duntaxat laudum tuarum limen, non penetrantes, quia vt sacra cum silentio potius, quã plausu expectamus, sic tuas nos virtutes, quas veneramur non exequimur. Tu tantum o. Cordubæ tuæ clarum sydus (cui certatim lucem affundunt virtus, Musa, Gratia, Fortuna) hunc laborem a tuis alumnis tibi dicatum libens accipe, & paulis per instar doni pendere patere in famæ Templo tuaque dextra innixum ab omni temporis iniuria, & inimicorum calumnia incolumem retine. Vale inculpatissime vir, & viue

Dum mundi Solisque vices variabilis annus
Sentiet, & solitos seruabunt sydera cursus

LOCA IVRIS TAM COMmunis, quam Canonici, Regni Castellæ, Aragonum, ac Lusitaniæ, quæ nouiter declarantur, aut, emendantur.

Ex iure ciuili.

L.Item quæritur.§.Qui impleto.ff.loca. fol. 49. col.2.versi·Vnde infertur.

L.in tacitis.ff.de legat.1.fo.103.col.1. versi. cuius ratio.

L.iurisiurandi.§.dabitur.ff.de operis liber. folio. 38.columna secunda.versiculo.Quæritur & vlterius.

L.fina.ff.de rei vendica.fol.51.col.2.verb. Lo negare.& fo.548.col.1.

L.1.ff.de iure fisc.fol.103.col.1.

L.penul.§.ad crimen.ff.de pub.iud.fol.532.col.1 vers.Dubitari poterit.

L.Quod si nolit.§. Si quid.ita, ff. de ædili.edict. fo.706.c.2.vers.Nec ad rem pertinet.

Lex vbi cæptum.ff.de iudi. singulariter declaratur.fol.449.colum.1.versi,Quæro cæptum est in dicium.

L.3.C.de rescind.vend.fol.631.col.1. vers. Vtrũ autem durante tempore.

L.3.C.de rebus credi.singulariter explicatur.fo. 546.col.2.verb.Posiciones.

Lex vlti. C. de edict.diui Adria. tollendo.folio. 454.col.2.versic.Item est summarium. &c. & fol.452.col.2.cum sequent.agitur de iudicijs summarijs.

Lex in criminali.C.de iur.omni.iudic.folio. 472. columna.2.versic.Vlterius dubitatur sunt duo correi.

Lex.2.C.de patrib.qui fili.distraxe.fol.59.col.2 a.versi.Filius clericus.

L. properandum. C. de iudi.insigniter ac late explicatur.folio. 444. columna prima versiculo. Est tamen quæstio si actor velit expensas.

L. etiam.C.ad.l. Falcidiam.folio. 103. columna prima.

L.si donationis.C.quod met.causa.fol.637.co.2. versi.Obligationes.

L.iubemus nulli.in princ.C.de sacrosanct.eccles. fol.637.col.2.

L. Siquis emptionis.C.de præscript. trigin. vel quadragint.ann.fol.637.col,2.

Authent.Cessante.C.de legitim.hæred.fol. 141. col.1.versi.Ex quibus infero.

L.Cum facultates.C·de ijs qui numero libero. se excusa.libr.10.fol.54.col.2.versi. Vnde si pater tributarius.

Paragraph.Si quis â non domino. Instit. de rerũ diuisio.fol.658.col.2.verb. Que sea verdadero posseedor.

Capitul.1.de filijs natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.libr.feudorum. fol. 104. col.1.verb.Manceba.

Gloss.in.l.postquam liti.C.de pact.fol. 593. col. 1.versic.Quæro vtrum iure.

Ex iure canonum.

Ex libro Decretalium.

Cap.1.de emptio.& vend.folio.196.columna,2. verbo,carestia se deue escusar. latius. fol. 429. columna.1.verb. Mas quantia de la que fuere tassada.

Capit.Vno delegatorum.de offi.delega.fol.491. col.1.versi.Quarta conclusio.

Cap.Consuluit.eodem titul.ibidem.vers. Quæro decimo.

Cap.Veniens.1.de testib.fo.60.col.2. versi. Laicus præterea.

Capi.Cossultationibus.de iure patro. folio. 658. col.2.

Cap.Ad abolendam.de hæret.fol.21.col.2.versi. Quæritur tamen.

Cap.1.de hæreti.folio. 16. columna prima versi. Qui autem.

Cap.Forus.de verb.signi.fol.439. colum. prima. versi. Contra istam.fol.669. col.1.versi.Obstat tamen.

Cap.At si clerici.de iudi.fo.59.col.2.versi. Præterea processus.

Capit.Constitutus.de in integr.rest.folio.59. capitulo primo vers.Ad suum præterea.& folio. 186.columna.prima.verbo. Por aquel mesmo precio.

Cap.Intellecto.de iureiu.39.col. 1.versi. Nota etiam.

Capit.primo De loca.folio.45.columna.1.verb.

Ex libro sexto decretalium.

Ex volumi. decretorũ.

Ex volum. clemẽtinarũ

Ex constitutionibus extrauagantibus, & priuilegijs Eugenij Quarti, ac Pauli Quarti.

Ex iure

Ex iure Regni Castellæ,

pa.1.versiculo.Primum dubium sit.

Pragmat.6.in curijs de Madrid, anni.1551.folio.764.columna.2.versiculo. ita procedunt. & in sequet.columna.optimè explicantur capitalis ordinamenti, quæ de delatione vestium agit.

Ex constitutionibus

Salmantinæ vniuersitatis

Constit.vniuersitatis Salmantinæ.15.fol.47.col.1.versi.4.Conclusio.

Constitutio vniuersitatis Salmantinæ.folio.469.col.1.versi.Sed est dubium.

Constit. Salmantinæ vniuersitatis.24.interpretatur.folio.770.columna.2.versiculo.tam etiam.

Constit.11.&18.eiusdem vniuersitatis.fol.780.columo.1. verb.Personalmente.&727.colum.2.verb.Sean seguros.

Constit.22.fol.221.col.1.verb.Porque estos son de nuestro consejo.

Ex libro fororum Regni Aragonum.

Constit.sacrificio.de ferijs.lib.3.folio.581.col.1.verb.Dias de domingo.

Constit.de natis ex damnato coitu.lib.5.fol.160.col.1.verb.Por no dar.

Constit.1.tit.de tabellioni.lib.4.folio.262.col.1.verb.Puedan lleuar.

Constit.3.tit.de exceptio.libro.8.quæ ad literam refertur.folio.642.colum.2.versiculo. Vtrum contra debitum.

Constit.vnic.de sacros.ecclés.lib.1.fol.41.colum.1.verb.Quebrantar.

Constitutio de vestium prohibitione edita in curijs de Monçon.anni 1553.declaratur.folio.770.colum.1.

Constitut.vnic.de his qui ad ecclesias confugi.libro.1.folio. 43. columna. 2. verb.sera defendido.

Constitutio. 8. titulo de veneratione corporis Christi.libro.1.folio.24.colum.2.verb. e. queremos.

Constitut.in titulo,de prælaturis & alijs beneficijs ab alienigenis non possidendis.libro. 1. folio.68.colum.2.& fol.87.col.1.verb. Que ningun estrangero.

Ex libro ordinamentorum Lusitaniæ.

Lex final.tit.39.lib.2.ordi.fol.68.col.2. versicul. quod est maxime notandum.

Lex.1.titulo.2.lib.4.fol.37.col.1.versiculo. Probatur etiam.

Lex.1.titulo.21.libro.4.folio.38.colum.2.versic. Est & alia.

Lex.1.§.1.titu.80.lib.4.fol.714.col.2.versic.Præterea intellige.

Lex.1.tit.71.lib.4.folio.100.col.2.verbo.Por no no dar occasion.

Paragrapho,17.tit.59.lib.1.fol.266.col.1. versic. Puedan lleuar.

Lex.1.tit.20.lib.4.fol.715.col.1.versic. Intellige etiam istam legem.

Lex.1.§. Empero sea dicta.tit.80.lib.4.fol.715.co.2.verb.o no fiziere.

Lex.1.tit.1.lib.2.fol.466.col.1.vers. Quæro si est dubium inter episcopum.

Paragrapho, e seiam auisados, titulo.44. libro.4.folio.485.columna.1.verb. Sea osado de impedir.

Lex.1.cum sequent.tit.49.lib.3.folio.482.col.1.verb.Que la demanda.

Lex.1.titulo.15. libro.3. optimè declaratur per ea quæ notantur.folio.526.columna.1.verb. Por malicia.

Sunt præterea plura alia loca tam iuris ciuilis, canonici, Regni Castellæ, Aragonum, Lusitaniæ, quam doctorum aut exposita, aut notata diligentiùs, quæ breuitatis causa curioso lectori relinquenda censuimus.

TA-

TABLA DE LOS TITVLOS QVE SE CONTIENEN EN ESTA PRImera parte de los quatro primeros libros de las ordenanças Reales de Castilla.

A.

B.

C.

D.

Dilació-

Tabla de los titulos.

Orden

ORDENANÇAS REALES DE CASTILLA

POR MANDADO DE LOS MVY AL-
tos, y muy Poderosos, Serenissimos, y Catholicos Principes, Rey don Fernando, y Reyna doña Isabel nuestros Señores, Recopiladas, y compuestas por el Doctor Alphonso Diaz de Montaluo, Oydor de su Audiencia, y su referendario, y de su Consejo. Nueuamente glossadas por el Doctor Diego Perez Cathedratico de Canones, en la muy insigne Vniuersidad de Salamanca.


(.?.)

Prologo sobre la Copilacion de las Ordenanças Reales de Castilla.

POrque la Iusticia es muy alta virtud, y por ella se sostienen todas las cosas en el estado que deuen, y es perfecta mas que todas las virtudes: porque communica, y participa con todas: y distribuye a todos, a cada vno su derecho. Y es mayor virtud, porque es mas comun: y el que sigue la justicia es amado de Dios, que es verdadera justicia. Y el que haze justicia, es justo. La qual es conseruadora de la humanal compañia, y de la communidad de la vida. Y es virtud, que todas las cosas asperas trasciende: cuyo fundamento es la fe, y es gran biẽ en esta vida: porq̃ los malos han por ella vergueça, y miedo. Y es buẽ habito de la volũtad: y ayunta en ygualdad de derecho a los soberanos con los baxos: y es de tanta fuerça, y valor, q̃ no solamẽte es necessaria para los buenos, mas aun para los malos, que de sus *Iustitia est virtus sublimis, & de ea multa.*

maleficios se mantienen, para que ygualmente viuan. Y es de honra, y gloria. Y los reyes como ministros della son tenidos de la guardar, y mantener. Ca escripto es, Bienauenturados son los que aman y hazen justicia en todo tiempo, y aquellos que padescen persecucion por ella. Y porque los Reyes son vigor, y fuerça de justicia. Porende los muy altos, y muy poderosos, serenissimos, y Christianissimos Rey don Fernando y Reyna doña Isabel: por la gracia de Dios Rey y Reyna de Castilla, de Leon, de Aragon, de Sicilia, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Conde y Condessa de Barcelona, Señores de Bizcaya, y de Molina, Duques de Athenas, y de Neopatria, Condes de Ruyssellon, y de Cerdania, Marqueses de Oristan, y de Gociano. Cōsiderando sus altezas, que el proprio officio de los Reyes, es hazer juzio, y justicia, y desseando, y queriendo, que en sus Reynos, y señorios la justicia florezca, y haga, y administre justa y derechamente segun deue: y aquellos que tuuieren cargo de la hazer, assi en la su casa y corte, como en la su corte, y Chancilleria, y en todos los sus Reynos y señorios la puedan hazer, y hagan libremente sin embargo, y sin dilacion. Y mirando que sin leyes la justicia no se podria sostener, y la policia no se sabe ser gouernada sin ella. Porque todas las leyes se refieren al prouecho de la cosa publica, y para guarda de la justicia: porque la ley es derecho escripto, que affirma lo honesto, y veda lo contrario: y es interprete de ygualdad, è yguala las cosas diuinas y humanas. Y es ordenança sancta, y regla comun de los justos: y la buena ley tiene quatro condiciones. La primera, es propria cosa de la ley extirpar, y desraygar los vicios. La segunda, ordenar las costumbres, y actos de los subditos. La tercera, traer los hombres à felicidad. La quarta, llana, y claramente disponer la verdad. Y el final mouimiento de las leyes es el tranquillo, y pacifico estado del pueblo. Para las hazer, y ordenar dieron occasion la variedad de los negocios occurrientes, la correction de las leyes antiguas, la supplicacion de los subditos, la decision de las dubdas, y questiones judiciales. Y porque despues de la muy loable, y prouechosa ordenança, y copilacion de las leyes de las siete Partidas, fechas y ordenadas por el señor Rey don Alfonso nono de loable memoria: el qual auia antes fecho el Fuero castellano, que se llama de leyes, por los otros señores Reyes, que despues del reynaron: y por los dichos Reyes y Reyna nuestros

ſtros ſeñores en diuerſos ayuntamientos de cortes fueron fechas y ordenadas muchas leyes, y ordenanças, y Prematicas, en muchos, y diuerſos volumines de libros, y quadernos, ſegun los caſos, y negocios que en aquellos tiempos occurrian, y acaeſcian. De las quales dichas leyes algunas fueron reuocadas, y otras limitadas, è interpretadas: y otras por contrario vſo, y coſtumbre derogadas, y algunas dellas ceſſantes. Las cauſas porque fueron ordenadas quedan, y fincan ſuperfluas, y ſin effecto: y algunas pareſcen differentes, y repugnantes de otras. Y porque pareſce, que en las cortes, que hizo el ſeñor Rey don Iuan, que ſancta gloria aya, en Madrid: año de la ſaluacion de mil y quatrociẽtos y treynta y tres años, a ſupplicacion de los Procuradores de las ciudades y villas deſtos Reynos: mando y ordeno, que todas las dichas leyes y ordenanças fueſſen en vn volumen copiladas, ordenadamẽte por palabras breues bien compueſtas. La qual por eſtonces no ſe hizo. Y deſpues en las cortes q̃ el ſeñor Rey don Enriq̃ Quarto, que ſancta gloria aya, hizo en la dicha villa de Madrid: año de mil y quatrocientos y cincuenta y ocho años, a peticion de los dichos Procuradores, ordeno que todas las dichas leyes y ordenanças fueſſen ayuntadas en vn volumen, y cada vna ciudad, o villa tuuieſſen vn libro de las dichas leyes, y que por ellas fueſſen librados, y determinados todos los pleytos y cauſas, y negocios que occurren. Lo qual no ſe hizo con impedimiento de los mouimientos y differencias, que en eſtos Reynos han acaeſcido. Y porque lo que aſsi delibraron, è diſpuſieron los dichos ſeñores Reyes, la Alteza, y merced de los dichos ſeñores Rey don Fernãdo y Reyna doña Iſabel, nueſtros ſeñores entendiendo ſer prouechoſo, y aun neceſſario para guarda, y conſeruacion de la juſticia, y para abreuiar los pleytos, y debates, y queſtiones que naſcian entre ſus ſubditos, y naturales. Mandaron que ſe hizieſſe copilacion de las dichas leyes, y ordenanças, y Prematicas juntamẽte cõ algunas leyes mas prouechoſas, y neceſſarias, vſadas, y guardadas del dicho fuero Caſtellano en vn volumen por libros, y titulos de partidas y conuenientes, cada vna materia ſobre ſi quitando y dexando las leyes ſuperfluas, inutiles reuocadas, y derogadas: y aquellas que no ſon, ni deuen ſer en vſo, conformando las con el vſo y eſtilo de la ſu corte y chancilleria. Y eſta obra eſta partida en ocho libros por diuerſos titulos: ſegun que en el departimiento de los dichos libros y titulos ſe contiene. Y porque la fe es fundamento de ley, è carrera de ſalud, Siguese el titulo de la Fe catholica.



COMMENTARIA IN ordinationes regias Castellæ.

In Ordinationes regias, Procœmium.

Reges Catholici laudantur.

MVLTA NOBIS Catholici & inuictissimi Hispaniarũ principes Ferdinãdus & Elisabeth suæ immortalitatis monumēta, & in posterũ sine fine mansura reliquerũt: quibus non immeritò totus orbis eorũ gloriã ad cœlos vsq; laudibus extollit, totaq; Hispania se tantis Principibus dignã iactat. Quis enim obsecro, cuiquã eorũ aliquid defuisse, quod deceat absolutissimũ principē, dicere tentet? Nemo quidē vel mordacissimi oris. Si enim vel pacis, vel belli tēporibus ab eis gesta, vel ad reipub. gubernationē iura sancita, vel Martē in hostes acerrimũ, clemētiãve eorũ & pietatē in supplices dicere velimus: quis vnquã vlli reipubl. præfuit, quē quisquã ijs æquiparãdũ cēseat? Qui nõ immemores imperatoriã maiestatē tã legibus oportere esse armatã, quã armis decoratã ad vtriusq; tēporis & bellorum & pacis rectã gubernationē, felicē rēpub. & armis & iure fouebãt. Nam vt taceamus, quãtum laborem in pacandis seditionibus, & in remouēda perturbatione Hispanæ reipub. iã penitus labefactatæ sub indefesso Marte pertulerint: vtq; tantarum rerum speculationem omittamus: ecquis excogitare queat horrendum illud, & memorabile Granatēse bellum ea cura (quæ tamen ab ineunte regni sui exordio animis eorum insederat, quo pacto delere possent dedecus illud Hispaniæ, totiusq; religionis Christianæ ingēs opprobrium, ingruentia tamen negotia non sinebant illos de tanti belli magnitudine cogitare) & solicitudine ab eis gestum, vt nulla vnquam quies eorũ animos irrepserit, donec expugnata Granata, totam prouinciam Christo restituerint, ac tandem catholicæ religionis hostes horrēdam pestem à tota Hispania radicitus euulserint, & exterminauerint: quo summam laudem, consummatissimamq; perpetuitatis gloriam sibi compararũt.

Granatēse bellũ, ac victoria eius enarratur.

Infideliũ expulsio à regno.

Deniq; vt missa isthæc faciamus, & ab historicis, quibus ea res curæ est, cætera perquirenda relinquamus: vt sub tantis principibus felix Hispana respub. in totum gubernationis rectitudinem obtineret, ac tandem post tot bellorum sudores tranquilla quiesceret, iura etiã, & leges religione, & pietate in subditos moti condidēre: quarũ quàm plurimas hinc inde diuersis tēporibus editas in hoc volumē ordinamenti redegere: iuxta quarum tenorem negotia sunt terminãda, & non secundũ aliud ius, vt patet ex Taurinis sanctionibus cõstitutione. 2. & absq; earum particulari relectione, vt ibidē habetur, nõ est cuiquã permissum postulare. Qua propter earum interpretationem, intellectum, & cõcordiã pro viribus aggredi non dubitaui: & si non me fugiat quia sit istud interpretandi genus laboriosum: quod fortassis adhuc idem facere tentantes, ab ista ratione submouit. At ego, quia scriptũ est Ecclesiast. 17. non oderis opera laboriosa: & vt multorum efflagitationibus parerem: & quia in magnam totius reipub. vtilitatem fore censui, tãtũ opus audebo: quanquam me multis, qui id facere debuerunt, iuniorem non ignorem. Tamen quia studij continuus labor, & ingenium supplēt tēpus, secũdũ gl. in c. monachus. verbo deuotio. 77. distinct. & Panor. in c. fi. nu. 5. de magist. Barb. in c. quod clericis. nu. 28. de for. compe. in multis sunt iuniores senibus præferendi, vt etiam latè probat Andr. Tiraq. in tractat. primogen. in princip. n. 206. versi. sed vt redeamus. Fretus igitur Dei optimi maximi auxilio, qui Moysi inuocatus respõdit Exodi. 4. Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboq; te quid loquaris: tam vastam molem aggressurus, quæstiones aliquas procemiales apprimè vtiles, ac totius operis intellectui necessarias prælibabo, ne incidam in illud Apostol. 1. ad Corinth. 14. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquar, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.

Negotia secũdum leges ordinamenti sunt definienda.

Opera laboriosa minimè fugienda sunt à viris eruditis.

Ingeniũ & continuus labor equipollēt tēpori.

Dictum apostoli. 1. ad Corint. 14. notãdũ.

Prima quæstio procemialis.

Regi cōpetit munus statuēdi leges.

AD rem igitur accedendo, sit prima quæstio, Cui sit licitum cōdere leges? In qua quæstione concludendum, q̄ regibus non recognoscentibus superiorem in suo regno est l. 12. titul. 1. partit. prima. & ibi Gregor. Lopez. Andr. Isernia in consti. Neapolita. in princip. per text. in. c. constitutio. 2. distinct. l. 1. ff. de consti princip. Franc. de Ripa in rubri. de consti. numer. 7. quia dum ei regnum commissum est, omnia concessa videntur, sine quibus regnum gubernari nequit. l. 2. ff. de iurisd. omni. iudi. Ipse etiam Princeps est vicarius Dei in temporalibus. gloss. in rubr. verb. in nomine domini. in authent. de hæredibus & falci. colla. 1. quam notat Boerius in additio. ad Ioannem Montaigne in tracta. de aut. magni consilij. & Iacobus Bonaud. in Panegyrico ad Ioānnem de terra rubea. in tracta. contra rebelles regum. Quapropter cùm rex Hispaniæ nullum in temporalibus superiorem recognoscat. gloss. in cap. Adrianus. verb. per singulas. 63. distin. notab. secundum Panor. in cap. venerabilem. num. 19. de elec. & in. c. nouit. num. 16. de iudic. Iacob. de Segura in repeti. l. imperator. nu. 5. vbi plura in additione dixi. ff. ad Trebel. meritò iura cōdere potest. Vnde si (quod omen auertant superi) iusti successores in regno Hispaniæ deficerent, regnicolæ possent eligere quem vellent, cùm nullum recognoscant superiorem, Bal. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Itē habent supremam iurisdictionem in suo regno, & omnes potestates ab eius pia largitione demanātur in toto regno. l. 18. tit. 23. par. 3. l. 18. tit. 4. eadem par. l. 4. titu. 1. lib. 2. infrà. & l. 1. & ibi dixi in gl. 1. tit. 1. lib. 3. infrà. Ideo in cōstitutionibus de iustis ac iniustis, deq; ciuitatibus, de ordine, ac de gubernandi ratione tractantibus quodcunq; rectum est, regia lex est non rectum verò, nequaquam lex regia: scientia enim ei deesse videtur, cum illegitimum sit: nam vt inquit Plato in Minoe, & Celius lib. 10. antiqua. lectio. capitul. 19. lex est, ex Pindari sententia, Deorum hominumq; regina. Et quia dicitur, Scribam eis multiplices leges capitul. scribam. de præsum. & Oseæ. 8. Quare inclyti, & serenissimi Principes Ferdinandus & Elisabeth, æterna memoria digni, has non minus sanctas, quam reip. vtiles constitutiones, & ordinationes condidere. Alij enim sunt boni, qui virtutis amore præcepta non transgrediuntur. Alij sunt mali, & hi præceptis legum, & metu pœnæ sunt coercendi, l. 1. ff. de iust. & iur. vbi glo. verb. metu pœnarum, recitat hos versus,

Rex in temporalibus vicarius Dei est.

Hispaniæ rex in temporalibus nullū superiorem cognoscit.

Electione gis deficiente legitimo successore ad regnicolas pertineret.

Lex quæ sit.

Boni virtutis causa mouentur ad bonum, iniqui ob metum pœnæ.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Recitat etiam gl. vbi est tex. in. c. irrefragabili. §. cæterùm. de officio ordi. tx. vbi gl. verb. formidine. in. c. eum qui. ibi, & si non virtutis amore, pœnæ saltem formidine à suæ temeritatis audacia refrænentur. de præben. lib. 6. Vnde id catholici principes hac fieri posse cogitantes. l. 12. & ibi Greg. Lopez literis & moribus insignis titu. 1. par. 1. & illud prouerbi. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, has tribuēre leges Hispanis sibi subiectis, quibus facillimè ius exerceri possit in regno.

Secunda quæstio procemialis.

Regiarū legum interpretatio quibus sit licita.

QVæritur secundô, vtrùm liceat interpretari, seu glossare leges regias? Videtur quòd non: quia eius est interpretari, cuius est statuere. l. si imperialis. ibi, leges condere soli imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum imperio esse oportet. l. 1. & l. leges. 3. C. de legib. l. fin. §. si quid verò. ibi, cui leges cōdere & interpretari cōcessum est. C. de veter. iur. enucle. facit. l. ita fidei hæredis. ff. de iure fis. Sed interpretatio ponitur pro arctatione, correctione, & prorogatione glo. per tx. ibi in. l. 1. ff. de orig. iur. Ias. in. l. gallus. §. etiā si parēte. nu. 1. ff. de liber. & posthu. igitur non erit alijs hæc potestas concessa. l. vectigalia. in fin. princip. ff. de publican. & vectig. l. si puellæ. ff. de ritu nuptia.

Præterea ius dicendi est iurisdictionis. c. vt animarum. de consti. lib. 6. Corne. in consil. 113. nu. 3. lib. 2. quod tamen est apud regem. tex. in. l. 12. titu. 1. part. 1. & dixi in quæstione præcedenti: igitur cui non est concessum statuere, nec interpretari, cùm talis declaratio pertineat ad solum legislatorem.

Lex in sua forma est seruanda.

Item etiam lex, & si dura, in sua forma est seruanda. l. prospexit. ff. qui & à quibus. l. quanuis. ff. de in ius vocan. l. de pretio. ff. de publi. gl. in. l. 3. ff. de officio præsi. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstan. c. consuluisti. 2. q. 5 c. scriptum est. 6. quæst. 3. cap. si Romanorū. 19. distin. capit. ad audientiam. de decim. Corneus consi. 246. nu. 3. lib. 2. Absq; aliqua igitur interpretatione leges oportebit regias obseruari.

Leges principū statuta Dei sunt.

Suadetur etiā ex Deute. c. 5. Custodite, & facite ea, quæ præcepit vobis Deus, nō declinabitis ad dexteram, nec ad sinistram: sed per viam,

viam, quam præcepit vobis Deus vester, ambulabitis. Leges autem Papæ sunt Dei: ac etiã Regis, iuxta illud Iesu Christi, *Qui vos audit, me audit*. cap. fin. de transla. episcopi. ibi, qui successor est Petri & Iesu Christi, & illud Prouerb. 8. Per me reges regnant, & iusta decernunt. c. quo iure. 8. dist. Rex est vicarius Dei. S. Tho. lib. de regimine principum, & l. 5. tit. 1. par. 2. Postremò est tex. in l. 14. tit. 1. part. 1. l. 4. tit. 4. infrà isto lib. 1. & l. 1. in ordinationibus Taurinis. In statutis etiam nostræ Salmantinæ vniuersitatis interpretatio eorum est inhibita: eò etenim prohibetur interpretari: quòd per contrarias interpretantium sententias totum penè ius sit conturbatum. l. 1. §. Nostra autem, & l. 1. §. hoc autem. ibi, nec qui posteà fuerint, audeant commentarios ijsdem legibus annectere. C. de veter. iur. enucl.

Nos tamen si has leges ordinamenti glossare voluimus, non sine authoritate fecimus: licentiam enim habui ab Imperiali Maiestate mihi concessam quarto die mẽsis Martij, anni 1556. domino Licentiato Arrieta generis & virtute clarissimo Regiæ maiestatis senatore meritissimo approbante, cui ex commissione sacri consilij domini nostri tunc Regis & Imperatoris opus istud, & commentarios examinandos tradidimus. Et eius itaque licentia & præcepto prouinciam istam tentamus. l. 12. tit. 1. partita. 1. ibi, *fueras ende si lo hiziessen con otorgamiento dellos.*

Doctores habẽt autoritatẽ interpretandi leges.

Cõtraria tamẽ opinio in hac quæstione verior est, imò quòd possint interpretationẽ, & declarationẽ per alia iura, vel ex vi rationis recipere. Nã ista facultas cõcessa est doctoribus l. vnic. C. de profess. qui in vrbe Consta. li. 12 ibi, interpretandi subtilitatẽ. l. 1. ff. si cert. pet. l. si negotiũ. ibi, ita accepi: dicit gl. illud exponens; à præceptoribus. ff. de priuileg. credi. & ibi Ripa dicit, quòd doctores habẽt facultatem interpretandi iura, nõ solũ interpretatione declaratiua, sed etiã extensiua. Idem est de iudice. Panor. in c. capellanus. n. 3. de ferijs.

Leges priores p posteriores interpretãtur.

Item leges recipiunt declarationem, priores per posteriores, & è conuerso. l. nõ est nouum. ff. de legib. l. si serui. C. de noxal. actio. cap. cùm dilectus. de consuetu. Corne. consil. 331. colum. 2. nu. 9. lib. 1. Huiusmodi tamen legum interpretatio facta à iurisperito per applicationem, & inductionem est nimis necessaria, ergo & concessa.

Præterea si hæc declaratio non esset applicanda, sequeretur absurditas. Si enim lex præcipiẽs, quòd qui occiderit, occidatur, esset absolutè intelligenda: furiosus, infans, dormiẽs, seu aliquem sine dolo occidens decapitandus esset, quod nimirum iniquum est, & cõtra tex. in l. infans. ff. ad legem Cornel. de Sicar. & in Clem. vnic. de homicidio. Item etiam si negligentia, vel culpa, non tamen dolo tale quis homicidium committeret: quia lata culpa in delictis non æquiparatur dolo. l. in lege. vbi Barto. ff. ad legem Cornel. de Sicar. tex. singul. in l. cùm autem. §. excipitur. ibi, capitalem fraudẽ admisisse accepimus dolo malo, & per nequitiam: cæterum si quid errore, si quid casu fecerit, cessabit edictum. ff. de ædili. edict. l. 1. ibi, crimen enim contrahitur, si voluntas nocẽdi intercedat, quem tx. ibi Hippoly. laudat. n. 8. ff. de quæstio. & Alexand. consil. 140. Videtur in casu proposito prima facie. col. 2. versi. cùm ergo non habuit. nu. 4. lib. 2. Philip. Decius in cap. cognoscentes. nu. 11. de constitu. in consil. 234. num. 7. lib. 2. qui probant, quòd statutum imponens pœnam mortis pro homicidio, intelligitur, dũmodo ex dolo, & proposito tale homicidium committatur. Refert Bald. & alios quàm plures huius sententiæ autores Hippolyt. in l. de minore. n. 32. ff. ad legem Cornel. de Sicar. Probat nouissimè egregius & insignis doctor Ant. Gomez in tract. de delictis. cap. 3. num. 15. probat tex. in l. 14. tit. 13. infra lib. 8. ibi, *e no ayan otra pena, porque ninguno dellos lo quiso hazer.* Ex quo tex. colligitur nullam tali delinquenti pœnam esse imponendam corporis afflictiuam, sed pecuniariam: glo. sing. in l. in actionibus, in parte, non etiam. versic. comparatur ergo. ff. de in litem iura. quam alios referens sequitur Hippoly. in l. 1. nu. 82. C. de Sicar. Et vt inquit Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in l. quicunque. C. de ser. fugit. statuta non sunt Iudaicè, & ad literam intelligẽda. Alex. consi. 83. Visa facti narratione. col. 2. lib. 2. & in consil. 134. æterni numinis. col. 5. lib. 6. & in consil. 139. Redemptoris nostri. col. 2. nu. 5. lib. 7. glo. est notanda secundum eos in l. damni. §. si is qui vicinas ædes. verb. aliquas. ff. de dam. infect. Omnis enim lex, vel consuetudo debet intelligi secundum bonum, & æquum: & ita interpretari, & si opus sit, verba eius dispositiua restringendo, vel impropriando, vt aliquid iniquum, vel absurdum non contineat. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tuto. l. nam absurdum. ff. de oper. liberto. Pulchrè Lancelotus Decius in l. omnes populi. col. 9. ff. de iusti. & iure. Bald. in l. non dubium. C. de legib. facit text. in l. si cui. ff. de seruitu. ibi, ciuili tamen modo, nam quædam in sermone taci-

Homicidium ex negligẽtia & nõ dolo cõmissũ pœna mortis nõ venit puniẽdus.

omnis lex, v[el] [con]suetudo

citè excipiuntur. & l. penultima. ff. ad exhiben. ibi, respondi non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari, sed qua mēte id diceretur, animaduertere. Taliter autem debent leges, & dicta temperari, vt non possint à sapiente reprehendi. l. Saluius. ff. de legat. præstan. quam ad hoc sæpè allegabat Bald. secundum Socinum in consil. 84. colū. tertia. numer. quinto. lib. primo. inquit etiam Alberi. post Oldraldum in l. qui duos. §. primo. per illum text. ff. de manumis. testamen. quòd interdum vis est inferenda literæ, vt sanum, & iuri cōsonum intellectum capiamus: verba etiam legis, & statuti quantumcunque præcisa, recipiūt interpretationem legalem, & temperamentum æquitatis Barto. Bald. & Paul. in l. stipulatus sum damā. ff. de verbo. obligat. vbi est videndus Ias. multa ad hoc cumulans, quæ non transcribo: verba enim legis quantumcunque latissima non debent accipi vt duritiam contineant, sed benignè, vt notat Angel. per textum ibi in l. illud quoq; ff. de petitio. hæredit. & vt dicebat Lācelot. Decius in l. cetera. §. item hoc prohibetur. in fine. ff. de legat. primo. scilicet, quòd quando cortex verborum legalis dispositionis, vel statuti sonat in aliquam absurditatem, recedendum est à verbis, & mens amplectēda. Igitur etiā si in lege haberetur prohibitio expressa interpretādi, esset nihilominus declaratio admittenda ratione vitandæ absurditatis. Soci. in dicto consil. 84. numer. quarto. versic. tertio principaliter moueor. Hanc etiam sententiam tenuit Ioan. Andr. in regu. pro possessore, numi. 2 de regu. iur. in mercurial. Bar. etiā in repe. l. omnes populi. num. 65. Bald. num. 22. Ioan. Baptist. num. 277. versic. aliquando dicit. Cardina consil. 72. num. 26. ff. de iusti. & iure. imò ista glossa, quæ fit per legem seu ex vi rationis, non potest tolli per statutum, seu legē. Bartol. loco suprà proximè citato. & Bald. in l. fin. ff. de origin. iur. Cur. Senior consil. 9. num. 25. Segura in repeti. l. 1. §. si vir vxori. num. 170. ff. de acquiren. posse. Montal. in procemi. fori. colum. 2. Paul de Castro in l. 1. nu. 18. ff. si cert. peta. Bald. in l. iubemus. §. illud etiam. num. 2. C. ad Trebel. interpretatio enim literalis est necessaria: alioquin frustra interpretes, ac viros acutissimi ingenij natura produxisset: quod fatuum est dicere l. secunda. §. his legibus latis. ff. de origi. iur. tx. in authen. quib. mod. natu. effi. legi. in princi. iuncta gloss. verb. corrigimus. colla. 5. Bal. in cap. post translationem col. 1. num. 1. de renuntia. Adducit quàm plurima Ias. in l. quamuis. num. 2. ff. de in ius voc. Franc. de Ripa in l. 1. nu. 25. ff. si cert. peta. & in. l. 1. nu. 172. ff. de vulga. & pupil. Resolutiuè igitur dicendū est, Conditores legum posse suas leges declarare, corrigere, & mutare, vt probant iura pro priori parte adducta. Azo. in summa. C. de legibus. Præterea etiam consuetudo interpretatur leges. l. de interpretatione. & l. minime. ff. de legib. quod ita verū est, vt & si communis opinio sit in contrarium: nihilominus tamen declaratio inducta per consuetudinē sit seruāda. Decius in capit. at si clerici. col. 13. de iudi. Greg. Lopez in l. 53. gl. 1. ad fin. titu. 6. parti. 1. (Consuetudinis effectus ponit Præpositus in c. cōsuetudo. col. 4. n. 10. distin. 1.) Item etiam & iudex iura interpretari potest in causa, de qua cognoscit, siue dubitetur de verbis legis, siue de casu non comprehenso in primis legibus. l. scire. & l. non possunt. ff. de legib. Felin. in c. a. eccl esiæ S. Mariæ. vbi alios allegat num. 50. de cōstitu. Licet etiam & doctoris eius vero interpretatio etsi probabilis, non tamen est necessaria. Denique leges recipiunt declarationē ex cōmuni doctorum intellectu, qui in actu practico sequendus est: tex. & ibi gl. verb. sanctorum. in clem. vni. de summa Trini. vbi latissimè quando sit sequēda cōmunis opinio. & de eius valore scripsi, ideo non repetam. Adde Stephanum Frederic. de interpretatione iuris, vltima parte, pagina. 196. versic. nam ab antiqua. Segura in l. cum patronus. nume. 50. ff. de legat. secūdo. & in l. imperator. nume. 102. ff. ad Trebel. & vtrobique in additione plene dixi. Tandem recipiunt interpretationem per punctum rationis, Bald. in cap. 1. de constitu. Ias. in dicta l. quamuis. num. sexto. Zasius consil. 9. num. 36. lib. primo. Segura in repetitione. l. prima. §. si vir. num. 119. ff. de acquiren. poss. ff. & in l. imperator. num. 38. ff. ad Trebel. tex. in cap. ad audientiam. vbi Panormi. notabi. 1. de. cleri. non residen. capit. cùm dilecta. de confirma. vtil. vel inutil. l. his solis. C. de reuoca. donatio. l. scire oportet. §. aliud autem. ff. de excusa. tutor. & in prin. distinct. 11. vbi Præpositus nume. 4. col. 1. & in capi. consuetudo num. secundo. ead. distin. Postremò declarationem iura recipiunt, quando verba sunt ambigua propter varios intellectus. Ioan. Andr. in reg. pro possessore. nu. 9. de reg. iur. lib. 6. Non obstant, quo minus hoc procedat, adducta pro priori parte: illa enim procedūt, quando interpretatio esset generalis, necessaria, & in scriptis tāquā perpetua redigēda: vel esset talis interpretatio friuola, quæ induceret additionem,

tionem, vel diminutionem legis: quod minimè fieri debet. vt habetur Deuterono. 5. vbi glo. interlinearis dicit, vt addatis aliquid, vel minuatis. & Deuteronom. 4. super illa verba, non addetis ad verbum: dicit gloss. interlinearis. Non prohibet veritatem veritati addere, sed falsitatem omnino remouet. & gloss. ordinaria inquit. Considerandũ tamen, quod hic prohibetur additio deprauans intellectum legis: non autem additio declarans, aut illucidans: secũdum quod scribitur Ecclesi. 24. qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Præterea etiam mens legis potius quam verba est consideranda. c. si propter tua debita. de rescri. Segura in dicta repe. l. imperator. nu. 39. & extenditur ad casum nõ expressum, quod, si tempore statuti conditores rogati fuissent, verisimiliter statuissent. gl. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Alex. cõs. 24. n. 34. lib. 2. Segura, vbi etiam latissimè dixi in. d. repe. l. imperator. nu. 39. Iura etiam habentia plures intellectus, secundum magis dubitabilem considerari debent. l. quod Labeo. ff. de carbo. edictum in iure. de offi. deleg. Panor. in. c. super quæstionem. §. si verò. nu. 7. eo titulo. Cõcludendum igitur posse interpretationem per alia iura iuribus annecti secundum Bar. & alios in. d. l. omnes populi. nu. 65. Præposi. in cap. erit autem. nu. 7. distin. 4.

Tertia quæstio procœmialis.

TErtiò dubitari nec minus subtiliter potest, sit ne ad ius ciuile, an ad canonicũ recurrẽdũ, existẽte aperta decisione de iure canonico, atq; etiam diuerso alio modo de ciuili, nihil autem de iure regni statutum est? In qua. q. videtur dicendum, q̃ ad ciuile, cum sit ius seculare laicorum, sitq; in suo foro seruandũ. c. 1. nouio per. nuntia. c. 2. de arbitr. lib. 6. Sitq; suum vnicuiq; ius tribuẽdũ. c. fin. de excep. li. 6. quodq; leges canonibus aduersæ sint in suo foro seruandæ. Luc. de Penna in. l. mulieres. col. 7. C. de incolis li. 10. nec Papa intendat tollere, nec possit leges, nisi quoad sui forum. gl. in. c. constitutiones. distin. 10. gl. etiam in clem. dispẽdiosam. verb. vsuris. de iudi. Ioan. Igneus in tracta. an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem. nu. 102. Item etiã quia res de facili reuertitur ad causam primã, à qua fuit deriuata. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. sed leges regni habent originem à dictis iurecõsultorum, & imperatorum. Gregor. Lopez verb. *romanos*, in procœm. 1. parti. quod satis apertum est: deficiente igitur iure municipali, & regio, ad ius ciuile, non ad canonicum pro decisione causæ in iudicio seculari controuersæ recurrendum est. Confirmatur. Nam deficiente iure canonico, pro decisione dubij, est eundum ad ius ciuile, non autem ad municipale. Præpos. in capit. consuetudo. colum. 3. numer. 7. vers. adde etiam. distin. 1. Petrus de Rauenna. in alphabeto aureo. fol. 163. col. 4. vers. mala consuetudo, Rochus Cur. in repeti. capitul. fina. sectio. 4. numer. 6. fol. paruo. 50. de consuetu. Adde quæ not. Panormita. in capitulo ex literis numero quinto columna tertia de constit. His tamen non obstantibus, asserendum fore credimus, deficiente iure regio, recurrendum esse ad ius canonicum: & è conuerso, deficiente iure canonico, ad ius regium. Nam quod est, & ratione suæ causæ firmius, & illustrius reputatur, præferendum est. l. fin. C. de his qui veni. ætat. impetra. c. penul. de senten. excommu. Sed ius canonicum respectu iuris ciuilis illustrius est, & firmius: nec minus & ius regium, quod in toto regno commune est: quia etiam compilata à Iustiniano non dicuntur apud nos iura, sed dicta sapientum, quæ deficiente lege, sequi possumus, & quatenus ratione iuuantur, & confirmant ius regium, in iudicijs possunt allegari: quod ita in allegationibus tam ecclesiasticis, quàm secularibus quotidie seruatur. Præposi. in cap. si in adiutorium. col. 1. num. 4. distin. 10. & l. 1. in decisionibus Tauri. Ad ius igitur canonicũ, vel regium, alterutro in suo foro deficiente, est recurrendum. Item leges Castellæ, & Hispaniæ sunt ius commune, & non municipale, quia vniuersale ius regni commune dicitur & appellatione iuris in regno Castellę venit ius istius regni. Panor. in capi. cùm à nobis. notab. 4. de testib. Ioan. Lupus de Pala. Rubi. in l. 1. Tauri. num. 9. Sicut appellatione iuris, per excellentiam intelligitur de Romano. §. ius autem. Inst. de iure natura. Itaq; si rex mẽtionem de iure fecerit, appellatione illa iuris, venit ius regium: vnde si Philippus noster, & Angliæ Rex de iure loquatur, venit intelligẽdum ius sui regni, quod regulat omnia inferiora, id est, de eo iure, quod ab ore Regis emanat, quia in suo regno monarcha est, totumq; continens, & ab eius sententia appellari non potest, quia præfectus est multorum prælatorum sui regni. Bald. in. c. cùm venissent, col. 2. de eo qui mittit in possess. causa rei seruã. Ioã. Lupus in repe. rubri. de donatio. inter vir. & vxor. fol. 1. col. 4. n. 19. Quod autẽ ius regni sit ius commune, tenet doctor Iacobus de Segura in repe. l. cohæredi. §. cùm filiæ. n. 19. ff. de vul-

de vulgar. & pupilla. l. 5. tit. 4. infrà isto. lib. 1. & eod. lib. tit. 12. l. 4. & l. 2. & ibi Doctor del Castillo, verb. *Por ellas*, in ordinationibus Tauri. Item quòd deficiente iure regio sit in subsidium ius canonicum, & non ad ciuile recurrendum, tenet Gundissaluus olim auditor Rotæ in repet. c. constitutus, fol. 7. vers. ego autem. de in integr. restit. Ioan. Lupus in d. repet. rubr. fol. 2. nu. 15. Doctor Castell. in l. 1. Tauri, verb. *Primeramente*, & Cifuentes in l. 3. quæst. 1. in eisdem Taurinis decisionibus. Ioã. Bernar. Episcopus Calagurritanus in pract. canon. criminal, ca. 60. & c. 136. Facit text. secundum vnum intellectũ in. c. ad nostram. de probatio. Nec aduersatur huic sententiæ, quòd iudex ecclesiasticus ob iuris canonici defectum imponat legales pœnas: licet enim episcopis per statuta sua imponere easdem pœnas, quas populorum statuta laicis imponunt delictum committentibus: dum tamen tales pœnæ iuri canonico non aduersentur. tractat hoc latè Ancharra. consil. 18. nu. 1. & fin. & Cardinal. Turrecrema. in cap. dignum. nu. 13. q. 9. dicit leges humanas fore in causis ecclesiasticis etiã criminalibus recipiendas, argumento cap. si in adiutorium, distinct. 10. & ca. sumitur. 6. q. 4. Quòd tamen verum est, & procedit dummodo leges non obuient canonibus. c. 1. dist. 10. ca. inter hæc. 33. q. 2. Vnde infertur pœnam secundùm laicorum statuta clericis ab episcopo impositam valere, dummodò talis constitutio canonibus non sit contraria, quod etiam est de mente Ancharra. in dict. consil. 18. col. fin. nu. 7. & Panorm. in. c. licet, col. 2. nu. 2. de offi. ordin. vbi dicit posse episcopum ad morum reformationem statuere, dummodò contra canones non sit, & ibi additiona. plura remissiuè citat. Iudex igitur ecclesiasticus poterit legem secularem, dispositioni iuris canonici non aduersantem approbare. Quod etiam tradit Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. n. 49. qui latè loquitur de constitutio. Dicit etiam & pulchrè Panorm. in ca. de causis, col. fin. num. 17. de offi. deleg. quòd quando pœna non inuenitur de iure canonico, recurrendum est ad ius commune statutarium, municipale, vel cosuetudinarium. Igitur ad ius regium, quod cõmune est. Non etiam obstat gloss. in cap. consuetudo. verb. cùm deficit lex. 1. distinctio. in qua Rauen. Curti. & Præpos. suam intentionem fundare nituntur, illa enim glossa nõ probat id, ad quod ab eis allegatur. Asserit namq; glossa præferendas leges in defectum canonum generali, vel particulari consuetudini: nõ autem dicit leges Imperiales compilationis Iustinianæ præferendas legibus regni non recognoscẽtis superiorem, veluti sunt leges Regis Hispaniæ, qui nullum temporalem recognoscit superiorem, secundùm gloss. in capit. Adrianus. 63. distinct. in verb. per singulas: quam dicunt memorabilem, & singularem Anto. Corset. in tracta. de potestate Regia. q. 22. num. 19. & q. 101. nu. 66. & Ioan. Lupus in tracta. de benefici. vacant. in curia. §. 8. & Segura in l. Imperator. nu. 5. vbi & nos in additione latè scripsimus. ff. ad Trebel.

Nec obstant aliæ rationes superiùs adductæ. Papa enim non tollit ius regium, nec Imperator ius canonicum: altero tamen deficiente, iuuatur ab altero in suo foro.

Nec obstabit si quis dixerit, deficiente iure canonico, vel regio, ad ciuile esse recurrendũ; eò quòd illa habuerint ab hoc originem: illud enim habet locum, quando ius, à quo aliud sumitur manet in virtute iuris, non aliàs. Hispani tamen duplex habent ius solùm; canonicum, scilicet, & regium: ciuile enim non habet vim iuris, sed rationis. Ad ius igitur, & non ad particulares rationes est recurrendum, maximè cùm ius Hispaniæ regium sit æquum, & iuri canonico consonum. Et in similibus fit transitus de vno simili ad aliud sibi simile. ca. inter cæteras. de rescrip. Ius etiam canonicum præeminet Iuri ciuili, & ideò est ei præferendum secundùm Bartholom. Cassan. in Catalogo gloriæ mundi. 10. part. considerat. 17.

Quarta quæstio prœmialis.

Qvartò dubitari potest, Vtro iure sint causæ ciuiles, & temporales decidẽdæ in terris subiectis ecclesiæ, quę tamen intra fines huius regni resident, canonico, an regio? Cui dubio respondetur, quòd regio, vt tenet Bald. in l. priuilegia. n. 3. C. de sacrosan. eccles. l. 5. incipiente, *Porque la iustitia*. tit. 4. infrà isto lib. 1. Est etiam appellandum ad regem à prælatis, & episcopis temporalem iurisdictionem habentibus: quod probat Doctor Couarru. in pract. quæst. c. 4. nu. 2. & est text. in l. 19. in lib. pragmat. Feli. in cap. solitę. n. 4. de maio. & obedi.

Quinta quæstio prœmialis.

Qvinto quæritur, Quando in eodem articulo diuersæ leges huius, vel alius compilationis nostri regni diuersè sentiunt, cui sit in eius decisione standum? Cui dubio distinctio

ctio erit adhibēda, scilicet. Aut alia lex est generalis, alia particularis, & tūc particularis est sequenda, generi enim per speciem derogatur, capit. generi, de regul. iur. lib. 6. tollitur enim contrarietas, vt notant Doctor. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & in l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. Vltimæ etiam dispositioni est standum, quando alia lex alij eiusdem libri contrariatur: posteriora enim prioribus derogāt, cap. 1. de constit. lib. 6. l. pacta, vbi Ias. C. de pact. nisi contrarietas distinctione aliqua concordari posit: quia iura iuribus expedit concordare, capitulo cum expediat. de elect. lib. 6. l. vnica. C. de inoffic. dotib. Anchar. in cap. 1. q. 24. de constitu. Philipp. Corne. consi. 89. col. 3. nu. 13. lib. 1. Aut alia distinctè, alia indistinctè loquitur: & tunc secunda indistinctè loquens non tollit distinctionē prioris. Bald. in l. omnes populi ff. de iust. & iur.

Sexta quæstio procemialis.

SExtò dubitatur, Quomodo sit in legibus huius regni procedendū? De isto dubio est l. 4. tit. 4. lib. 1. infrà & magis apertè. l. 1. Tauri, vers. *Ordenamos, y mandamos.* Notandum tamē leges, quas petitiones curiariū appellamus esse cæteris pragmaticis, & legibus ordinamēti, fori, & partitarū prēferēdas, quatenus posteriores sunt, p ea, quę in superioribus diximus.

Septima quæstio procemialis.

SEptimò quæri potest, Quamuis in causarū decisionibus potestatem contineant leges fori & styli, cum nec fuerint authorizatæ, nec in vim legum, sed tanquam consuetudines promulgatæ? In quo dubio conclusiuè asserendum existimo tales leges habere legum virtutem: siquidem in vsu & obseruantia fuisse constat in casibus in iudicio agitatis. Quod tamen verum est, dummodò irrationabiles, vel iuri huius regni contrariæ non sint. text. in l. penult. tit. 4. lib. 1. infrà. & l. 1. Tauri. Alleganti itaq; pro se legem fori incumbit onus probandi talem in vsu extitisse legem, vt latius probaui in additio. ad Segur. in repe. l. cohæredi. §. cùm filiæ. n 19. ff. de vul. post Roderi. Xuar. in rep. l. fori in prin. fol. 3. col. 2. & Zasi. cons. 5. nu. 109. lib. 1. & Marcū de Mantua in repe. l. iuris ignorantia. nu. 10. C. qui admitti. Deci. consil. 540. num. 12. Si tamen lex fori esset notoria, in communi vsu recepta, eam allegare sufficeret, nec teneretur probare. Notorium enim releuat ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi. gloss. in clem. appellanti verb. alias causas. de appell. singul. secundùm Ioan. Bernard. in tracta. fallen. regul. 497. Tenet in expresso Deci. consil. 402. n. 10. lib. 3. qui pulchre loquitur. & cōsil. 447. colum. fin. num. 12. & cons. 559. nu. 9. & consil. 605. num. 26. comprobatur ex congestis à Docto. segur. in repeti. l. 3. §. fin. numer. 18. ff. de liber. & post. Notorium autem, exempli gratia, est, si quis dicat res patrimoniales posse à propinquo retrahi pro tanto: vel etiam, bona acquisita inter coniuges constante matrimonio esse communia: vel aliud simile exemplum. Articuletur autem in interrogatorio causæ in hunc modum. Itē si sciunt &c. legem fori, in qua habetur defuncto ab intestato propinquo ad truncum bona venire, vel filium posse in tertio & quarto bonorum meliorari, esse vsu receptam in iudicijsq; contradictorijs obtentam quoties simi lem casum in facti contingentia viderunt: & ita prædictam legem practicari sciunt: nec vnquam contrarium fieri seu practicari viderunt nec audierunt: & ita est publicum & notorium &c. Adde Deci. consil. 483. numer. 25. & consil. 215. numer. 2. Quibus autem actibus contrarijs tollatur ista consuetudo, si iam esset præscripta, distinguit Alberi. in rub. C. quæ sit longa consuetu. cuius distinctio placet Andreæ Tiraq. in tracta. de primogeni. q. 90. num. 1. & 2.

Octaua quæstio procemialis.

OCtauò ex prædictis oritur dubiū, Vtrùm lex ex consuetudine tolli posit? Et videtur q̄ non per dictam. l. 4. tit. 4. lib. 1. infrà ibi, *è contra las leyes que en este nuestro libro se cōtienen.* & per. l. 2. titu. 1. lib. 5. infrà. & per dictam. l. 1. Tauri Contrariatur tamen, quòd cōsuetudo legitimè præscripta derogat legi præcedenti. iuxta tex. in c. fin. de consuet. & quæ insigniter adducit Ioan Andr. in reg. nemo potest. num. 3. de re. iu. lib. 6. vbi concludit, q̄ clerici possunt testari etiā de bonis quocūq; titulo acquisitis intuitu ecclesiæ. Quam consuetudinem & si iuri humano contrariam, validam tamen ostendit Doct. Couarru. in cap. cùm in officijs. n. 9. de testamen quod & ipse in arte testandi latè probaui. in gl. 23. ad quod est regias. l. 27. in curijs Pincię anni. 1523. quę approbat, & præcipit seruari antiquam Hispaniæ consuetudinem, quæ circa conficienda testamenta laicorum versatur, scilicet, valere consuetudinem, quæ venit post legem contrarius

tra ius scriptum, quod etiam tenet Lucas de Penna in l. vnica. C. de collat. donator. col. 2. lib. 10. vbi singulariter in punctno distinguit. Zasius in l. de quibus. ff. de legib. Doctor Didac. del Castil. in l. 1. Tauri in verbo *contra razon*. faciunt etiam quæ ipse scribit de potestate consuetudinis in eisdem decisionibus Taurinis in l. 3. verb. *Siete testigos*. versi. Sed quæro an consuetudo. & quæ notat Petrus Rauen. in tracta. de consuetu. sectio. 3. nu. 11. Non obstant leges præcitatæ in capite quæstionis: illæ enim solum reprobant consuetudinem præteritam, non tamen futuram post has leges inductam. Vtrum autem consuetudo semel à lege reprobata, possit amplius introduci, vide Petrum Rauen. vbi suprà, & quæstionem infrà 13.

Nona quæstio prooemialis.

NOnò dubitari potest. Vtrùm doctoribus solis, an & licentiatis & baccalaureis sit interpretandi iura concessa facultas? Cui dubio respondetur, quòd soli Doctori est permissa, eò quòd doctorali tantùm dignitati, & non alijs sit annexa secundùm Rip. in l. ex facto. col. 2. nume. 8. ff. de vulgar. & pupill. Ad quod citat Inno. in c. 2. de magist. & Bologn. in repe. authen. habita. fol. 4. C. ne filius pro patre. quod intellige vt per Castell. in l. 1. verbo *interpretar* in legibus Tauri. fol. 15. col. 1. & ibi Ioan. Lupus. n. 6. Supradictam etiam quæstionem tenet Hierony. Grat. respons. 116. col. 2. num. 9. lib. 2.

Decima quæstio.

QVæro decimò, Vtrum leges humanæ obligent subditum in conscientiæ foro, ita vt subijciant transgressorem mortali peccato? In qua quæstione concludendum leges Imperatorum & Regum transgressorem ad peccatum etiam in foro conscientiæ obligare, quando talis lex est fundata super certo, & non super præsumptione. Quæ conclusio colligitur ex Diuo Thoma. 1. 2. quæst. 96. art. 4. & 2. 2. quæst. 60. artic. 5. ad primum. Archiepisc. Florentin. 1. part tit. 18. cap. vnico. §. 2. Baptista Trouamala. verb. lex. quæstio. 17. & Syluester. quæstio. 8. in eodem verb. Alphons. Castrens. lib. primo. de potestate legis pœnal. capit. 4. Ioan. Methym. in lib. de restit. quæstio. 36. versic. quo præmisso videtur conclusio, &c. text. in l. 16. titu. 1. par. 1. ibi, *y meterseyan en la carrera de la muerte*, & ibi notat Gregor. Lopez. Adde glo. 2. in l. 6. tit. 6. lib. 2. infra. Paludan. in 4. sententia. dist. 25. q. 4. art. 1. concl. 1. Nauar. in manuali Confessorum cap. 23. num. 39. Andr. ab Exea in cap. 1. de cōstit. num. 184. vbi dixi in concl. 3.

Secundò confirmatur: quia vbi ius ciuile expressè non reprobatur ab ecclesia, nec continet in se peccatum, debet obseruari in foro animæ, vt probat Barba. in cap. filius. col. 2. num. 8. de testamen. dicens istam opinionem communē. Quod etiam confirmatur ex Pau. ad Rom. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. c. qui resistit. 11. q. 3. & gl. in c. final. verbo sententijs. de constitu. lib. 6. Bald. in cap. in omni. de testib. Barb. consil. 43. numero. 20. colum. 12. lib. 1. Adrian. Pap. quæst. 6. quodlibetica. Quod tamen intellige intentione legislatoris non cessante, vt probat Curtius Iunior consil. 12. num. 10. dumque modò talis lex sit iusta. cap. erit autem. 4. distinctio. S. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 5. Dumque etiam legislator habuerit potestatem: aliàs enim nō ligat. cap. fin. de constit. lib. 6. l. fina. ff. de iurisdict. omni. iudi. text. secundùm Cæpol. nume. 10. post Bald. ibi in l. sciendum. ff. de ædil. edi. Si enim princeps in materia spirituali, & super rebus spiritualibus statuat, inualidum erit statutum. c. fina. de reb. eccle. ca. nouit. de iudi. Vnde infertur præceptum rectoris vniuersitatis alicuius, vt intersint Doctores vel scholastici alicui congregationi, in qua de re graui tractatur, obligare transgressorē ad peccatum. Si tamen sub pœna præstiti iuramenti scholares interesse cōgregationi, missarumve celebrationi, vel alijs iubeantur, talis pœna non est durè intelligenda: non enim præsumendum est, attenta pia mandātis intentione, in his, quæ magni ponderis non sunt, velle sibi vt pareāt sub periurij pœna, sed ad memoriā iuramentum reuocare, ne suis subditis contēptui sit, obidque præceptis parere renuant. Ita explicat Ioan. Driedo. in Christiana libertate, pag. 172. & Couarru. in repet. ca. quamuis pactum. 1. par. relectio. §. 7. ad fin. de pactis. lib. 6. Quod maximè est notandū, ne passim quis temerè periurij reus damnetur, etiam si superioris præceptum prætermittat.

Præceptū rectoris vniuersitatis quādo obliget ei transgressio ad peccatum.

Lex itidem super præsumptione fundata non obligat, veluti illa, scilicet, quæ hæredem non conficientem inuentarium vltra vires hæreditatis teneri creditoribus hæreditarijs asserit, tex. in l. fin. §. sin verò postquàm. C. de iure deliberan. l. 10. tit. 6. part. 6. quæ non obtinet locum in conscientiæ foro secundùm Bart. in rubri. ff. de acquirend. hæred. num. 3. quam etiam sententiam probat Feli. in ca. audiuimus.

Lex fundata super præsumptione, nec mera pœna legis obligat in animæ iudicio.

diuimus. nu. 1. de simoni. & Baptis. Trouamala. verb. hæreditas. §. 12. estq; cōmunis sententia doct. secundùm Iason. in rubr. nu. 23. ff. de acqui. hær. Dixi latè ad Segur. in repe. l. 1. §. si vir. n. 125. ff. de acquir. poss. Intellige tamen, etiam si ad peccatum obliget, non tamen ad restitutionem pœnæ in foro conscientiæ teneri: quia lex conscientiam non ligat, quos natura non obligat, secundum Baldum in l. 1 C. de vectiga. & com. & Feli. in citato cap. audiuimus col. 1. Cum enim sit mera pœna, nihil ex suis bonis abest fisco: quare naturaliter ei quis non tenebitur. gl. cōmuniter recepta in c. fraternitas. 12. q. 2. singul. secundùm Feli. in d. c. audiuimus. Quæ opinio cū dicta gl. communis est teste Ludo. Gomez in §. ex maleficijs. nu. 14. de actio. & nos latè probauimus ad Segur. in l. filius dum in ciuitate. nu. 15. ff. de verb. obligat. Vnde infertur reuendentem triticum contra pragmaticam peccare, non tamen in conscientiæ foro ad restitutionem pœnæ in eo contentæ teneri. tex. in l. 180. & in fine operis anni. 1548. in curijs Pinciæ. fol. 40. & fol. 51. De hoc in prosecutione operis latiùs dicemus. Nota tamen istud ad l. 8. cum sequenti. tit. 7. lib. 5. infrà.

L. 8. tit. 8. lib. 5. infrà.

Ex quo etiam infero & notabiliter peccare etiam illum, qui alienam cædit syluam ligna que inde extrahit: ea nimirum ratione: quia legi obuiat & statuto iustè id ad reipub. vtilitatem prohibenti: cōmodum enim affert reipubli. lignorum montiumque copia. At qui prohibitioni de lignis cædendis obuiat, vniuersali preponit particulare commodū. quod prohibet Auth. res quæ. C. commu. de legat. & cap. ratio nulla. de præbend. l. 3. titu. 28. part. 3. Populus itidem, dominusve alicuius loci prohibere potest ne quis sine licētia possit locum ingredi: in re enim propria quilibet legem potest iustam inducere. l. in re mandata. C. mandati. l. diuus. ibi, non est rationabile nolentibus dominis vos in alienis agris aucupari. ff. de seruit. rustic. prædio. Nulli igitur, cum alia ab alijs oppidis diuisas habeant syluas, contra statutum id prohibens alieni mōtis ligna cædere vel extrahere licebit. Quælibet etiam vniuersitas statuta circa rerum suarum administrationem condere potest. l. fina. vbi notat Bald. C. de iurisdict. omni. iudi. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Dec. cons. 197. lib. 1. Adde quæ notat Roderi. Xuarez allegati. 6. Quòd autem peccet, tenet Dominic. Soto. lib. 1. de iust. & iure. q. 6. art. 4, & lib. 4. quæst. 6. art 4. p. 342. col. 2. Nauar. in manual. confess. pag. 454. nume. 36. Alphōs. de Castro de potestate legis pœ. lib. 1. cap. 10. §. primo. Adde etiam quæ tradit notanter Couarru. in repet. regul. peccatum. 2. par. §. 8. de regu. iur. lib. 6. Dato igitur quod peccet, dubiū est, vtrū ad restitutionē, vel æstimationem damni illati teneatur? Per prædicta videtur quòd sic, ad suam etenim syluam ligna pertinent. argum. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. commu. prædi. ibi, diuisit fundum regionibus. Si itaque sylua, de qua ligna surripit, aliena est, non dubium est quin furtum committat: igitur, & si lex in tali casu imponat pœnam (quæ tamen pœna in foro animæ nō debetur) tenebitur ad interesse rei sublatæ ratione furti commissi damnique illati in arboribus fructibusque pomarij, vel syluę, vel cuiusuis alius fundi cuiuscunque domini tam particularis quàm vniuersalis. Ita tenet. Alphons. de Castro copiosè & eleganter vbi suprà. Hoc tamen limitarem, si ex statuti forma vel partium conuentione expressè intelligeremus ad pœnam tantùm legis vel statuti teneri ligna scindentes ac asportantes: tunc etenim, vt opinor, illa lex concessoria est ex partium conuentione, non prohibitoria. Quā tamen limitationem intellige, dummodò qui rapit, in vsus suos rem raptam habeat: & sit illius loci, in quo est sylua vel mons: si enim ad vendendum surriperet eò quod vtilitas rei cōmunis cessat, succeditq; cupiditas, tenebitur in foro animæ ad restitutionē susceptræ æstimationis ex venditione. Quod iuri existimo consonū, & ita sæpiùs rogatus cōsului. Quid de eo qui habet ius piscandi in certa parte fluminis præscriptione quæsitum, cum habeat ius prohibendi. vt in cap. quę sint regalia. verbo piscationum. vide per Afflict. fol. 184. colum. 2, idem erit respondendum.

Ligna cędens contra statuti præceptū verū peccet ac teneatur in foro animę restituere.

Vndecima quæstio

VNdecimò offert se nobis nec minùs notabile dubium, Vtrùm in causarum ecclesiasticarum decisionibus, deficiente iure canonico, sit ius ciuile dictis sanctorum præferendum? Quam quæstionem ad vtranq; partem latissimè & singulariter tractat Lucas de Penna in l. medicos. col. 2. C. de professor. & medi. lib. decimo. Ego tamen ita distinguerem. Aut enim est causa spiritualis ad fidem spectans, & tunc si dictum sancti sit vel noui vel veteris testamenti authoritate fundatum, imperiali decisioni præferrem, cum gloss. in cap. de libellis. 20. distinct. in verb. illorum singul.

In causis ecclesiasticis deficiēti iure canonico an ad dicta sanctorū vel ad iura regni sit recurrendum.

sing. secundũ Ias. in §. quædam. n. 66. Insti. de actio. Aut est dictum sancti simpliciter spectans ad causam temporalem: & tunc lege regia si sit, erit causa decidenda in foro canonico, dummodò talis lex sit equitati consona.

Duodecima quæstio.

Lex vel statutum quando desuetudine tollatur.

EST & duodecimò pulchra & quotidiana quæstio, Vtrùm lex, vel statutum desuetudine tollatur? De qua etiam quæstione pulchrè Lucas de Penna in l. euidenter. col. 2. C. de excus. mun. lib. 10. & in leg. 3. col. 1. C. de pala. largi. lib. 12. Petrus de Rauen. in tract. de consuetud. sect. 4. nu. 58. fol. 145. Doct. Castell. in l. 1. verb. *no se guarda*, in decisio. Tauri. gl. in proœ. insti. in verb. desuetudine. Huic ipse dubio sic satisfacerem. Aut lex abijt in desuetudinem per contrarium vsum, itaq; nũquam fuit recepta, vel semel recepta non fuit vsitata: quo casu cessat virtus illius legis, & obtinet vicem consuetudo prior. gl. in c. frangere. de treug. & pace, ordinaria secundũ Ias. in l. rem non nouam col. 2. nu. 5. C. de iudic. quæ dicit statutum non receptum in obseruantia, nec moribus vtentium approbatum, nullas habere vires: nec ei obuianti dicetur transgressor. Citat Mõtal. in l. 10. tit. 11. par. 3. in glo. magna ad fin. singul. secundùm Alexan. cõs. 6. Viso themate & dubijs. n. 2. & cõsil. 132. Visa facti narratione col. 2. nu. 1. vbi hanc cõmuniorem dicit opinionem: vbi etiã subdit in dict. consil. 132. ex cursu decennij citra regis vel superioris notitiam talem consuetudinem præscribi, dicitq; istam in terris imperij communem opinionem. Aut casus illius legis nunquam euenit, quòd de raro contingentibus esset: & tunc & si nõ vsitata, semper tamen viget, & est in sui viridi obseruantia. l. Arriani. C. de hæretic. Montal. in dicta gl. magna. l. 10. tit. 11. par. 3. Itaq; & si contrarius vsus statuto iuris deroget, non tamen desuetudo. Si autem talis omnino idẽ quod ius diuinum disponeret, nec desuetudine, nec cõtrario vsu tolleretur: siquidem est eadem cũ iure diuino, quod immutabile est c. fin. de cõsuetu. Panorm. & cõmunis in cap. 1. de treuga & pace. Præposit. & Alex. in §. leges. 4. distinct. col. 2. & 3. post Domini. ibi Greg. Lopez in l. 6. tit. 1. par. 1. verb. *El pueblo*. Petrus Rauen. de consuetu. sect. 1. nu. 47.

Consuetudo etiã cõtra ius diuinum excusat à pœna tẽporali nõ tamen à gehennali.

Vnum tamen est notandum, obuiantes diuinæ legi, vel naturali, sequentes prauam populi consuetudinem esse à temporali pœna immunes, non tamen à gehennali, vt inquit glo. in cap. denique. verbo, consuetudine di. stin. 4. & glo. in c. 2. de tempor. ordina. gloss. etiam in c. cùm venerabilis. de consuet. Præposi. in d. c. deniq; nu. 30. 4. dist. Roman. singul. 19. An cõsuetudo. Francis. Cremen. sing. 149. Mos puerorum. tradit Feli. in ca. ea quæ n. 1. col. 1. de simonia. & in c. ex tenore. n. 22. de rescript. Iaso. in l. singularia. col. pen. n. 49. ff. si cert. peta. Hippolyt. in pract. causa. crim. §. quoniam. n. 97. & in consil. 7. n. 26. Alexan. consil. 8. Et aduerte. col. fin. nu. 8. lib. 6 & consil. 233. co. 2. n. 13. lib. 6. Et vtrobique refert Alex. prædictam glossam post Anchar. & dicit rectorem oppidi cuiusdam aufugisse, eo quòd accusatus fuerat: factaque in eum inquisitione, repertum fuerat priuatos eum habere carceres, pluresque vinculis oppressos haberi iussisse: liberatum tamen & absolutum à crimine, inquit fuisse, eo quod probauit prædecessores suos idem facere consueuisse.

Quæstio decimatertia.

Consuetudo semel à lege reprobata, an de nouo introduci posit.

DVbitatur prætereà & decimotertiò, verũ cõsuetudo semel per legẽ damnata, possit reintroduci? Cui respõdet gl. in clemẽ. statutum. verb. consuetudine. de electi. dicens illam reprobationem consuetudinis de præterita, non de futura intelligi: Quod latè probat Andr. Tiraq. in tracta. de vtroque retra. lib. 1. in princ. n. 17. Aduertendum etiam illam gl. secũdùm istam theoricam debere in hũc modum legi hæc litera, tollere noluit: alia enim litera inquit, tollere voluit, secundùm quam allegantes eam ad alium sensum intelligesnẽpe quòd vbicunque lex reprobat consuetudinem, non solum præteritam, sed & futuram videtur reprobare consuetudinem. Quam opinionem ab omnibus reprobata prædicta glossa dicit teneri Ias. in l. cunctos populos. colum. 16. num. 73. C. de sacrosanct. eccles. & Imol. in cap. cùm ab omni. n. 3. de vita & honesta. cleri. Illam glossam dixit singularem Iaso. in l. de quibus. nu. 55. ff. de legib. Ioan. Lupus in repe. c. per vestras. notabi. 5. fol. 105. col. 3. de dona. inter vir. & vxor. vbi plures prædictam gl. in priori opinione, quam nos etiam tenemus, approbantes retulit. Distinguendũ tamẽ est in ista quæstione cum Petr. de Rauen. in tract. de consuetud. sectio. 3. nu. 11. Ant. Gomez in l. 51. nu. 26. ad fin. in leg. Tau. & Couarru. in lib. 3. Varia. resolu. capit. 13. nu. 4. statim de hoc articulo disputante, & resoluente per quatuor conclusiones.

Gloss. in clem. statutũ corrigitur, ac declaratur.

Decimaquarta quæstio.

Legis definitio.

QVæro etiam vlteriùs & decimoquarto, Quid sit lex, In quo dubio omissis pluribus definitionibus, quas adducere poteram, lex est secundum iureconsultum Martianũ in.l.2.ff.de legib.institutio, & donum Dei. Secũdò, vel aliter, Lex est sanctio sancta iubens honesta, prohibens contraria, ibidem. Vel aliter & 3. Lex est recta voluntas eius, qui vicẽ populi gerit, voce aut scripto promulgata, cũ intentione obligandi subditos ad parendum sibi. Quæ definitio est integra & optima secundum insignem patrem Alphon. Castren. lib.1.de potestate legis pœna.cap. 1.vbi eam per partes exponit. Lex itidem authore Apostol. 7. ad Rom. est mandatum iustum & bonũ. Quã definitionẽ refert glo.in.§.lex.insti. de iure natu. & Petrus Vnzola in arte notariatus rubr. de diuis. pactorum.n.6. Quinto etiã, Lex est oratio grauis & recta faciẽda imperãs nõ faciẽda prohibens. Vel sextò, Lex est castigatio vel doctrina scripta hominũ vitã à malo reprimens, quæq; fieri oportet instruens. l.3. titu.1.part.1.l.1.titu.6.lib.1.fori legum. Præterea & septimò, Lex est diuinarum humanarumq; rerum notitia. Item etiã & recti iussio, Donum Dei, Dogma deniq; hominum sapientum, relata per Polydorum Virgilium, De inuentoribus rerum lib. 2.ca.1. Quid autem sit lex, senatúsve consul. quid prætorum edicta, vel responsa prudentum, declarat Alexan. ab Alexan. lib.6.genial. dierum.c.23.

Quæstio decima quinta.

VLtimò quæro, vtrùm attulerit vtilitatem hominibus constitutio legum? Dicendũ quod sic. Probat S. Thom. 1.2.q.91. arti.3.& q.95.art.1. Archiepis. Florenti. 1. parte.titu. 17.c.vni.§.2. Confirmatur ex beato Ysidoro lib. etymologiarum, dicente, Factæ sunt leges, vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas. Hoc tamen humano generi necessarissimum est: vtilis igitur fuit humanarum legum constitutio. Inquit etiam Philosophus.2.Ethi. voluntatem cuiuslibet legislatoris id inspicere, scilicet, vt homines reddat bonos. Tradit Domi. Soto lib. 1.de iust. & iur.q.5.art,1. — Legũ institutio necessaria fuit.

Quare indubitabiliter est dicendũ sanctissimam & apprimè vtilem reipub. harum ordinamenti legum constitutionem fuisse quas inuictissimi, excellentissimi, sanctissimiq; Hispaniarum principes Ferdinãdus & Elisabeth æterna memoria digni, vt suprà iam diximus, condidère. Sub quorum tutela Hispana respub. floruit, ac reliquas omnes felicitate præterijt: nec ei fames vnquam sub eorum imperio, aliúdue infortunium euenit, quibus ob regum peccata, Deo permittente, sæpius respub. vexari solent, vt habetur lib.2. Regum.c. final. — Ferdinandus & Elisabeth Hispaniarũ Principes laudãtur.

Titulo.

Titulo. I. De la sancta Fe [a] catholica [b].

Fidei definitio.

SAncta Fe. Quæ est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Paulus Apostolus ad Hebræ. 11. Facit capi. in domo. de pœniten. distin. 4. gloss. in rubri. de summa trinita. Antoni. de Butrio in capit. primo. quæstio. 2. extra de summa trinita. l. 31. titul. quarto. partita. 1. Magister sententia. libr. 3. distinct. 23. cap. 2. Archiepiscopus Florenti. 4. part. titul. 2. capit. secundo. §. primo. Alphonsus de Castro in libr. septimo. de hæresibus. verb. fides. Nec quisquam sine ista fide ad veram beatitudinem peruenire potest, teste Augustin. de trinitate libr. 13. capitulo. 20. & Athanas. in symbolo, Quicunque vult. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque firmiter fideliterque crediderit, saluus esse non poterit. Magister in. 3. sententia. distinct. 23. capitulo. 3. l. 31. titul. quarto. parti. prima. Paul. ad Hebræos. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. De hac fide præsens rubrica loquitur, quæ (vt inquit Leo) sola genus humanum viuificat: sola sanctificat. Firmiter igitur tenenda est. capitulo primo. de summa trinita. Qui autem in ea fide dubitat, infidelis est. capitulo primo. de hæreti. Qui tex. de eo intelligitur, qui de veritate fidei aliquid, quod tamen scit esse de fide, dubitat: is enim grauissime errat, siquidem certissima pro incertis habet. Nam eo ipso, quòd scit illud esse de fide, ac dubitat, hæreticus pertinax est. Si tamen quis ignorantia probabili, vel animi infirmitate dubitaret, non discedens à fide catholica, sed veritati cognitæ assentiri paratus, cum pertinacia careat, hæreticus non est. Ita docent Ioannes Andr. Ancharra. Henricus, Cardinal. Panormitan. Ioannes de Anania, & Felinus in dict. capitulo primo. Præpositus in capitulo nec licuit. numer. quarto. colum. prima. distinctione. 17. Ioannes Lupus in allegat. hæresis. §. quinto. Ludouicus Carre. in tracta. de hæretic. numer. octauo. Occã libr. 3. dialogorum capitulo. 10. Gabriel in quarto sententiarum. distinct. 13. quæstione secunda. Summa Rosella, verbo. hæreticus. versiculo quæro nunquid dubius. Syluester verbo, hæresis. prima quæstione tertia. Pertinacia etenim quem hæreticum facit: qua cessante, cessat & hæresis. gloss. verbo, pertinaciter. in Clementi. vnica. de summa trinitate. & ibi Guillel. de monte Laud. columna secunda. &. 8. Cardinal. quæstione secunda. numero. sexto. & in. §. igitur. numero. primo. & in. §. porrò. quæstione. quarta. numero. quinto. in dicta Clem. vnica. gloss. in capit. hæc est fides. verb. emendari. 24. quæstion. prima. Alphons. Castren. aduers. omnes hæreses libr. primo. capitulo. nono. Et Augustin. contra Manichæos dicit. Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid, prauumque quid sapiunt, si correcti vt sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suumque pestiferum, & mortiferum dogma emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici sunt. Hactenus Augustin. Si igitur animo persistendi non defendant, hæretici dicendi minimè sunt. l. 1. infrà isto titulo. ibi, *con animo pertinaz*. Dubitari tamen potest, vtrum exterior fides sit necessaria. Ad quod dicendum quod sic: fides enim exterior ob quatuor necessaria est. Primum, vt Deus honorificetur. Secundum, vt fides defendatur. Tertium, vt proximus ædificetur. Quartum, vt infidelis conuertatur. Archiep. Florenti. 4. parte. titul. 8. capit. 3. §. 2. versi. est autem necessaria talis confessio.

Saluari quis non potest absque fide.

Hæresis sine pertinacia non est.

Fides exterior ob quatuor rationes est necessaria.

b ¶ *Catholica*. Id est, vniuersalis, à, *catholican*, græcè, quod latinè vniuersale sonat. Guilliel. & Ioannes vank. in clem. vni. col. 1. de summa trinit. Vnde infertur intellectus ad prædictam clemen. quatenus dicit, catholicè. & ad capitulo. fides. ibi, in catholica didicimus. Verbum enim catholicè, id est vniuersaliter, exponendum est, hoc est, nullo certo loco, nulla regione, aut patria, nulla gente, natione, aut populo, nullo denique tempore conclusa, aut circunscripta, sed generaliter extendens palmites suos in orbem vniuersum, in tempora quælibet, præterita, præsentia, & futura secundùm seriem successionis nascentium, & descendentium continuata sub vno duce inuisibili Deo in vnitate fidei, & religionis. Vnde in Actis Apostolorum capit. 10. Non est acceptio personarum apud Deum: sed in omni gente, & loco qui timet Dominum, acceptus est illi. Tradit Cyprian. in tracta. de simplicitate prælati. & Albert. Pigi. libr. 1. hierarchiæ ecclesi. capitulo. 1. Quare autem fides nostra catholica dicatur, exponit Archiepisc. 4. part. tit. 6. cap. 2. §. secundo.

Catholica. id est, vniuersalis.

a ¶ *Enseña*

¶ *Lex Prima.*

a ¶ *Enseña y predica* Concordat.c.1.de sum.trin. & l.1.C.eod.tit.l.1.tit.lib.1. foro leg. & procemi.tit.3.par.1. Fides etiam vna est, & catholica, iuxta illud Aposto.ad Ephes.4. Vnus Deus, vna fides. Declarat Archiep. Floren.4.p.titu.8.ca.2.§.4 Vide infra super illud, *vn solo y verdadero Dios.*

Fides vna.

¶ *Ley.I. Como deue creer todo Fiel Christiano en la sancta Fe Catholica.*

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley 1.tit.1.lib.1.Recopil.*

Ecclesia quæ dicatur.

¶ *Iglesia.* Ecclesiam dicit militātē, quæ collectio est fidelium, & sancta. iuxta Psal. 25. in ecclesijs benedicam te domine. & ibi in princ. recipit in malam partem, odiui ecclesiam malignantiū, tamen pro prima acceptione, est tex. in cap. ex multis. 1.q.3.cap. ecclesia. de consecra. distin.1. vbi Cardina. Ioan. Turrecrem. col.1. versi. ad primū gl. in cap. querelam. verb. ecclesiā. de excess. præla. quæ magistra est, ponitq; plures acceptiones istius dictionis, ecclesia. Signo. de homode. in repeti.l. nemo. col.2.n.1.C. de sacrosan. eccles. latius Remigi. in tracta. de immunitate eccles.3. ampliatio.n.1.cū sequen. Archiep. Florent.3.par. titu.12.cap.1.§.1. Guillel. Duran. in lib.1. rationalis diuinorum. rubri. de ecclesia & eius partibus. glo. in clem.1. verb. mesquitis. de Iudæis. l.15. cū sequenti. titu.10. parti.1. Quæ etiam est vna, vt latè declarat Præposi. in c. omnes. nu.3. dist.22. Est & sancta. capi. Alma mater. de senten. excommu. lib.6. Et ecclesiæ nomine, venit corpus Christi. cap. vbi sana. ibi, nō dilaniarent corpus Christi, quod est ecclesia. 26.q.2. Vnde notanter infero gaudere immunitate ecclesiæ ad corpus Dei fugientem, quēadmodum gaudet fugiēs ad ecclesiam. Archidia. in c. quæsitum.13.q.2.& ibi Cardina. Turrecrema.n.2. Hostien. Anto. & Ioan. Andr. in cap. sanè. de celebra. missa. Ioann. Tierri. in tract. de fuga. nu.8. Ioan. Lupus in repe. rubr. § 38. col.2.n.5. gl.1. in l.15. ti.20. lib.3. foro legū. Careli. Cotta in memorialibus iuris, verbo. rationis identitas. Quæ opinio est cōmunis, teste Ant. Corse. in singul. verb. Cardina. Remigi. de immuni. eccle.18. ampliatione. nu.3. & est magis catholica & laudāda. Nihil enim in ecclesia est hoc sacramento maius. Clem. vnica. de reliq. & venera. sanct. ca. nihil. de consec. d.2. At cum propter honorem Dei deferatur ecclesiæ, à fortiori deferendum est Deo, qui est causa causarum. authen. multò magis. C. de sacrosanct. eccl.

Fugiens ad corpus Christi secundum vnum cōmunem opi. gaudet immunitate ecclesiæ.

Semper enim illud est tale magis, ob quod vnumquodque tale est, veluti magis, id est dilectum atque amatum, ob quod amamus atque diligimus. ita Aristo. lib.1. resolutionum posteriorum. cap.2. ad fin. dixi in gl.2. in l.3. infrà hoc titul. Soci. in tract. de citatio. arti.17. col. pen. quicquid dixerit Barab. in tracta. de præstātia Cardin.1. parte. quæst.9. num.9. Vnde etiam infero, quòd clericus, qui ad tricēniariā clausurā in ecclesia tenetur, nō dicitur clausurā fregisse, si exeat eucharistiā comitādo.

ENseña, y predica a la sancta madre Iglesia b, que firmemēte crea, y simplemente cōfiesse todo fiel Christiano c re-

¶ *Fiel Christiano.* Scilicet, nō fictus. Iuxta illud Esa.7. & Ierem.5. Dñe, oculi tui respiciūt fidē. & Osee.2. spōsabo te mihi in fide. Quæ si præcordijs nostris præcipua non hæret, quod remanet, non operabitur bonū, etiamsi exterius bonum videatur. S. Greg. lib.2. moralium. cap.33. Quid enim nomen sine fide prodest, & sine operibus? certè nihil, mortua enim est. Christianus ab ipso Christo dicitur, legēque Christi fideliter seruat: aliàs Christianus nequaquam dici debet. Nomina nanq; rebus, de quibus prædicātur, correspondeant oportet. l. cū multæ. ibi, sancimus nomine prius emendato ita rē corrigit, & non ante nuptias donationē vocari, sed propter nuptias donationem, C. de donatio. ante nupt. §. tutores. ibiq; institutores. Insti. de tutel. l.1. ff. de tutor. c. cleros.21. distin. c. cum secundum Apostolum. de præb. c. si cupis. vbi gloss.1.16.q.1. tex. cum glo.1. in cap. clericus.12.q.1. cap. pudenda.24.q.1. tex. cum glos. verb. habemus. in authent. de defensor. ciui. in princ. col.3.§. est & aliud. Instit. de donat. c. ex literis. de conuer. infide. c. forus de verbo. signi. Quod facit contra hypocritas, qui aliud exterius confitentur, aliud in corde gerūt, apparent enim hominibus humiles, intus tamen superbiūt: extra honesti intus immundi, extra compositi, intus dissoluti: extra mites, intus furiosi. Dicitur autē hypocrisis ab *Hypocrinein*, quod est simulare. Vnde hypocritæ simulatores sunt, qui, vt ait Chrysos. aliud sunt, & aliud ostentāt. Ecclesiast.1. ne fueris hypocrita in conspectu hominū. Deuter.22. Non indues vestē lana linoq; cōtextā. c. cū causam.1. de electi. idest, ne aliud intra sis, quàm foris ostētas. Aluarus Pelagi. de planctu ecclesiæ. lib.2. artic.78. Matthæi. etiā.6. Nec immeritò huic horrendæ pesti,

Christianus dicitur qui absq; fictione legē Christi sequitur & tenet.

Nomina debent correspōdere rebus de quibus prædicātur.

Hypocritæ taxantur, & multa notāda contra eos notātur.

generado por el Sacramento sancto del baptismo ser vn solo, † y verdadero Dios[a], eterno, immenso, ê incommutable, omnipotente, ineffable: Padre è Hijo y Spiritu sancto tres personas, y vna essencia, substancia, o natura. El Padre innacible: el Hijo del solo padre engendrado: y el Spiritu Sancto espirado de muy alta simplicidad, procediente ygualmente del Padre y del Hijo, en essencia yguales, en omni-

† Solo vtrum in Deo sint plures ideæ ad de S.Th. quoli. 14 ar. 1.

pesti tantum imponimus crimen: sunt enim omnium hæreticorum nocentissimi, qui se, cum tamen nil minus sint, bonos simulant. Quare ab his falsis prophetis, vt & ipse Saluator præmonuit apud Matthæ. cap. 7. præcauendum attentius est. Paulus etiã 1. ad Corinth. 11. inquit. Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Leo sermone. 5. de ieiunio decimi mensis, inquit, humiliter irrepunt, blande capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. &c. Cicero etiam libro. 1. officio. inquit, Nulla capitalior pestis, quàm illorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, vt boni viri esse videãtur, & secundum Horatium, Decipimur specie recti, quia mala sunt vicina bonis. vtque Basili. episto. 76. censet, Si quis malum sub prætextu boni facit, duplicata pœna dignus est. Diuus etiam Bern. super canti. sermone. 69. inquit, Omnibus vna intentio hæreticis semper fuit, captare gloriam de singularitate scientiæ: quod vt cõmodè faciant, non sufficit hæreticos esse, nisi & hypocritę sint, vt sit supra modum peccans peccatũ: hi sunt qui veniunt in vestimentis ouium ad nudandas oues, ad spoliandos arietes, intus autẽ sunt lupi rapaces. Hi sunt oues habitu, vulpes actu & crudelitate lupi sunt, & videri boni volunt, ne soli sint mali: videri timent, ne parũ sint mali: etenim minus semper malitia palã nocuit: nec vnquam bonus nisi boni simulatione deceptus fuit. Nec enim est apud eos virtutes colere, sed vitia colorare quasi quodam virentũ minio. Hactenus ille. Simulata preterea ęquitas duplex iniquitas est, vt ex prædictis clarè constat. Bene igitur inquit text. fiel Christiano, id est, non falsus.

Solus vnus Deus est.

a *Vn solo y verdadero Dios.* Trinitas est vnus solus & verus Deus. c. firmiter. de sum. Trini. S. Aug. de Trinit. lib. 1. ca. 2. Probatur Deutero. 6. Audi Israel, dominus Deus tuus vnus est. Et iterũ. Videte quod ego sum solus, & non sit alius præter me. 4. regum. 5. Vere scio, quod nõ sit alius Deus in vniuersa terra nisi tãtum in Israel. Inquit etiã Dauid, Quis Deus præter dñm, aut quis Deus præter Deum nostrum? Et iterum, Quoniã magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus. Psal. 85. Et sapient. 12. Nec enim est alius Deus quàm tu. & Esai. Ego dominus, & non est alius. Pau. 1. ad Corint. 8. Scimus quod nullus est Deus nisi vnus: nam & si qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra, siquidem sunt dij multi: nobis tamẽ vnus est Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. Et ad Galat. 4. ait, Mediator vnius non est, Deus autẽ vnus est. Et ad Ephes. 4. Vnus dominus, vna fides vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Ad Roman. 4. Quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat. Habetur etiam & in symbolo Athanasij, Quicunque vult. Habetur & Ioan. 10. dicente Christo, Ego & pater vnum sumus. Augustinus libro retractatio. capitulo. 4. ad 1. asserit, quod pater, & filius, & Spiritus sanctus vnus est Deus: nec tamen ipsum patrem esse qui filius est, nec filium esse qui pater est, nec spiritum sanctum qui pater aut filius: vna est patris, filij, & spiritus sancti essentia, quã Græci *ousian* dicunt, in qua non est alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus. De hac summa, & excellentissima re magna cum modestia, & timore agendum est, attentissimisque, ac deuotis auribus audiendũ, vbi sanctissimæ Trinitatis vnitas quæritur: quia, vt scribit Augustinus libro. 1. de Trinitat. cap. 3. nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Magist. Sent. lib. 1. d. 2. in princ. quia per humanam rationem cognoscere nequimus. S. Thom. 1. par. quæstion. 32. arti. 1. Firmiter igitur, & absque aliqua dubitatione hoc sanctissimum mysterium credẽdum est, c. 1. de summa. Trin. vbi gl. 1. inquit, Ordo fidei nostrę probari non potest: ideo vbi ratio deficit, fides supplet. c. illud est aliud. d. cõsec. d. 3. Numerus autẽ ternarius perfectissimus est, eo q̃ de Trinitate p̃dicetur. Quod sensit Arist. lib. 1. de cęlo & mundo. c. 1. dicẽs. Propterea q; ipsa tria omnia sunt, & ter ipsum omni ex parte. Nã, vt Pythagorici etiã inquiũt, ipsũ omne, ac omnia, tribus sunt definita, finis

Aristotelicum dictum. in signe ad proban-

¶ *Lex Prima.*

a ¶ *Enseña y predica* Concordat.c.1.de sum.trin. & l.1.C.eod.tit.l.1.tit.lib.1. foro leg. & proœmi.tit.3.par.1.Fides etiam vna est,& catholica, iuxta illud Apostol.ad Ephes.4. Vnus Deus,vna fides. Declarat Archiep. Floren.4.p.titu.8.ca.2.§.4 Vide infra super illud, *vn solo y verdadero Dios.*

Fides vna.

¶ *Ley, I. Como deue creer todo Fiel Christiano en la sancta Fe Catholica.*

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley 1.tit.1.lib.1.Recopil.*

Ecclesia quæ dicatur.

¶ *Iglesia.* Ecclesiam dicit militatē, quæ collectio est fidelium,& sancta,iuxta Psal.25.in ecclesijs benedicam te domine,& ibi in princ. recipit in malam partem,odiui ecclesiam malignantiū,tamen pro prima acceptione,est tex.in cap.ex multis. 1.q.3.cap.ecclesia,de consecra.distin.1. vbi Cardina.Ioan.Turrecrem.col.1.versi. ad primū.gl. in cap.querelam.verb.ecclesiā. de excess. præla. quæ magistra est,poniq; plures acceptiones istius dictionis,ecclesia,Signo.de homodei.in repeti.l.nemo.col.2.n.1.C.de sacrosan.eccles. latius Remig.in tracta.de immunitate eccles.3.ampliatio.n.1.cū sequen.Archiep.Florent.3.par. titu. 12.cap.1.§.1. Guillel. Duran. in lib.1. rationalis diuinorum.rubri.de ecclesia & eius partibus. glo.in clem.1.verb.mesquitis.de Iudæis.l.15.cū sequenti.titu.10.parti.1.Quæ etiam est vna, vt latè declarat Præposi.in c.omnes.nu.3.dist.22. Est & sancta. capi. Alma mater. de senten. excommu.lib.6. Et ecclesiæ nomine, venit corpus Christi.cap.vbi sana.ibi, nō dilaniarent corpus Christi,quod est ecclesia.26.q.2. Vnde notanter infero gaudere immunitate ecclesiæ ad corpus Dei fugientem,quēadmodum gaudet fugiēs ad ecclesiam. Archidia.in c.quæsitum.13.q.2.& ibi Cardina. Turrecrema.n.2.Hostien. Anto. & Ioan.Andr.in cap.sanè.de celebra.missa.Ioann. Tierri.in tract.de fuga.nu.8.Ioan. Lupus in repe.rubr.§.38.col.2.n.5.gl.1.in l.15.ti.20.lib.3. foro legū. Carol. Cotta in memorialibus iuris, verbo.rationis identitas. Quæ opinio est communis,teste Ant.Corse.in singul.verb.Cardina.Remigi.de immuni.eccle.18.ampliatione. nu.1. & est magis catholica.& laudāda. Nihil enim in ecclesia est hoc sacramento maius.Clem.vnica.de reliq.& venera.sanct.ca.nihil.de consec.d.2. At cum propter honorem Dei deferatur ecclesiæ,à fortiori deferendum est Deo, qui est causa causarum.authen.multò magis.C.de sacrosanct.eccl.

Fugiens ad corpus Christi secundum vnam cōmunem opi.gaudet immunitate ecclesiæ.

Semper enim illud est tale magis, ob quod vnū quodque tale est, veluti magis,id est dilectum atque amatum, ob quod amamus atque diligimus: ita Aristo.lib.1.resolutionum posteriorum.cap. 2.ad fin.dixi in gl.2.in l.3.infrà hoc titul. Soci. in tract.de citatio.arti.17. col.penul.quicquid dixerit Barab. in tracta.de præstātia Cardin. 1. parte. quæst. 9.num.9. Vnde etiam infero, quod clericus [4] qui ad tricēniariā clausurā in ecclesia tenetur, nō dicitur clausurā fregisse, si exeat eucharistiā comitādo.

ENseña, y predica [a] la sancta madre Iglesia [b], que firmemēte crea, y simplemente cōfiesse todo fiel Christiano [c] re-

¶ *Fiel Christiano.* Scilicet, nō fictus. Iuxta illud Esa.7.& Ierem.5. Dñe, oculi tui respiciūt fidē. & Osee.2.spōsabo te mihi in fide. Quæ si præcordijs nostris præcipua non hæret, quod remanet, non operabitur bonū, etiamsi exterius bonum videatur. S.Greg.lib.2.moralium.cap.33. Quid enim nomen sine fide prodest, & sine operibus? certe nihil.mortua enim est. Christianus ab ipso Christo dicitur, legēque Christi fideliter seruat: aliàs Christianus nequaquam dici debet. Nomina nanq; rebus, de quibus prædicatur, correspondeant oportet. l.cū multæ. ibi, sancimus nomine prius emendato ita rē corrigit, & non ante nuptias donationē vocari, sed propter nuptias donationem, C.de donatio.ante nupt.§.tutores.ibiq.a stituitores. Insti.de tutel.l.1.ff.de tutor.c.cleros.21.distin.c.cum secundum Apostolum.de præb.c.si cupis.vbi gloss.1.16.q.1.tex. cum glo.1.in cap.clericus.12.q.1.cap.pudenda. 24.q.1.tex.cum glos.verb.habemus.in authent. de defensor.ciui.in princ.col.3.§.est & aliud. Instit.de donat.c.ex literis. de conuer.infide.c. forus de verbo.signi. Quod facit contra hypocritas, qui aliud exterius confitentur, aliud in corde gerūt, apparent enim hominibus humiles, intus tamen superbiūt: extra honesti intus immūdi, extra compositi, intus dissoluti: extra mites, intus furiosi. Dicitur autē hypocrisis ab *Hypocrineia*, quod est simulare. Vnde hypocritæ simulatores sunt, qui, vt ait Chrysost. aliud sunt, & aliud ostentāt. Ecclesiast.1.ne fueris hypocrita in conspectu hominū. Deutero.22. Non indues vestē lana linoq; cōtextā.c.cū causam.1.de electi.idest, ne aliud intra sis, quàm foris ostētas. Aluarus Pelagi.de planctu ecclesiæ.lib.2.artic.78. Matthæi.etiā.6. Nec immeritò huic horrendæ

Christianus dicitur qui absq; fictione legē Christi sequitur & tenet.

Nomina debent correspōdere rebus de quibus prædicātur.

Hypocritæ taxantur, ec multa notāda contra eos notātur.

culos fidei, qui symbolo incipienti, Credo. & professione Athanasiana, cui initium est, Quicunque vult. continentur. Episcopi autem. & prælati vlterius scientia progredi tenentur, vt scilicet, circa prædicta opponere, & respondere sciant, hæreticosque confutent, & persequantur. c. excommunicamus. 1. de hære. sum Rosell. in verb. fides. §. 1. Sacerdos etiam sapiens sit, oportet: habeatq; cognitionem de Deo, secundum Ioan. de Tandino. lib. 1. quæst. 18. fol. 15. litera. I. Maximè in his, in quibus ratione officij versatur capit. nisi cum pridem. § pro defectu. de renuntia. ca. omnes psalleates. 38. distin. & Oseæ. 4. vbi dominus ait, Tu scientiã repulisti; & ego te repellã, ne sacerdotio fungaris mihi. Turpe enim est patritio, nobiliq; viro causas exoranti, ius, in quo versatur, ignorare. l. 2. §. Seruius Sulpitius. ff. de origi. iur. l. idẽ iuris. ff. ad legẽ Aquil. facit. c. minor. 50. distin. Nã si cæcus cæcũ ducit, ambo in foueam cadent. c. quæ ipsis. 38. distin. & c. cũ sit ars. de ætat. & qualitate. Quod adeò verũ est, vt possit talis Episcopus, clericus, quilibetve alius ab exercitio, cui preest, remoueri, si quę ad id pertinẽt, ignoret, vt patet in iuribus sup. citatis. Cõprobatur. Nam doctoratus, vel magisterium, officiumve docẽdi in indigno, peccatũ est presumptionis. Archidia. Domi. & Prepos. in. c. nidistin. 48. per tex. in. c. ideò diuina. 24. q. 3. per quẽ tex. ad hoc vt quis docere possit, probatus esse debet. Tenet gl. in clem. 2. de magist. quã ibi dicit notab. Cardi. nu. 13. Ias. in rub. nu. 3. C. vt nulli liceat sine iudi. autho. Barb. in procem. clem. nu. 36. Lucas de Penna. in. l. 1. col. fi. C. de agentib. in rebus. lib. 12. Caietan. in verb. Doctor. Francis. Tigei. vt ipsum refert Barb. vbi suprà. nu. 40. nemi nem posse illius esse collegij, cuius artem ignorat. tex. cum gl. in. l. vt gradatim, §. reprobari. ff. de muner. & honor. Tenebitur etiam ad interesse parti læsæ, cui nocuisse constat propter suam ignorantiã. Felin. in. c. pastoralis. col. 7. n. 22. de officio deleg. Hinc etiam infertur, posse laicum in his quæ ratione officij scire tenetur: indoctum ab officio repelli. quod doctus quidam sacerdos doctè fecit: semouit enim laicum volentem à sacro baptismatis fonte puerũ leuare (vt reor) motus, quod laicus vtrum dominicam sciret orationẽ rogatus hæsitauit, vnde sacerdos ignorare cognouit. Legẽ autẽ nostrã intellige locũ habere in omnibus laicis, siue rustici sint, siue docti, siue indocti. Cacia lup. in trac.

Doctoratus vel magisterium in indigno peccatum est præsumptionis.

Doctor indoctus tenebitur parti læsæ ob eius imperitiã

plicita, è simplemente: teniendo lo que tiene, è enseña, è predica la sancta madre yglesia. E si qualquier Christiano con animo pertinaz, è obstinado a errare, è fuere endurescido en no tener, y creer lo que

de modo studen. documen. 1. col. fi. refert plura in hoc notabilia. Panor. in rub. de sum. Trini. vbi quid sit explicitè scire, quid etiam implicitè, eleganter declarat. Syluest. in verb. fides. quæst. 3.

ADDICION.

¶*Esta ley se contiene la ley 5. tul. 1. lib. 1. Recopil.*

TODO fiel christiano b al tiempo de su finamiẽto sea tenido de confessor deuotamẽte sus peccados, y recebir

alienum esse oportebat, qui spẽ gloriæ & resurrectionis corporum habẽt, iuxta illud Iob. 19. Et in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Iuxta illud etiam Apostolorum, Carnis resurrectionem, corpora defunctorum sectantes in funeribus vtebantur.

a ¶*No le entierren.* Charitatis est opus mortuos sepelire. Sanct. Thom. in. 4. senten: dist. 15. quæst. 2. articu. 3. Ideo Tobias laudatur, quia sepeliebat mortuos. Tobiæ. 1. & 2. & Ioseph ab Arimathæ acõmendatur, eo quod corpus Iesu sepeliuit. Matthæi. 27. Marc. 15. Lucę. 23. Ioan. 19 Facit etiam illud Ouid. 1. de Ponto. decima ad Maximum epistola, de morte Celsi. vbi se non potuisse fuera commitari queritur, conuersis per apostrophen ad Celsum verbis.

Funera non potui comitari, nec vngere corpus,
Nanque, tuis toto diuidor orbe rogis.
Quod potuit, quem tu pro numine viuus habebas,
Præstitit officium Maximus omne tibi.
Ille tibi exequias, & magni funus honoris.
Fecit, & in gelidos fudit aroma sinus.
Diluit, & lachrymis mœrens vnguenta profusis
Ossaq; vicina condita texit humo,

Cum igitur & diuini sit, & humani iuris, ne mortui insepulti maneant: valida non est huiusmodi cõstitutio. Dicam latius in l. 1. tit. 2. lib. 5. infra. vbi diffusius materiam discutiemus sepulturarum, atque alia huic negotio non incommoda. De sepulturæ põpa, & honore adde Cassan. in catalo. gloriæ mundi. 2. parte. considera. 5. & 6. Ista itaq; lex non practicatur: sed est ad timorem inducta. Dicendum tamen, ex causa ius diuinum, vel naturale posse distingui à lege humana. Vel si ius diuinum non est in præcepto, sed est opus supererogationis, tunc pont statui cõtrarium, vt in in præsenti.

b ¶*Lex. VIII.*

¶*Todo fiel christiano.* Concordat. l. 12. titu. fina. libro. 8. infra. facit tex. in cap. omnis. ibi, careat sepultura. de pœniten. & remissio. Siquis sacramentum pœnitentiæ contemnit

temnit, hæreticus est: nemo siquidem sine vocali confessione saluari potest, dũmodò cõfiteri possit: si enim non potest, & tamen signa contritionis ostendit, non est ei ecclesiastica sepultura deneganda, absoluendusq; est, si excommunicatus erat. ca. à nobis. 2. de senten. excommun. Corroboratur. Si qs enim propositum habet cõfitẽdi, mortẽ tamen præuentus non cõfitetur, nõ præsumitur damnatus, secundum Cardin. in Clementi. ne in agro. §. 1. q. 2. de statu monach.

Dubium tamen est circa intellectũ huius legis, dum dicit, *sin confession, y sin comunuiõ*. vtrũ ista duo copulatiuè requiratur, vt pœna istius legis imponi possit? Videtur, ꝙ sic. Copulatiua enim requirit cõcursum vtriusq; copulati. l. si hæredi plures. ff de condi. instit. Prætereà etiã quia subdit. *Y el que no lo hiziere.* quæ verba ad copulam referuntur, & sic ad verba illa copulata. Tertiò quia lex ista fauore animarũ est inducta: quare est & extẽdenda. glo. in auth. Sacramẽta puberũ. C. si aduersus vẽditio vbi Ias. n. 72. gl. in c. sciãt cũcti. verb. alios. de elect. lib. 6. Vlterius. Quilibet constitutus in art. mortis corpus Christi sumere tenetur, vnde viaticũ dicitur. vt probat Syl. in sum. verb. Eucharistia. 3. in prin. Sed Eucharistia sine cõfessione recipienda nõ est, iuxta illud. Qui indignè mãducat, iudiciũ sibi mãducat, & bibit. Vtrunq; ergo requiritur. Cõtrariũ tñ verius videtur, imò ꝙ sufficiat sacramẽtalis cõfessio: cũ hui⁹ legis ratio sit, ne qs sine fide decedat: qui tñ cõfitetur, & si eucharistiã nõ recipiat, fidẽ habere videtur, si quidẽ operari salutẽ iã cępit: nõ igitur vtrũq; requiritur. Ista tñ ratio priori nõ videtur obstare, cũ clausula finalis hui⁹ legis ad vtrũq; referatur. Si enim eucharistiã

communion del sancto Sacramento de la Eucharistia, segun lo dispone la sancta madre Yglesia. Y el que no lo fiziere, y finare sin cõfession y cõmuniõ pudiẽdolo hazer, porq̃ parece morir sin fe, pierde la meytad de sus bienes, y sean para la nuestra camara. Pero que si finare por caso, que no pudo confessar ni cõmunicar, que no incurra en pena alguna.

¶ *Ley IX. Que no se digan injurias contra los que se conuierten a la sancta fe Christiana.*

omisit ex contemptu, peccatum mortale cõmisit. Syluest. vbi sup. quare in statu dãnationis est: cum itaq; verba legis ei conueniant, & eius dispositio competere debet. Si tamen mors fuit casualis, & repentina, & in vita fuit sacramentaliter cõfessus iuxta formã. c. omnis de pœnit. & remiss. & c. ex parte de sepult. vbi Panorm. n. 3. saluus esse credẽdus est. Nota vlterius; & memoria tene decedentem sine confessione exteriori, in extremo vitę facta, debere in ecclesię cœmeterio sepeliri: ex quo cõfessionem nõ cõtempsit: non enim est credendum, ꝙ in peccato decesserit: eo ꝙ bonum sit de quolibet pręsumendũ: nisi tamen per annũ cõfessionem iuxta. c. omnis. de pœni. & remis. cõtẽpsisset. Quod procedit etiã si mors fuerit casualis. Quare casus inopinatus mortuo non imputatur, dũmodo in culpa præcedẽti, vt ex Panor. vbi sup. colligitur nõ fuerit. Et quę not. Nauar. in manua. cõfess. ca. 26. n. 32. cũ quis in anno nõ cõmunicat nõ censetur Catholicus. c. seculares. cũ seq. de cõsecr. dist. 2. Cardi. in c. si. n. 5. dist. 30. tex. insignis in auth. de priuileg. dotis hær. muli. non potest. coll. 8. in prin. ait, igitur sacram communionem in Catholica ecclesia non percipientes à Deo à malus sacerdotibus hæreticos iustè vocamus. Andr. & Felin. in rubr. de hær. dicunt singul.

¶ El Rey don Iuan I. en Soria. Era de mil. ccc. lxxx.

ADDICION.

¶ *La pena desta ley se corrige accrescentãdola in l. 2. tit. 10. lib. 8. nouæ Recop. y corrige tambien cerca delo mismo la pena de la ley. 13. cap. 10. versic. y assi mismo, eod. tit. & lib.*

EN offensa, [a] y gran daño, y vituperio dela Sãcta fe Catholica es, que

¶ *Lex I X.*

a ¶*Offensa*. Iudæi postquam ad Christi fidem fuerint cõuersi non debent contumelijs affici: quare qui eos Marranos, seu tornadizos vocat, vel alia verba iniuriosa obijcit, trecentos teruntios pro qualibet vice iniuriato soluet. Si tamen soluẽdo non sit, catenis per quindecim dies erit religatus. Concordat ad literam. l. 3. tit. 9. lib. 8. ordi. infra. & l.

los Iudios, y Moros que conosciendo que viuen en peccado mortal, y reciben el sancto Sacramento del baptismo, sean injuriados por Iudios, ni por Christianos, ni por otras personas, porque se conuertieron al conoscimiento de la sancta fe. E por las dichas injurias los Iudios, y Moros infieles se escusan de no ser Christianos: aunque conoscen ser nuestra fe sancta, y verdadera. Y por esto ordenamos, y mandamos, que ninguno, ni alguno sea osado de dezir, ni llamar Marrano, ni tornadizo, ni otras palabras injuriosas a los que asi se tornaren a la Sancta Fè Catholica. E qualquier que lo contrario hiziere, que peche trezientos marauedis cadavez que lo llamare, o dixere para la persona que asi injuriare: y si no tuuiere bienes, de que lo pague, que estè quinze dias en la prision.

& l. 2. tit. 3. lib. 4. for. & l. 3. tit. 25. par. 7. Tenebitur etiã dicere se mentitum fuisse, & ita practicatur secundum Couar. lib. 1. var. resol. c. 11. n. 2. Quod probatur ex ratione posita in hac lege: tũ etiam quia falsum dixit, quia iam non est quod erat, sed membrũ Christi. tex. in ca. ferrum. 50. dist. ibi, qui iã incipit esse quod non fuit. Nouiter nanque cõuersi ad fidem Christi, qui sua sponte paternam malitiam detestati sunt, & baptismi gratiam susceperunt, nõ solum saluãtur, sed etiã honorandi sunt: & officijs, & beneficijs sunt digni. ca. cam [illegible] rescrip. l. 3. tit. 3. par. 7. Adde constit. nouerint tit. de Iudæis & Sarracen. baptiz. lib. 1. fororum Aragoniæ. Confirmatur. Non enim valet cõsuetudo, quod soli nobiles in Canonicos admittantur. Andræ. Tiraquel. de nobilitate cap. 20. num. 18. Vnde constat perperam dixisse gloss. in cap. constituit 17. quæstio. 4. quatenus intelligit illum tex. de Iudæis iam baptizatis, cum tamen isti iam Iudæi dici non possint. cap. ferrum. 50. distinct. tradit Iaso. in rubrica, de iustitia & iure, num. 6. Gome. in ca. statutum. num. 84. de rescript. lib. 6. Si tamen non esset conuersus, possent locum habere notata per dictam glo. cum congestis à Bertach. tract. de Gabellis, 3. part. quæst. 7. Et Otalor. de nobilitate. 2. par. 3. part. cap. 7. num. 19.

Quæro tamen, vtrum pœna huius legis sit plectendus, qui nobilem afficit conuicio, Marrano, tornadizo? Videtur, quod non: hæc enim lex solùm loquitur in objicienti conuicium conuerso de nouo ad fidem Christi, ibi. *E por las dichas injurias, los Iudios, y Moros, &c.* & prædict. l. 2. for. ibi. *E si hombre de otra ley se tornare Christiano, &c.* & l. fin. tit. 9. lib. 8. infrà. Cessante igitur ratione legis, & eius dispositio cessare debet. l. quod dictum. ff. de pactis. l. adigere, §. quamuis. de iure patronat. cap. & si Christus. de iureiurando. cap. magnæ. de voto. cap. non debet. de consangu. & affin. Tum etiam, quia lex ista in nouiter conuersis clarè loquitur: quæ quoniam pœnalis, & restringenda est, capit. in pœnis, de regulis iuris, lib. 6. cap. is qui. de senten. excommuni. lib. sexto. l. penulti. ff. de pœnis. Tũ etiã quia lex ab his, quæ proferũtur, intellectum recipit. l. fin. ff. de hæred. instit. l. cum pater. §. dulcissimis ff. de legat. 2. Panorm. in c. ex multa. nu. 6. de voto, qui per tex. ibi dicit, conclusionem dispositionis ab his, quæ in præfatione dicuntur, intellectum capere. Vide quæ dixi ad Seguram in repet. l. 3. §. fin. num. 3. ff. de liber. & posthum. Si ergo cessat prooemialis ratio, cessare debet & eius dispositio. argum. text. in cap. consuluisti. 2. quæst. 5. cap. ad audientiam, de decim. Erit tamen tanquam iniuriosum verbum puniendum, non tamen pœna huius legis.

In oppositum tamen facere videtur illud, vbi maius delictum est, & pœna grauior erit imponenda. cap. felicis. de pœnis. lib. 6. l. quicunque. §. fin. C. de hæret. Huiusmodi tamen conuicium in nobili grauius est: maior erit igitur imponenda pœna, coercendusque erit, vt dicat, se fuisse mentitum, vt appareat falsum, ne suspicio generis offensi vulgaribus inferatur: melius enim est bonum nomen, quàm multas diuitias habere. Hæc autem lex in conuersis ratione frequentioris vsus loquitur: extendenda tamen ad hunc casum est, cùm verè mendacium fuerit in eo commissum.

¶ Quæro

¶Quæro tamen in hoc, Vtri sit dispositioni standum huius tx. qui ob tale cõuicium pœnã imponit trecentorum teruntiorũ, an dispositioni. l. 2. tit. 9. lib. 8. inf. quę ob idem delictum pœnam imponit decem millium quadratorũ? Videtur, quòd vltimæ sit standum dispositioni: cùm (vt suprà latè probauimus) posteriora prioribus derogent. Standum igitur est huius legis dispositioni cùm & posterior sit, pœna eius minor. Pòtest tamen pro harũ legum concordantia dici, vt euitetur legum correctio, alterã in alterius pœnę præsidium, non in diminutionem venire, ea ratione, vt saltẽ formidine pœnæ ab istis se maleuoli cõuicijs retrahant. iuxta tx. in c. eũ qui. de præb. li. 6. Inducta etiam ad augmentum, non debẽt operari diminutionem. l. penult. cum gl. ff. de senat. Possunt etiam concordari, vt, scilicet, pœna huius legis habeat locum, quando ira motus, & sic ex causa, in qua tamen excessit modũ, dixit, Tornadizo: illa autem procedat, quando nulla iusta, vel apparens præcessit causa. Vel tertiò, pœna huius legis habeat locum, quando tale cõuicium Iudæo, vel Mahometico fuit obiectum: illa autẽ procedat, quando alius sectæ homini, quæ multæ sunt, nec suam habent legem fundatam, fuerit tale conuicium objectum. Vel quartò, dici potest visum fuisse Regi Ferdinando, priori pœnæ derogare. argum. l. si quis. in princi. ff. de legat. 3. Et sic minor pœna, tanquam mitior est tenenda: in sex tamen conuicijs dicere se mentitum fuisse tenebitur.

¶Prætereà etiã quæro, Vtrũ toties sit pœna huius legis plectendus, quoties quis conuicij verbũ geminauit? Videtur, quòd sic: vbicunq; delictũ formatur, ibi & pœna est inferẽda, iuxta formã legis hoc prohibentis. c. 1. de pœn. Toties igitur pœnã subibit, quoties verba iniuriosa repetijt, secundum huius legis dispositionem. Bald. in auth. sed nouo iure. C. de seru. fugit. Prætereà vbi geminatio est verborũ, ibi deliberatio datur: igitur & pena pro singulis conuicijs, siquidẽ delictũ est formatũ, est inferenda. Patet ex gl. in c. si qs iratus. verb. iterare. 2. q. 3. probãte geminationẽ iniuriæ deliberationẽ animi inducere: & quòd iniuriam objiciens non id calore compulsus iracundiæ fecit. quam ad hoc citat, pluraq; in eius comprobationẽ adducit Hippo. in l. in criminalibus. §. quæstioni. col. 1. ff. de quæstio. & in l. frater tuus. nu. 37. C. ad legem Cornel. de sica Ioã. Lupus in rubri. de dona. inter vir. & vxo. §. 17. nu. 9. qui prædictam glo. dicit singularem ibidem. n. 12.

¶Lex etiam hæc prohibet singulariter, dum dicit, *Ni llamar Marrano, ni Tornadizo.* Meritò igitur qui tramites huius legis præterit, pro quacũque vice pœna nostræ legis erit plectendus.

Oppositum tamen erit tenendũ. Imò pro vno tantum quem delicto teneri, si in continenti, eodemq; tempore verba iniuriosa geminauit. Bart. in l. item apud Labeonem. §. 1. ff. de iniur. & in l. 2. C. de bonis vacan. li. 10. Couar. lib. 2. var. resolu. c. 10. n. 8. Si quis enim eadem verborum continuatione plures eiusdẽ speciei obiecerit in Deũ blasphemias, simplex tamen blasphemia est, & simplici pœna punienda. Cepol. in consilijs crimi. in consil. 77. Alciatus in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 6. n. 4. & in cap. cùm non ab homine. n. 33. de iudic. Couar. vbi sup.

Circa hęc vlteriùs remanet dubiũ, de quo ipse aliquando fui consultus. Vtrùm affectus cõuicijs absens possit agere cõtra iniuriantẽ verbo, aliàs presenti obiecto punibili. Cui dubio affirmatiuè respõdi. Grauius enim quis afficitur iniuria, dum absens est, quam dum præsens, cùm suum possit præsens honorẽ defendere, sitq; de iure, qui suũ purgat pudorem, ferendus, vt placet Vlpiano iure consulto. lib. 9. ad edictum translatum. l. quæ omnia. §. sed & si aduersarius. ff. de procurator. solennis secundũ Ias. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Præsens itaq; objicientem conuicium de mendacio conuincere potest: quod absenti nõ ita licet. Absentem igitur iniurians puniendus est: si quidem ex absenti detractione grauius, quã ex præsenti quis iniuriatur absens.

Cõfirmatur per tx. & ibi Panor. in c. 1. de maledi. l. vnica. C. si quis imper. maie. l. vnica. C. de fam. libel. l. 3. tit. 9. par. 7. Quibus probatur in absentia iniuriatum posse actione iniuriarum contra iniuriantem agere. Puniendus ergo est, qui absentem afficit conuicijs. Facit etiam tx. expressus in l. 1. vers. *E de tal deshonra como esta puede demandar emienda aquel a quien la fizieren, tambien si no estouiere delante, quando le fizieren la deshonra, como si estouiesse presente.* tit. 9. par. 7. Vnde infero defunctum etiã iniuria affici: hærediq; actionem iniuriarum cõpetere. l. 1. §. & si forte. ff. de iniur. Bart. in l. 4. §. Cato. n. 31. ff. de verb. oblig. Ioan. Lupus in repet. rubr. de donà. inter vir. & vxor. §. fi. col. penult. n. 4. Quod intellige, siue cadauer facto sit iniuria affectum, seu verbo, vt scilicet, latro, mendax, seu detractor dictus sit. Tale etiam conuicium, seu iniuria, quã quis proximũ afficit, peccatum inducit mortale, secundùm Henric. in cã. si culpa. de iniur. probatur Matth. c. 5. dicẽte Christo, Qui autem dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Quod etiam est contra ius naturale, Quod tibi nõ vis, alteri ne feceris. l. 1. ff. quod quisq; iuris. c. cùm omnes. de constitu. ca. 1. distin. 1. & Matth. 7. Pœna tamen huius legis locum habet in objiciente conuicium absenti: dummodo in no-

in notitiam absentis perueniat se fuisse iniuriatum: quod in dubio præsumendum est. Tangit hoc Couarru. lib. 1. varia. resolut. c. 11. nu. 4. quod verum censeo, & notandum.

Vlteriùs etiam queritur, Vtrùm obijciēs conuicium verbis iniuriosis, dicēve, cuiquā, Mentiris: addit tamen tēperamētum, scilicet, saluo honore tuo, effugiat pœnam huius legis? Hispanis mos est dicere, Scimus, salua reuerētia, te mentiri, te ve talem vel talem esse: verba, scilicet, iniuriosa proferendo. Huic dubio responde quòd non effugit: illa enim verba, Salua reuerentia: vel, Saluo honore tuo, iniuriam augere potiùs, quàm ex ea quicquam detrahere videtur: quia maioris sunt irrisionis causa, vt patet experientia. Quod etiam probatur ex Bart. in l. si quis extraneus, in prin. ff. de acquir. hæred. n. 1. dicente, legem illam contra eos inuehi, qui dicunt, Mētiris, saluo honore tuo, eo quod verbum præcedens iniuriosum declaret, non honoris saluandi gratia, verba illa fuisse addita. l. si conuicij. C. de iniur. refert Angel. in tract. malefic. verbo, verba iniuriosa. n. 9. fol. 130 col. 3. Celsus in tract. clausularū, clausu. fin. verb. salua reuerentia. Felin. in. c. quę in ecclesiarum. n. 86. de consti & in. c. excommunicamus. de hæretic. decis. cons. 487. n. 4. & consi. 686. n. 11. Alex. l. turpia. n. 6. ff. de leg. 1. Ripa in c. cùm. M. de cōstit. Vnde infero, Si quis cuiquam, Mentiris, saluo honore tuo, dixerit, esse plectendum pœna legis ordinamenti de conuicijs obiectis loquentis: quæ est. l. 3. tit. 9. & l. 27. tit. fin. lib. 8. ordin. quæ pœnam centum quadritorum objiciēti verbum vel turpe, vel iniuriosum imponunt. Quāuis quidam nō paruæ authoritatis literatus, in huiusmodi conuicijs illam pœnam non habere locum affe rat: sed solum pœnā. l. 2. tit. 9. lib. 8. infra. qua, qui alium iniuriat, dicere se mentitum fuisse tenetur. Attigit Couar. lib. 1. var. resol. c. 11. n. 1. Nos tamen pro viribus contrariū affirmamus: dicta etenim. l. 2. limitat conuicia, in quibus quis se fuisse mentitū dicere tenetur: nō igitur pœna eius vltrà extēditur. argum. l. cū prætor. ff. de iudic. Segura in repe. l. si ex legati causa. n. 53. ff. de verb. obli.

Quæritur autē, Vtrum nobilis, vel clericus objiciens iniuriam aliquā ex quinque relatis in legē 2. tit. 9. lib. 8. inf. teneatur dicere, se mentitū fuisse? Hęc enim lex generaliter, & indistinctè loquitur, ibi. *Que ninguno, ni alguno*, & in d. l. 2. ibi. *Que qualquier que los llamare*. nec aliquam status differentiā constituunt: ergo nec nos constituemus. Faciunt ad hoc quæ notat in crimine hæresis Iacob. Septimacen. in institut. Catholicis. ca. 45. n. 23. Item clericus, qui est miles cęlestis c. degradatio. de pœn. lib. 6. tenetur dicere se mentitum fuisse. vt probat Ioan. Bernar. in pract. crim. c. 60. q. fi.

His tamen non obstantibus, dicendum existimo nobilem ad istam pœnam minimè teneri, sed pecuniariam. per. l. 131. styli. Otalor. de nobilit. ca. fin. 5. par. princ. p. 338. n. 6. Nec clericum. ca. clericus maledicus. ibi, veniam. 46. dist. quo veniam petere compellitur. Nō igitur in eis pœna huius legis locum habebit.

Titulo. II. De la guarda de las cosas de la sancta madre Yglesia.

¶ *Ley. I. Que sea firme lo que fue dado a las yglesias.*

Fuero de leyes.

ADDICION.

¶ *Este titulo se contiene en el tit. 2. lib. 1. Recop.*

SI Nos somos tenudos dar galardon de los bienes deste mundo a los q nos siruen, [a] ma-

¶ *Lex I.*

a ¶ *A los que nos siruen.* Nota, quod homo tenetur satisfacere homini de seruitio sibi facto, iuxta illud, Dignus est operarius mercede sua. Quod refert Anani. in c. nauiganti. num. 35. de vsur. & Leuit. 16. Nō morabitur opus mercenarij tui apud te vsque manè. Salarium ergo famulo tacitè, vel expressè debitum, non est in potestate domini retinendum. Sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 62. artic. fin. text. in l. fin. C. de statu. & imagin. ibi. & virtutum præmia tribui merentibus cōuenit. Vnde cum salariū sit tam naturali, quam diuina ratione famulo debitū, nullo temporis cursu potest à domino præscribi. Quod ex prædictis clarè constat, & ex decisione tex. in ca. fin. de præscriptio. nullam, videlicet, præscriptionem, nec ciuilem, nec canonicam absque bona fide valere. Subdit & inferius eadem lex, Qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiā alienæ. Dictio autem, nullus, in tex. posita, vniuersalis est negatiua, quæ omne cum mala fide præscriptionis genus, siue sit descendens à personali actione, vt est seruitium, siue reali, sub se comprehendit: est enim, vt inquit Aristot. malignantis naturæ, quod omne, quod post se inuenit, destruit, totumque contrarium ponit.

Proba-

yormēte deuemos dar a nuestro Saluador y señor Iesu Christo de los bienes terrenales por la salud de nuestras animas, de quien hauemos la vida en este mundo: y todos los otros bienes, que en el tenemos, y esperamos auer galardon, y vida perdurable en el otro. Y no solamente lo deuemos dar, mas aun guardar lo que es dado. Porende madamos que todas cosas, que son, o fuerē dadas a las yglesias por los Reyes, o por otros fieles Christianos de cosas que deuen ser dadas derecha-

Probatur etiam & secundò. In actionibus personalibus præscriptio cū mala fide minimè procedit, nec est in foro Cæsaris admittenda secundum communem relatam à Ioan. Imola, in l. sequitur, §. si viam, col. 2. ff. de vsuca. reprobata contraria opinione Barto. ibi. nume. 2. Ipse etiam Imol. tenet idem in cap. fin. num. 19. & Feli. n. 5. de præscri. Fortun. in tracta. de vltimo fin. vtriusque iuris. illatio. 2. Est etiā communis secūdum Balb. in tract. præscript. 2. par. 3. partis, quæst. 13. Præposi. Alexan. in c. si quis per triginta, col. 1. & c. 2. si de feud. fue. controu. inter domi. & agna. & ibidem col. fin. ita fore tenendum firmat Laudeñ. Dicit etiam communem Ludouic. Gozad. consil. 56. nu. 13. Alciat. in rubri. de præscrip. n. 50. Bart. in repet. l. omnes populi. n. 24. ff. de iust. & iure. Et ipse late probaui ad Seguram in repet. l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 89. ff. de vulgar. & pupilla. Corroboratur & vlterius. Non enim per statutum fieri potest, vt quis data scientia, & mala fide debitoris, debitum præscribat: eo q̄ peccandi daretur occasio, cōtra tex. in c. fi. de præscrip. qui legibus, cōsuetudinibusq; mortale peccatum inducentibus derogat. quod notat Adria. quodlibet. 2. fol. 31. col. 1. facit tex. in epistola, Inter claras. C. de sum. Trinit. c. inter hæc. 33. q. 2. c. erit autem lex. 4. distinct. c. nō debet. 10. distinct. Gom. in. §. rursus. n. 22. Instit. de actio. Debitum ergo per prædicta cum mala fide præscribi non potest. Tenet etiam Panorm. consil. 76. col. fin. lib. 1. & in rubr. de præscrip. nu. 8. Sic itaq; intelliges regias Hispaniæ, ac Lusitaniæ leges famulū à petitione (vt cum vulgo loquar) soldatæ excludentes post triennium à tempore finiti seruitij, vel habitationis in domini: facit ad hoc. l. 157. in curijs Madrititijs anni. 1528. & l. 1. tit. 2. lib. 4. ordin. Lusitaniæ, qua expressum est hanc præscriptionem currere minori facto maiori vigintiquinque annis. Adde Couarru. in regul. possessor. 2. parte. §. 11. num. 2. de regul. iuris lib. 6. Doctor Ioā. Oroscius literis & genere præstantissimus Regiæ maiestatis senator meritissimus in. l. omnes populi, num. 77. ff. de iustitia & iure. Quod tamen procedit ignorantibus dominis se salarium debere: eo enim casu præscribi potest, secus scientibus dominis. Bona autem fides domini debitoris colligi posset ex eo, verbi gratia, quod ipse œconomum habebat, seu administratorē totius suæ rei familiaris, qui stipendia à domino famulis debita soluere solit⁹ erat. Vel eo etiā, quòd solitus fuerit semper dominus salarium sine lite famulis soluere. Siue, quòd domino debitore mortuo successor in re debitum prædecessoris ignorauit per triennium, his etenim casibus currit præscriptio. Et sic procedunt prædictę leges: non enim dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, vt in reg. peccatum, & in reg. possessor malæ fidei, de regul. iur. lib. 6.

Est tamen dubium, Vtrum famulus, nullo certo salario taxato receptus, possit salarium exigere? Videtur quod non, nisi consuetus esset operas locare, & dominus conducere: Aduocatis enim alijsque relatis in l. prima. §. honorarius ff. de varijs & extraordinarijs cognitio. idest speciale: & sic ius commune erit in contrarium. Ita consuluit Alexan. consil. 109. col. 2. lib. 6. Præterea cum salarium sit incertum, peti nō potest. Specul. in tit. de salar. aduocato. §. nunc de procuratorum. num. 1. text. in l. salarium. C. mandati. Famulus ergo, nulla sibi mercede constituta receptus, salarium exigere non poterit: conqueratur de se quia diligentiam non adhibuit. Ita tenet Frederic. consil. 118. incipienti, Domine Frederice, vide summam Rosellam, verbo. familia. §. 3.

Ex bono tamen, & æquo moris est id salarij famulo constitui, quod ratione suæ qualitatis, & seruitij verisimiliter lucrari potuit: hoc tamen, si consuetudo regionis id habeat, vt salaria famulis debeantur. Vbi tamen consuetudo non est, non debetur salarium, nisi cōstituatur, vt potest verificari in famulis scholasticorū, quibus nō est moris famulis suis stipendium soluere. Ita Rebuf. de priuileg. scholasticorum, priuileg. 167. Si tamen vno anno soluetur, & si conuentū non sit, dein-

ceps tamen non dubium est quin debeatur. Si verò nihil solutum sit, pro qualitate tamen famuli, eiusque ingenij, & seruitij arbitrio boni viri stipẽdiũ taxabitur. Faciunt notata per Paul. de Castro in l. si merces. n. 3. ff. locati. & in l. 1. ff. de legat. 2. & in l. in vendẽtis. ff. de contrahen. emptio. Facit l. stichus. ff. de leg. 3. vers. quia genus artificij adiectum non esset, sed prætor, &c.

Quęritur & vlteriùs, Qua possit ętate famulus stipendiũ petere? Respondendum videtur, ꝙ ab ætate decem annorum & dimidij: in hac enim ętate est ad seruiendũ habilis, cũ proximus sit pubertati. §. pupillus. inst. de inutil. stipul. l. 2. tit. 23. li. 4. for. legũ. & ibi gl. verb. *fasta diez años*. & l. 2. tit. 14. lib. 8. inf. ibi. *o moços menores de doze años*. Facit l. vt iurisiurandi. §. dabitur. ff. de oper. liber. vbi impuberi aliquod officiũ scienti salariũ datur: si tamẽ nõ sciat, nec dabitur quousq; pubes fit. corroboratur ex l. cæterũ. ff. de rei vend. ibi. quia etiam impuberis aliquæ operæ esse possunt. vbi gl. dicit. Nisi sit infans. de oper. seruo. l. fin. §. si minor.

Regulariter tamẽ nõ debetur impuberi salariũ, nisi sit histrio, vel nomẽclator. l. fi. ff. de libera. causa. l. vlt. ff. de oper. seruor. Alcia. de pręsump. reg. 1. præsumptio. 46. Quod à fortiori in infante pręsumendũ est. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. Dicitur autẽ nomẽclator ille, qui suggerit in memoriã domino nomina salutantiũ, *à calando*, idest, nominãdo, vel appellãdo nominatim: licet gl. pace eius salua in d. l. fi. id nõ intellexerit. Quod etiã notabis ad intellectum tx. in d. §. dabitur. Conclusio igitur resolutiua sit, quòd impubes artẽ habẽs vel æstimabile seruitiũ impẽdens, pro sua dominiq; qualitate mercedẽ recipiet: victũ saltẽ & vestitum secũdùm prædictam. l. 2. tit. 23. li. 4. for. legũ. Facit illud Exod. 21. in prin. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. quæ lex iustificationis dicitur in sum. distin. 7. Vnde cõtra tutores infero, qui pupillos in suo seruitio habent, victũq; iis & vestitum computant, ac sine vlla conscientia vel timore Dei bona pupillorum exhauriunt.

Quæro prætereà quando sit salarium operarijs soluẽdum? Dic quòd peracto seruitio, & non antè. l. operas. ff. de oper. libert. l. opera. ff. de oper. seruo. & illud Leuit. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. & illud Deut. 24. Nõ negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecũ moratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadẽ die reddes ei pretiũ laboris sui ante solis occasum. Cõstat igitur finito labore debere solutionẽ fieri: nec poterit ante quisquã petere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Bart. in l. 1. §. diuus. ff. de varijs & extraord. cognitio. Posset enim forsan fieri, vt famulus solutione facta nõ amplius demoraretur, vel nõ ita bene seruitiũ securus iã de solutione, impenderet. Si tñ famulus indigeat, poterit singulis mẽsibus stipẽdiũ petere: tunc etenim, eo quod iã mẽse præcedenti operas exhibuit, dominus denegare non poterit.

Quod limita, nisi pacto, vel cõsuetudine, vel statuto inter eos cõuẽtũ esset, ne solutio nisi anno peracto, vel medio, fieret. l. duos. C. de aduocat. diuers. iudic. Alex. in l. diẽ functo. ff. de offic. assess. Rebuf. in tract. de sentẽtijs prouisionalibus. art. 3 gl. 7. n. 5. in primo to. constitutio. regia. pag. 290.

Quæritur etiã. Vtrũ debitũ ex causa seruitij sit filio in legitimã imputandũ? Respõde si tale seruitiũ erat ęstimabile, & filius impẽdẽs erat emãcipatus, qui has operas patri impẽdere nõ tenebatur, sed tãquã famul⁹ ei impẽdit, vt rusticis moris est, debebitur ei certè salarium, vt cuilibet extraneo: filius nãq; non debet deterioris esse conditionis, imò, vt naturalis ęquitas suadet, melioris. Tũ etiã, quia debitũ minuit hæredũ legitimã, quæ deducto ære alieno debet intelligi: debitũ autẽ ob seruitiũ legitimã minuit: igitur non est seruitiũ filii in legitimam imputandum, argum. tex. in l. Papinian. §. quarta autem. ff. de inofficioso testam.

Est & alia nõ minus elegãs quęstio, Vtrũ famulus per dominũ expulsus possit salariũ petere pro toto tẽpore, quo nõ impẽdit operas domino? Asserendũ ꝙ sic: dũmodo alij post expulsionem nõ impẽderit. Decisio Capellę Tolos. 248. leg. 8. tit. 4. lib. 4. for. Cõcordat regia lex Lusitaniæ. lib. 4. tit. 21. Quæ etiã disponit, quòd si famulus absque causa ante finem temporis conuenti de domo domini sui exeat, amittit salarium temporis præteriti sibi debitũ. Vlteriùs offert se nobis subtile dubium, Vtrum filius natu maior, qui omnia bona ex patris dispositione longo tempore administrauit, possit salarium ratione administrationis petere, sitque ei tanquam alij, cuius administratori extraneo labor administrationis persoluẽdus, nec sit salarium illud fratribus communicandum? De hac quæstione elegãter Fulg. in l. illud. col. 2. C. de collatio. Resolutiùs And. Tir. de primog. q. 89

Pulchrum prætereà est dubium, Vtrum pacto inter dominũ & famulum cõuento sub certa pœna singulis mẽsibus, quibus à seruitio domini cessaret, dominus legitimè per infirmitatem impedito famulo, ne solitas operas impendere posset per duos vel per plures menses, ad solutionem illorum mẽsium teneatur, an ratione impositę pœnę à solutione liberetur? Cui ipse quęstioni in praxi de ea consultus respondi, dominum ad mensiũ solutionẽ teneri: eò quòd famulus propter infirmitatem, quæ iusta causa est, à pacto conuento liberatur: non etenim est cuiquã imputandũ, cuius nec industria, nec facto causa iusta puenit. c. vnico de cõmoda. & per regul. Quod per me nõ stat,

mihi

mente, sean siempre guardadas y firmadas en poder de la yglesia.[a]

¶ *Ley II. Como el electo deue recebir los bienes de la yglesia con iuramento.*

Fuero.

ADDICION.

¶ *Esta ley se emienda y añade por la ley 6. tit. 2. lib. 1. nouæ Recopil.*

mihi non est imputandum. de reg. iuris. lib. 6. Tum etiam: quia casus fictus in casu ficto tantum operatur, quantum verus in vero. leg. filio quem pater. ff. de liberis & posthumis. Sed lex famulum infirmum durante infirmitate fingit, & si non sit, in nostro esse seruitio, seruique ægrotantes, quibus vt medeatur, curamus, nobis seruire fingũtur. leg. cum hæres. §. stichus. ff. de statu liber. ibi, seruire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes seruire nobis, propter aduersam valetudinem impediuntur. glo. in leg. de arboribus. §. de illo. verb. ægrotante. ff. de vsufruct. gloss. & Panormita. in cap. 1. de cleric. ægrotantib. Bart. in leg. si vno. §. item cum quidam. ff. locati, text. optimus in leg. qui operas. ff. locati. & in l. operæ testamento. ff. de vsu & vsufruct. lega. Pro nostra igitur dubij decisione facit etiam illud, quod operæ vnius diei non sunt alterius sequentis: quare vno die lapso, non tenebitur quis altero die operas prestare. leg. si nõ sortem. §. libertus. ff. de condictione indebiti. & sic non tenebitur supplere operas illius temporis quo fuit infirmus summa Rosella. verbo. familiam. §. 4. & verbo. horæ. §. 7. & decisio huius quæstionis est multum periculosa cũ pro vtraque parte sint argumenta vrgentissima, vt vix veritas dignosci possit secundum l. diem functo. ff. de offic. assess. & Barb. in ca. propter sterilitatem. de loc. vbi multa iura inclinãt in hanc partem, quod pro tempore infirmitatis salarium debeatur: quæ opinio de æquitate præferenda est, secundum Lauren. Sil. consil. 28. num. 23.

Nota etiam ex hac lege benefacienti gratiam debere referri capit. cum in officijs. de testamentis. Vnde infertur donationem factam ecclesiæ per Constantinum validam fuisse. Nec obstat ista lex ibi, *De cosas que deuen ser dadas*, dicens iura, & res imperij alienari non debere ca. intellecto. de iureiurando, illud enim procedit nulla legitima causa existente, secus tamen ea existente. Ideo valuit prædicta Constantini donatio. Vt etiam dixi latè ad Segur. in repetitione. leg. 3. §. final. num. 109. ff. de liberis, & posthumis. Panormitan. in cap. inter dilectos, num. vndecimo, de fide instrumentorum. Hieronym. Paul. in practic. cancellariæ Apostolicæ pag. 123 Alexand. in l. omnibus. nume. tertio. ff. ad Trebellianum. Feli. in cap solitæ num. quinto. de maioritate, & obedientia. Boerius decisione. 69 num. secundo. Iacoba. in tracta. de concilio. in fi. Igneus in leg. donationes. num. 20. de donation. inter virum & vxorem. Confirmatur ex his, que scribit Couarru. in repetitione, ca. quamuis pactum. 2. parte. § 2. num. 4. de pact. lib. sexto. vbi agit de intellectu tex. in dict. cap. intellecto, de iureiurand.

PORQUE somos tenudos de honrar la sancta madre yglesia sobre todas las cosas del mundo: porque en ella auremos gran esperança, que quanto le guardaremos, y la tuuieremos en sus franquezas, y libertades,[b] q̃ auremos

a ¶ *Guardadas, y firmadas en poder de la Yglesia*. Si enim data non seruantur, frustra darentur à Christi fidelibus. text. in leg. iubemus. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesijs. ibi, intacta conuenit venerabiliter custodiri: vt sicut ipsa religionis & fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illæsum. leg. 24. titulo. 32. part. 3. & leg. 2. infra, isto titulo, ibi. *como se guarden perpetuamente*. Vide glos. in l. 1. titulo. 5. lib. 1. for. leg. & quæ Bertrachin. in materia alienationis rei ecclesiasticæ scribit, in tract. de episcop. in 4. volumine tractatuum. folio. 54. num. 103. & decisio. Capellæ Tolosan. 97. cum sequentibus, cum alijs quæ dicam in lege finali infrà hoc titulo.

¶ *Lex II.*

b ¶ *Franquezas, y libertades*. Concordat. l. 2. titu. 5. lib. 1. for. legum. Priuilegia & immunitates ecclesiarum inconcussæ debent obseruari. l. priuilegia C. de sacrosanct. eccles. Nota in primis ex hac lege, quod episcopus postquam confirmatus fuerit, tenetur facere inuentarium de rebus mobilibus & immobilibus ecclesiæ. Bertachi. in tractata. de episcop. 4. parte. 4. lib. quæst. 12. nu. 34. text.

text. in cap. sint manifestæ. 12. quæst. 1. Electus nondum tamen confirmatus non potest administrare bona ecclesiæ. Bertachi. dict. tract. 2. par. 3. lib. vltima parte, quæst. 3. Non etiam ex eodem text. successorem teneri consuetudinem predecessoris seruare, quæ erat tempore ingressus prælati secũdum Bald. in l. qui buscunq; nu. 4. C. de sacro sanct. eccles. qui citat. l. mela. §. sed & si alimenta. ff. de alimen. lega. quæ in alimẽtis præstãdis consuetudo testatoris est inspicienda. Ad hoc habes magnam additionẽ ad Segur. in reper. l. tertię. §. fina. fol. 2. ff. de liber. & posthu. Hoc tamen intellige de iuridica consuetudine & præscripta. vbi enim de consuetudine fit mentio, in ea cõstitutio est verificanda. Antiquitas nãque seu vetustas pro lege habetur. l. in summa. ff. de aqua plu. arcen. l. quicũque castellorum. C. de fundis limitroph. libro primo. l. maximarum, ibi, vetusto more durante. C. de excusatione muner. libro 11. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, cap. super quibusdam. §. præterea, de verborum significatione, cap. primo. de præscript. lib. sexto. Panormit. in capit. peruenit. de censibus, glos. in cap. 1. verbo. consuetudine. de officio ordin. lib. sexto. Gaudere etiam debet priuilegio prædecessori ratione loci indulto secundum Bald. in l. priuilegia. nume. quinto. C. de sacrosan. eccles. expressius in l. omnia priuilegia. num. secundo. C. de episcop. & cleric. Notã etiã ex eadem lege, quod in casibus, in quib' à lege prohibetur venditio, vt in rebus ecclesiæ, vel minoris, semper onus probandi pretium fuisse in vtilitatem ecclesiæ conuersum incumbit emptori. Bald. in auth. hoc ius porrectum. colum. fin. versicul. vlteriùs habetis hic. nu. septimo. C. de sacrosanct. ecclesi. vide omnino Felin. in cap. cùm causam. num. 25. de re iudic. Adde Pau. Castren. in l. si pupilli. §. item si. num. secundo. ff. de negot. gest. Panormitan. cõsil. 7. num. primo, lib. secundo, glos. in l. 6. tit. 19. lib. 3. for. per quam res episcopi ecclesiæ suę sunt obligatæ.

por ello galardon de Dios a los cuerpos, y a las animas, en vida, y en muerte. Porende queremos mostrar como se guarden perpetuamente las cosas de la yglesia. Onde ordenamos, que luego que el Obispo, o el electo fuere confirmado, y quisiere recebir las cosas de su yglesia, o de su Obispado que lo reciba delante del Cabildo de su yglesia: y todos en vno las hagan escreuir por inuentario todas las cosas que recibiere, mueble, y rayz, y los priuilegios, y cartas de la yglesia, y lo que le deuen, y lo que deue la yglesia: en tal forma, que el otro Obispo que viniere despues del, pueda cobrar las cosas de la yglesia por el dicho inuentario, e si alguna cosa de las que assi hallaren escriptas fuere vendida o enagenada sin derecho, la pueda demandar, y tornar para la yglesia, dando el precio al comprador que dio por ella, si mostrare que el precio fue gastado en pro de la yglesia. E si en su pro no fue gastado, la yglesia cobre lo suyo, y no sea tenido de pagar el precio, mas pague se de los bienes proprios del que la cosa enageno, o de los que sus bienes heredaren, o desampararen los bienes. Esso mesmo mandamos de los monasterios [a] y de las Abadias, que ningun Prelado pueda vender, ni enagenar cosa alguna de la yglesia: mas si alguna cosa ganare, o heredare por razon de si mismo, haga dello lo que quisiere.

a *Monasterios*. Quid autẽ sit in hoc iuris circa hospitalia vide Felin. in c. de quarta, de præscrip.

Defen-

¶ Ley. III. Que no se compren ni empeñen las cosas sagradas de la Iglesia.

¶ Fuero.

ADDICION.

¶ Esta ley quanto a la pena esta emendada en la ley. 7. tit. 2. lib. 1. noua Recopil.

DEfendemos, que ningun Christiano,[a] ni Iudio, ni Moro, ni otro alguno sea osado de comprar, ni tomar a empeño calizes, ni libros, ni cruzes, ni vestimentas, ni otros ornamentos que sean de la yglesia. E si alguno lo tomare, entregue lo luego a la Iglesia sin algun precio. Y mandamos q̃ aquel, a quien lo traxeré a empeñar, o a vẽder, q̃ lo tome, y reciba, y lo tenga en su poder porque no se pierda: y digalo, y descubralo luego, de guisa que no lo pierda la Iglesia cuyo es. Y quiẽ esto no hiziere, aya la pena que es puesta contra los que encubren los furtos, segun se contiene en este titulo en la ley penultima.

¶ Ley. IIII. Que ninguno haga fuerça, ni quebrantela Iglesia.

ADDICION.

¶ Esta ley se emienda en la ley 2. titu. 2. libr. 1. nouæ Recopil. y los casos, y como los deudores por causas ciuiles, no gozan de la immunidad de la Iglesia y pueden ser sacados della, vease en la ley. 13. eod. tit. & libro.

NInguno sea osado de quebrantar Iglesia[b] ni cimiterio por su enemigo, ni para hazer otra cosa alguna de fuera. Y el que lo hiziere[c], peche el sacrilegio al Obispo, o al arcediano,

a ¶ *Lex Tertia.*
¶ Defendemos que ningun Christiano. Concordat. l. 5. tit. 5. lib. 1. for. vbi vide glossam. & l. 10. infrà isto titulo. & l. octaua. titul. 19. libr. tertio. for. legum. & ibi addit. *Lex Quarta.*

b ¶ *Quebrantar Iglesia.* Concordat. l. 7. titul. 5. libr. 1. for. & ibi gl. & forus Aragon. lib. 1. cõsti. vni. de sacrosan. eccle. Adde determinationem Archidia. in ca. sicut antiquitus. 17. q. 4. dicẽtis delinquẽtem de vno ad alium carcerem missum, si per ecclesiã vadat, non debere tã quã is, qui in ecclesia est defendi. Quid autẽ si incarcerato detur licentia audiẽdi missam in ecclesia? poterit ne inde extrahi? Vide ad hoc Remig. Gõni in tracta. de immunita. eccl. pag. 149. fallentia. 23.

c ¶ *El q̃ lo hiziere peche.* Pœna erit arbitraria, siquidem non est expressa. gl. singul. verb. arbitrium. in cap. super his. de accusa. cap. de causis. de offi. delegat. quæ pœna inspecta qualitate delicti & causæ & personæ ad mortem vsque potest extendi secũdum gloss. in. §. in summa. verb. extraordinaria. Inst. de iniur. singul. secundum Angelum in tract. maleficiorum. in parte. Et ibi caput à spatulis. nu. 44. Præpositus in ca. secundo. num. 3. de desponsa. impub. Barba. Felin. & Deci. in capit. ex literis, de constitu. Ioan. Bernar. in praxi cano. criminal. capit. 138. verb. arbitrarijs. Mathesila. singula. 48. Cassan. in cõsuetu. Burg. fol. 43. Faciũt adducta à Iasone in. l. q̃ si Ephesi. §. interdũ. notab. 1. ff. de eo quod certo loco. facit iti de. l. ibi, *Que le de la pena q̃ quisiere tambiẽ de muerte*, tit. 15. libro. 8. infrà. Quod tamen verũ esse tene, nisi pœna sit iam à consuetudine determinata secũdum Ioannẽ Bernar. in praxi canoni. crimin. c. 137. Poterit tamen à tali iudicis arbitraria pœna appellari secundũm gl. in. d. ca. super his. singul. secundum Angelũ in tracta. malefic. verb. & ibi caput à spatulis amputetur. nu. 45. Feli. in c. Rodolphus. colũ. 2. de rescript. Barba. in c. cũ venissent. nu. 32. de iudi. Decius in capi. ad hæc. num. 4. de appellat. text. in capit. primo. de dilatio. & in capit. Romana. verb. minus legitima. de appellat. libr. 6. Exponit singulariter constituens regulam. cum. 7. fallen. Felin. in dict. cap. super his. num. 7. col. 4.

o aquel que lo deuiere auer. Y el mismo, o el Alcalde haganselo dar, si la Iglesia por su justicia no lo pudiere auer.

¶ Ley. V. Que ninguno no quebrante los priuilegios, ni franquezas de la Yglesia, ni occupe sus bienes.

¶ El Rey don Enrique II. en Toro Año de mil ccccix.

ADDICION.

¶ Esta ley se contiene en la ley 4. titul. 2. libr. 1. Recopil.

LA Iglesia militãte [a], que es ayuntamiẽto de los fieles, deue ser honrada, temida, y guardada como madre: y maestra vniuersal de todos. Por ende mandamos, que ninguno no sea osado de quebrantar Iglesias, ni monesterios, segun en la ley ante desta: ni quebrante sus priuilegios, ni franquezas, ni occupen bienes, mantenimientos, ni ornamentos, dellas: ni entren en las dichas Iglesias a hazer, ni tratar cosas deshonestas. Y que las Iglesias sean tractadas con gran reuerencia. Porque son casas diputadas para oracion, y para seruir a Dios. Y mandamos a las justicias que no lo consientan: y escarmienten, y hagan justicia en los que lo contrario fizieren, segun la qualidad del delicto que cometieren. E mandamos a los nuestros Oydores, que sobre ello dẽ aquellas cartas, y prouisiones que menester fueren.

col.45.& 6.post Areti.nu.44.col.8.cum sequent. de accusa. Nota etiam propter iniuriam ecclesiæ, siue clericis illatam debere satisfactionem iniuriato fieri. Concordat tex.in c.sicut antiquitus, & in c.siquis in atrio. 17. q.4. & in c. siquis contumax ead. causa & q. & ibi glos. Corroboratur ex tex.in ca. episcoporum. §. fin. de priuileg. lib. 6. ibi ad arbitriũ eius, cuius sententiã contempserunt, satisfecerint cõpetenter, l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus, vt indign. Ias. in l. seruo legato. §. si testator. num.4. ff. de lega. 1. Roma. singula. 692. incip. regula est. vbi pœna contra aliquem apposita læso, in cuius fauorem fuit iniũcta, applicatur, quod est singulare ad declarationẽ l. 49. Tauri. Est tamẽ dubium, Vtrum fugiens pro debito ciuili ad ecclesiam possit inde extrahi? Ad quod vide. l. 15. & ibi glos. verbo. *sacarlo dende.* tit. 20. lib. 3. for. Remig. in tracta. de immuni. ecclesi. pagi. 9. nu. 17. Tenerem tamen ipse debere fugientem ad ecclesiam, defendi per generalem prohibitionem, l. præsenti. C. de his qui ad ecclesi. confu. & capitul. si quis contumax. 17. quæstione quarta. Quod ita etiam firmat Roder. Xuares. in l. 2. titu. *de los gouiernos*. libr. 2. fol. 97. col. 1. Dixi ad idẽ plura latè ad Segu. in repet. l. ab exhæredati. nu. 10. ff. de legat. 1. per textum pulchrum in l. secunda. titu. 11. parti. 1.

¶ Lex. V.

a *¶ La Iglesia militante.* Est enim ecclesia militans, exẽplata ad instar Ecclesiæ triumphãtis. glos. in clem. ad nostrum. verbo. ecclesiæ, de hæreti. quã commendat Panor. in cap. 2. de cleri. non residenti. Iacoba. in tracta. de concilio. libr. 6. arti. 2. pag. 335. litera D. Th. Ferrar. caut. 19. Nauar. in repe. c. nouit. notabi. 2. nu. 14. de iudic. Ludouic. Gomes. in cap. 1. numer. 19. de consti. lib. 6. Vnde infertur neminem secularia negotia tractandi gratia, sed orandi ad ecclesiam accedere debere. Domus mea, ait domus orationis est. capi. eijciens. 88. dist. text. in c. decet. §. cessẽt. de immun. eccle. lib. 6. Licet tamẽ cõtrahere in ecclesia sit prohibitum, contractus in ea gestus, etsi contrahentes peccent, valet secundũ glo. in verb. processus. in d. c. decet. ord. secundũ Euerard. in topi. iuris. c. 18. & c. 40. Inferĩ iudicia secularia in ecclesijs

sijs exerceri non posse, nec deberi. ca. 1. de immu. eccle. glo. in c. 2. de custod. eucharist. c. 2. §. fin. de immuni. eccles. lib. 6. Secus tamen de iudicijs ecclesiasticis secundùm glo. in dict. ca. 2. de custod. eucharist. argu. c. qua fronte. de appella. Angel. in verb. immunitas. §. 1. & glo. in dict. c. decet. verbo. secularium, & in. c. 1. verbo. placitū, & in c. cùm ecclesia. verb. sanguinis. de immu. eccle. vide Feli. in. d. c. qua fronte. & l. prima. titulo. vndeci. parti. 1.

¶ *Ley. VI. Los que no defien de la Iglesia.*

¶ Fuero.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley 3. titul. 2. lib. 1. Recopil.*

LA Iglesia no defiende robador conoscido, ni hombre que de noche quemare mies, o destruyere viña, o arboles, o arrācare los mojones de las heredades, ni hombre que quebrante la Iglesia, o su ciminterio, matando, o heriendo en ella [a] por pensar que sera defendido por la Iglesia [b].

¶ *Lex. VI.*

a ¶ *Matādo, o heriendo en ella.* Concor. tex. in cap. fin. de immuni. eccles. Facit etiam decisio. Tolos. capell. 422. vbi per Stepha. Aufre. in additione. & per Remig. Gonn. in tracta. de immuni. eccle. fallen. 3. cum sequentibus, plura ad intellectum huius casus, quando quis in ecclesia delinquit, plenè, ac eleganter discussa reperies. Proponit etiam, & mouet aliqua dubia Alciat. in tracta. de præsumptio. regu. 3. præsumpt. 33. Triplex prætereà est homicida, qui immunitate ecclesiæ non gaudet. Quod vide per Nicola. Boeri. decisio. 109. num. 5. & Guido Papæ decisi. 121. Ioan. Igne. in l. 1. §. si dominus. num. 7. ff. ad Syllania. Remig. in tracta. de immunit. eccles. fallen. 13. qui de homicida aliquem proditoriè interficiente latè discutiunt, asserentes eum minimè gaudere immunitate ecclesiæ, qui etiam plures pro & contra referunt opiniones. Istam tandem, scilicet, quòd non gaudeat, possitque inde extrahi, communem & tenendam asserunt per cap. 1. de homicid. Vide etiam ad idem Doct. Couar. lib. 2. Varia. resolut. cap. 20.

Quæritur tamen, Vter sit iudex competens ad cognoscendum vtrùm debeat immunitatis priuilegio gaudere, necne, secularis, an ecclesiasticus? Plures ad hanc quæstionem opiniones refert Remig. in d. tracta. de immu. eccle. quæst. 2. pag. 218. At ex text. in cap. ex parte. 1. de verbo. signifi. iuncto tex. in cap. si iudex laicus, de senten. excōmu. lib. 6. dicendum quod ecclesiasticus sit in tali casu competens, ac debeat, citato tamen ad id iudice seculari, de eo cognoscere, quam ipse auderem veriorem opinionem dicere, eò quòd de re ad ecclesiā pertinenti, ac de eius priuilegio, quo debent gaudere confugientes ad ipsam, agatur. Si enim vterq; simul de causa cognoscere posset, sequeretur incōueniens, scilicet, ꝙ alter pferret diuersam ab altero sententiā, essetque tertius pro decisione hominā dus, fieretque negotium immortale, cum tamen imponere finē litibus expediat. per text. in c. finem litibus, de dolo & cōtum. Tū etiā in dubijs pro religione est iudicandum l. sunt personæ. ff. de religios. & sumpti. fune. vtque etiam citiùs, interdicta cessent, ne innocentes pro nocentibus (quod sæpè fit, vt inquit Horatius. *Quicquid delirant Reges plectuntur Achiui*) puniantur, maximum enim & quo ad animas damnum est. argumen. tex. in cap. fin. de sentent. excōmu. lib. 6.

b ¶ *Sera defendida por la Iglesia.* Fugiens ad ecclesiam gaudere debet eius immunitate. l. præsenti. C. de his qui ad eccl. cōfugi. l. 2. tit. 11. p. 1. c. inter alia. de immuni. eccle. Concordat constitu. vni. tit. de his qui ad eccle. cōfug. & in tit. de immu. eccl. li. 1 for. Aragon. Fallit tamē si latro sit siue nocturnus depopulator agrorū. tex. hic. & in. d. c. inter alia. Ang. verb. immunitas. §. 16. vbi plures, qui immunitate ecclesiæ nō gaudēt, excipiūtur, & per glo. in. d. c. inter alia. verb. publicus latro. tex. in l. 5. titu. 11. parti. 1. Cōcord. l. 8. ti. 5. lib. 1. for. legū. vbi glossa latè agit de hac materia, verb. *Robador conoscido.* & in parte. *Quebrantare la Iglesia.* Ratio autē huius conclusionis quamobrē potiùs publicus latro ac depopulator agrorū, quā quiuis alius malefactor, qui fortè deterior est, ab ecclesijs extrahantur, ea nimirū est, quia magis reipubl. interest eos quā alios malefactores puniri, siquidē ij pluribus, quā alij, exitia cogitāt. gl. fina. in c. vlti. de immu. eccl. Panor. in c. inter alia. col. 6. eo. tit. Quæritur tamē vtrū fugienti ad ecclesiā possit victus aliaue necessaria pħiberi, possitve ecclesia obsideri? Responde, quod non l. secunda. titul. 11. parti. 1. Prætereà nec potest in ecclesia cōpedibus arctari: qui contra faciunt, immunitatem ecclesiæ, acsi ipsum extra-

Quæritur vlterius, Quæ pœna ſit imponenda fraudantibus pedagiũ, ſeu gabellas de rebus, quæ vehuntur, de eis gabellario vel collectori non facientes mentionem, ſeu in relatione rei vectæ, vel venditæ mentientes? Reſponde, quod incidentis in commiſſum.l.commiſſa. ff. de publican. & vectigal.ibi, dominiumq́ue rei vectigalis acquiritur. quod latiùs declarat Bertachi.in tract. de gabellis.9.parte principa.de fraudibus gabellarum. Fraus autem contra defraudantem probatur coniecturis ſecundùm Alexan.conſi.188. col.2.lib.7. Aymon Craue. conſi.115. col.1. lib.1. Hippoly. ſingul.698.incipi. Aduertant & diligenter, &c. Quod adeò verum eſt, vt defraudans iuſtam gabellam, ſeu tributum fiſco debitum, ad reſtitutionem in foro conſcientiæ teneatur. Socin.in tract. fallen.regul.164.aſſerit ſecundùm commune eſſe illicitum Gabellas defraudare. Segur.in tracta. de bon.liſcrat.conſtan.matrimonio.num. 233. ad quem ibi plures remiſsiones inſerui. Alphon. de Caſtro in tracta.de poteſta.legis pœnal c.10.lib. 2.latè probat non exemptos teneri ad ſolutionẽ Gabellæ, & tributi Regi Caſtellæ, ac denegantes mortaliter peccare: quia iuſta iura Regis ſunt. Probat Soto de iuſtitia & iur.lib.3.q.6.art.7. ponẽs plura tributorum genera, quæ ſunt apud iuris prudentes. Quod eſt maxime notãdum: plures enim ſunt

sunt, qui hanc legem, eo quòd non est in principa li, quòd debeatur certũ quid, sed debitum Regi, pœnalem existiment. Illud tamẽ, quod adijcitur quòd res, scilicet, incidat in commissum: vel, si nõ soluerit, seu fraudauerit Gabellam, teneatur ad duplum, est pœna non soluentium, quæ non debetur in foro conscientiæ, vt infrà latiùs explicabimus.

Est tamen elegans quæstio, Vtrùm clericus cõiugatus cum vnica, & virgine, teneatur soluere tributum? Responde, quòd tenetur quemadmodum populares sui conditionis nõ exẽpti: solùm enim canonis, & fori priuilegio gaudet. c. vnico de cleri. coniuga. lib. 6. Casus exceptus denotat ius cõmune esse in contrarium: & inclusione vnius casus, inducitur exclusio aliorum. argu. c. nonne. de præsump. l. cùm prætor. ff. de iudic. l. 13. infrà. eo. titu. l. 23. titul. 4. lib. 4. infrà. facit. l. 10. titu. 2. lib. 7. infrà.

Est & alia singularis quæstio, Vtrùm fratres, & sorores tertiæ regulæ sancti Francisci teneantur ad solutionem tributorum? Dic, quòd sic: hi enim etsi religiosi sint, non tamen regulam habere dicuntur, sed modum viuendi, secundùm glo. insignem, & notandam in clem. 1. verb. obedientiam, de religios. domib. & in clem. cũ ex eo. verbo, tertio. de sent. excommu. tenet Petrus de Ancha. in c. quia nonnulli. col. 1. versi. quartò nota. nu. 3. de immunita. eccle. lib. 6. Quæ, quanquam sint, qui contrariam teneant, vera est, & approbata opinio in l. 19. tit. 4. lib. 4. infrà.

Quid autẽ, obsecro, iuris, Si clericus scripturæ simulatæ sibi factæ donationis in fraudem fisci, iuriumq; regalium consentiat? Dic, ꝙ tenebitur ad restitutionem fisco, vel eius nomine collectori: si quidem talis donationis finalis causa ea est, ne scilicet, Rex in tali re donata aliquod ius habeat: tenetur itaq; quemadmodum & principalis dominus. Solutione tamen alterius alter à restitutione liberatur, vt alibi latiùs probabimus.

Est & aliud priuilegium clericis, ꝙ nimirũ sint à solutione Gabellæ pro rebus à se distractis immunes. Ita Panor. in c. 1. col. fi. de cẽsib. & in c. nõ minus. de immunita. eccle. n. 21. & in c. ex literis de vita & honest. cleri. Ioan. Lupus Decanus Segobiẽsis in libro de libertate ecclesiastica. 1. p. q. 2 Firmianus in tracta. de Gabellis. 7. princip. q. n. 9 Melius quàm alibi per Philipp. Deci. in cõs. 496. col. 1. Quod tamen intellige, si clericus non sit negotiator, nec per viam id negotiationis faciat: alioquin tenebitur ad solutionẽ Gabellæ. tex. *in dict.* clem. præsenti. de censib. & in c. quãquam eo. tit. lib. 6 Frederi. cõsi. 111. col. fin. Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ n. 105. & ibi Deci. n. 57. de consti. Facit. l. 3. in quaterno Gabellarum. Adde Frotum lib. 1. de vero & perfecto cleri. cap. 54. num. 7 & Marcus Anto. Nata cõsilij. 139. num. 4. lib. 1. Cõfirmatur ex petitione. 103. in curijs Segouiæ. anni. 1532. Cuius verba hæc sunt, *Que los que dizen son exẽptos, lo fuessen solamente de aquello que comprassen, y vẽdiessen de su patrimonio, o para necessidad de sus personas, y casas. Pero q̃ de todo lo demas agora fuesse suyo, o prestado, pagassen alcauala y no fuessen exẽptos dello.* Greg. Lopez in l. 50. t. 6. par. 1. verb. Pharaõ. vbi restringit tex. in l. 4. ti. 4. lib. 6. infrà. Nã aliàs clericus Gabellã soluere minimè tenetur. Cardinalis in clementina præsenti columna. tertia numero nono. de censib. & Gregorius Lopez in l. 49. titu. sextò. partita prima. verbo. *Las franquezas.* Andre. Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. libro primò. §. 32. gloss. 1. numero. 80. folio. 279. Quod iuri diuino, & humano consonum est. argum. capituli fina. de rebus eccle. & capituli ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. Cuius si contrarium iudices audeant, insigni afficient ordinem clericalem iniuria. Nec minus afficit opinio, quæ clericos ratione rerum patrimonialium, & vectigalium, siue pensitationum, quæ super illis debentur, subijcit secularibus iudicibus: quod Franciæ vsu iam receptissimum est, secundùm Guillel. & Bal. in authen. clericus. C. de episcopis & clericis idem Bal. in capitul. cùm venissent columna tertia. versicul. oppono. de eo qui mitti. in posse. caus. rei seruan. Ioan. Faber in. §. vltimo columna secunda versicul. quid in necessario. numero octauò. Instit. de satisdatio. & in authen. statuimus. C. de episcopis & clericis. Stephan. Aufrer. in clementina prima. fallentia. 4. regulæ. 2. de offi. ordi. vbi nuncupatim ita in senatu Parisiensi fuisse iudicatum, asserit Guillelm. Benedi. in repe. capitul. Raynutius. verbo, & vxorem nomine, numero. 324. de testam. Atque etiã Rex Franciæ clericos in casibus, in quibus se priuilegiatos dicunt, ciuiliter punit, nunquam tamẽ criminaliter. Ita tenet Bartholom. Cassane. in cõsuetu. Burgun. rub. 1. §. 5. numer. 49. fol. 49. Talem tamen consuetudinẽ corruptelã potiùs ipse dicerem: siquidẽ priuilegium fori à iure diuino, non positiuo eis est concessum, secundùm glo. in c. si imperator. 96. distin. Loazes de matrimo. reg. Angliæ. folio. 18. num. 11. cap. in sancta. 2. quæstione. 7.

Clerici præterea sunt immunes à contributionibus, quæ fiunt in auxiliũ, & fauorem cõfraternitatũ. lex est in hoc casu expressa in quaterno. *De la hermandad.* quod ita verũ est, vt nulla nec directa, nec indirecta via contribuere teneatur: etiã si fiat generica contributio, in carne, videlicet, vino alijsque rebus, quæ ad omnium communem vtilitatem vendũtur, quod vexationis genus vulgô,

Sisa,

Sisa, nũcupatur. Quod ita sentit. l. 29. ibi, *En tãto que aquellas no se echen en perjuyzio de los dichos cleri gos y fidalgos, &c. y sin que ellos contribuyan en ellos.* in quaterno. *De la hermãdad.* Quibus tamẽ nõ obstantibus, contrarium Salmanticæ, anno. 1556. factum est: generaliter enim in omnibus rebus illa vexatio, quam Sisam diximus, imposita est: etiam si sententiam excommunicationis id in præiudicium clericorum constituentes incurrant.

Præterea etiam clerici nnoimè possunt à laicis astringi, seu compelli, vt bona, quæ licitè sibi acquisierunt, vendant, alienentve quocunq; modo, aut extra potestatem suam reponãt. c. 1. §. volentes. de immunita. eccle. lib. 6. Adde Petrum Antibolum de muneribus. 3. parte. §. 4. n. 50. tx. bonus in. l. 8. inf. ibi, *Ni fagan tomar, ni tomen, &c.*

Item etiam statutum laicorum contra ius commune clericorum, seu ex quo libertas ecclesiæ diminui potest, inualidum est. c. eos qui. de immunit. eccle. lib. 6. Adde Feli. Barba. & Deci. in. c. ecclesia. de consti. Hippoly. singu. 29. Ioan. Saison in constitutio. Turonensibus. fol. 289. col. 2. in fi. articuli prim. l. 7. infra eodem, quæ singularis est, & notanda.

Ex quo infertur statutũ, quo vt clerici, vel ecclesiæ res immobiles sibi datas vendere teneãtur, præcipitur: siue ne quis res huiusmodi eis vendat prohibetur, esse cõtra libertatem ecclesiasticam, & per consequens inualidum. Quare etiam cõstat non tenere, nec procedere petitum in curijs Vallisoleti anni. 1523. in l. 45. & in curijs Segouiæ, anni 1532. l. 61. & in curijs Madritijs, an. 1534. in petitione. 9. & 18. & 21.

Clericatus itidẽ ordo mutat forum iã ante contractum gl. 2. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. Quã theoricam intelligit Bal. in. c. 1. n. 3. de milite vassallo, qui arma bellica deponit in foro cõtractus, vel vltimæ volũtatis. Sed in foro delicti remittit se ad notata per Ioan. Andr. in nouella. in. c. 1. de obliga. ad ratioci. Et ibi Anchar. Panor. & alij. Nicol. Boeri. in consuetu. Bituricensi. tit. *Des costumes concernans les iuges, & leur iurisdicions.* §. 1. col. 4. fol. 14. vbi plures in hac quæstione concordantias ponit. Ias. etiam in l. cum quædam puella. nu. 10. ff. de iurisdict. om. iudi. asserit, ꝙ si laicus delictum commiserit, facta autem contra eum inquisitione, vel secuta condemnatione efficiatur clericus, vel religiosus, nihilominus iurisdictio secularis, non obstante tali mutatione, nõ impeditur, quin minus facta degradatione à iudice ecclesiastico tradatur seculari: quam indubitabilem asserit conclusionem.

Vxor etiam clerici gaudet priuilegio ipsum, sequiturq; forum, & conditionem mariti. glo. in. c. eos, 32. dist. expressior glo. in c. clericum. 11. quęstione. 1. Domin. in c. 1. §. fin. col. penul. versicu. quid de vxore de cleric. coniug. lib. 6. Panor. col. 2. & ibi Imol. in. c. 2. de foro cõp. Petrus Belluga in speculo principũ. titu. de propositione grauaminum. §. videndum. col. 2. & Guillel. Durand. in Specul. tit. de clericis coniuga. §. 1. col. 2. & And. Tiraquel. in tracta. de lege mariti. fol. 132. nu. 52. lege. 15. Quod etiam procedit non solum quo ad forum, quod est mariti de iure communi, sed & speciali priuilegio, ratione artis, vel alterius priuilegij personalis competit. tex. in. l. eos. C. de fabricens. lib. 11. singu. secundũ Socin. cõs. 12. col. antepen. versi. & non solum clericus. lib. 1. & idẽ in rubr. de foro competen. col. 5. vers. 66. in fin. similis in l. ne ad diuersa. C. de silent. lib. 12. Quod latiori sermone comprobatur ex Tiraq. in loco præallegato. Quod priuilegiũ etiam marito mortuo, durante viduitate, locum habere non dubites: quia censetur esse in eodẽ matrimonio. Quod etiam videtur esse ex mente leg. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. Mulieres, inquit, honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum posteà sortitæ fuerint, priori dignitate priuatæ, posterioris mariti sequentur conditionem. bonus tex. in authẽ. de nuptijs. §. non tamen permittimus mulieribus venientibus ad secũdas nuptias, adhuc velle priorum maritorum dignitatibus, aut priuilegijs vti, sed ad quale post priorem venerunt matrimoniũ, illius amplectantur fortunam: quæ enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus adiuuabitur. collatione. 4. Ergo ea stante, & perseuerante in priori matimonio præsumpto, durante viduitate, gaudere debet exemptionibus, & priuilegijs marito prædefuncto concessis. Probatur ex l. filij. §. vidua mulier amissi mariti domicilium retinet exemplo clarissimæ personæ per maritũ facte: sed vtrunq; alijs interueniẽtibus nuptijs, permutatur. ff. ad municipalem. vbi gl. verb. domicilium. citat concordantias. Bart. etiam ibi assignat rationem, dicens. Quia videtur stare in priori matrimonio, donec est vidua: suppletur, & honestè viuit, secundùm Additiona. Bart. ibi per tex. in §. vlt. in authen. de restit. & ea, quæ parit in vndecimo mense. collatione. 3. Confirmatur ex l. mulieres. C. de incolis. lib. 10. Per quam dixit glos. fin. in c. ex parte, de for. comp. viduam Regis quondam vxorem deberi etiam comortuo Reginam nuncupari. Inde etiam. l. 7. tit. 2. par. 4. hanc quæstionem explicat his verbis, *E aun despues que fuere muerto su marido, la llamaran assi, si no casare con otro de menor guisa, ca las hõras, è dignidades de los maridos han las mugeres por razõ dellos.* Ad idẽ est. l. 13 incipien. *Ordenamos, que la exempcion otorgada por*

priuilegio a los nuestros officiales de la nuestra casa, seguarde a los tales en su vida. Y despues de su vida se guarde a las mugeres dellos, no casando, y manteniendo castidad, &c. tit. 4. lib. 4. inf. Ex quibus facilè infertur ad vxores doctorũ, quæ etiã post mortẽ mariti priuilegijs tam fori, quàm alijs, marito Doctori prædefuncto concessis, gaudere debent.

Ex quibus infertur, vxorem Doctoris, vel clerici, quæ homicidium commisit viuo marito, vel etiam mortuo, debere conueniri coram scholastico, vel Episcopo, non autem corã iudice seculari. Quod in facti cõtingentia fuisse Salmaticæ, practicarũ audiui. Probatur & vlterius. Quia vxor clerici cõiugati incedẽtis in habitu, & tõsura clericali, gaudet priuilegio fori in criminalibus. Panor. in c. 2. de foro cõp. Socin. in c. 1. col. 10. eodem tit. Montal. in l. 32. verb. *La tercera*. tit. 2. partita 3. & est communis secundum Greg. Lopez. verb. *De casamiento*. in d. l. 32. qui credit in praxi contrariam opinionem seruari, quæ est Ioannis Andreæ in c. vnico. de cleric. coniuga. lib. 6. Tu tamen à cõmuni non recesseris. Subinfertur etiã, quòd sicut vir ratione duodecim filiorum est, & erat immunis in vita à contributionibus in iure expressis, ita erit & vxor eius, eo defuncto, ratione prædicta. Tum etiam, quia ipsa est vnum corpus cum viro. Genes. 2. c. debitum. de bigam. Tũ etiam, quia mulier est causa perficiens, & in esse deducẽs huiusmodi priuilegiũ ratione duodecim filiorũ: respectu igitur huius principalis est. Sine terra enim semẽ nõ haberet subiectũ, nec aliquid operaretur, vt manifestum est. Ergo & si patiens sit, non agens: causa tamen potior, vel saltẽ æqualis est censenda ad huiusmodi priuilegium cõferuandũ, cùm diuersa ratio rectè cogitari nõ detur, nec est assignãda diuersa decisio. l. his solis. C. de reuoc. donat. De quo & ipse cõsultus ita respõdi.

Est & aliud clericis priuilegium, videlicet, canonis. si quis suadente. 17. q. 4. quo etiam si sint coniugati, gaudent. tex. in c. vnico, de cleri. coniug. lib. 6. Ipso etiam iure esse excommunicatum percutientem vxorem clerici, sicut & percutientem ipsum clericum.

Contrarium tamen in hoc est tenendum, vt docet Imol. in c. 2. de foro competen. Domini. post Ioan. Andr. in alleg. c. vnico. de cleric. coniug. lib. 6. Quia secundùm Domini. ibi, huius dicti rationem assignãtis, priuilegium istud toti ordini ecclesiastico cõcessum est: proinde meritò, cum materia sit pœnalis, ad personam non ecclesiasticam non extẽdetur: licet, vt in superioribus clare probatum est, clerici vxor forum mariti sequatur, sitque à iudice seculari exempta. Non enim est eadem ratio in materia exorbitãti & pœnali offendere vxorem positi in dignitate, & offendere in dignitate positum. Non igitur prædicta extensio est admittenda. ca. quod Dei. de statu monachorum. Quam etiam sententiam sequuntur Iacob. à Canibus in tract. de iniur. & damno dato. 2. parte q. 13 & Andr. Tiraquel. inter nostræ tempestatis scriptores optimus Iurisperitus in tracta. de leg. connubiali. l. 15. num. 59.

Presbyteri præterea egregiæ personæ dicuntur, vt docet Panor. in c. si qui testium. n. 5. col. 2. de testib. & ibi Feli. n. 6. Ias. in l. ad personas egregias. ff. de iureiuran. Vnde infero debere iudicem iuramentũ eorum in suis domibus recipere. per dictã. l. ad personas. & ibi gl. & l. 35. ti. 16. parti. 3

Clericus tamẽ donare concubinæ minimè potest, sicut miles secularis: si verò donet, irrita erit talis donatio. Quod probatur: quia clericus miles est. c. degradatio. ibi, actualis verò, siue solẽnis cælestis militiæ militis, id est, clerici degradatio. de pœn. lib. 6. Donatio tamen huiusmodi à milite facta, est irrita. l. 2. ibi, Milites tamẽ meos à focarijs suis hac ratione fictis adulationibus spoliari nolo. C. de dona. inter vir. & vxor. Tradit Andr. Alcia. in tract. de præsumptio. reg. 3. præsump. 26. n. 3. versi. declara primò. Ergo & donatio facta à clerico erit irrita tenet Deci. consil. 132. lib. 1. citans alios. & Chouer. in concordata. pag. 242. vers. vltim. videndum est. Capel. Tholosa. decisio. 141. Quod in tantũ procedit, vt neque iuramẽto possit talis donatio à clerico, vel milite cõcubinæ facta, firmari. secundum Ripam in l. miles. nu. 12. ff. de re iud. Quanquam Ludo. Roma. consil. 43. voluerit donationem factam à milite iuramẽto posse firmari. Et Ioã. Lup. in rep. rubr. de dona. inter vir. & vxo. §. 37. col. 3. n. 10. & Bermondus Chouer in concordata pag. 243. versi. prædicta cõclusio. Pro nostra tamẽ sententia contra Roma. & sequaces, est tx. in c. si diligenti. de for. cõp. & in c. cõtingit. & ibi gl. fi. de sent. excom. quibus probatur clericum nõ posse priuilegium sibi fauore publico totius collegij principaliter cõcessum renũtiare. Est etiam ad idem Præposi. Alex. in c. 1. §. similiter, col. fi. quib. mod. feud. amitta. Panorm. in c. tua. de sent. excom. n. 1. dicens, quòd percutiens clericum, ipso clerico consentiente, incidit in excõmunicationis sententiã: quia licet respectu clerici percussi violenta nõ sit talis percussio, respectu tamen totius ordinis clericalis violenta est: nõ etenim collegium clericale, in cuius fauorẽ principaliter illud priuilegium emanauit, consentire videtur. Vnde constat non potuisse clericum percussum illud priuilegium renuntiare. tx. in c. cum desideres. §. fin. de senten. excommu. & in c. si diligenti. de for. comp. Sed quod milites concubinis donare nõ possint, fauore totius collegij militaris inductum est. ergo etiam cum iuramento tale pri-

tale priuilegium renuntiare nõ poterit. Quod mẽti tẽne, nam, vt infrà (fauente Deo) dictabimus, sacerdotes militum appellatione comprehenduntur. Ad idem est tex. in c. ex multis. 54. dist. c. officia. & ibi Præposi. Alexandr. 59. dist. Guillelm. Benedict. in repet. c. Raynutius. verb. testamentum. 1. num. 49. de testam.

[Clericus coniugatus si in habitu & tonsura incedit gaudet priuilegio fori]

Clericus etiã coniugatus gaudet priuilegio fori cõueniẽdus, scilicet, est pro debito pecuniario coram iudice ecclesiastico, dum tamen in habitu, & tonsura clericali incedat. Ita Lapus allegatione 118. incipiẽti. Quæritur non leuiter. vbi declarat tx. in c. vnic. de cleric. coniug. lib. 6. At quãuis nõ incedat in habitu, & tõsura clericali, & se enormitatibus immisceat, nihilominus priuilegiũ fori nõ amittit, licèt tamẽ amittat priuilegium. ca. si quis suadẽte. 17. q. 4. Ita Ioan. Andr. & Cardi. in c. perpendimus. de senten. excomm. quos refert Hippoly. sing. 383. incipi. Clericus incedens. Quo autem habitu, & tõsura debeat vti clericus primę tõsuræ ad hoc vt gaudeat priuilegio clericali, vide duas bullas Regi Ferdinando huius nominis quinto, qui Catholicus dictus est, ab Alexãdro cõcessas, in lib. Pragmati. l. 21. & l. 22. & l. 16. inf. isto titu. Et aliam à Leone decimo cõcessam Regi Franciæ, quam ad literam refert Nicol. Boer. decisio. 69. in fin. declarat Alexan. consil. 8. n. 4. lib. 1.

Ad suum præterea forum clerici trahũt laicos. Quod tamen verum est, si consuetudo id habeat. tx. in c. ex parte. de alien. iud. muta. causa fact. Et ibi Ant. de Butr. id notat, Quod est singulare ad limitationẽ regulę, scilicet, ꝙ actor debet sequi forum rei. c. cum sit generale. de for. comp. Confirmatur. Nã clericus læsus petit restitutionẽ coram suo iudice, & non coram seculari. tx. in c. constitutus. ibi, in presentia nostra. de in integ. restit. singul. secundũ Roma. in sing. 112. versi. sed nũquid idem. Felin. in c. cùm sit generale. col. 2. de foro comp. Steph. Aufrer. in tract. de potest. eccle. super laicis. n. 48. versi. cẽtesimoquinto. Quod etiã priuilegium scholaribus Salmantinis tam agẽdo, quam in defendendo concessum est.

Contra clericos in criminibus exceptis laici solùm bonæ vitæ, ac famæ, & legitimæ personæ in testes admittuntur: non enim admittũtur laici criminosi, infames, vel irregulares, secundùm Specu. in rubr. de accusa. criminũ à quib. fieri permit. n. 5. Nec obstat. c. in primis. 2. q. 1. nec. c. cum P. de accusa. nec. c. tanta. de simon. hæc enim iura intelligi debent in detestationem criminis, quando clerici sunt etiam infamati: tali enim casu possunt à laicis infamibus accusari.

Filius clericus, etiã data necessitate famis, à patre vẽdi nõ potest. Hippoly singu. 101. incipi. Pater potest. Barthol. Cassan. in consuet. Burgund. fol. 48. n. 30. In filio tamen non clerico regulare est, quod possit. l. 2. C. de patrib. qui filios suos distraxerunt.

Clericus patronus habet semestre tẽpus ad presentandum clericum ad capellaniam, seu beneficium. Laicus tamen quadrimestre dũtaxat. c. vnico. §. verùm. de iure patro. lib. 6. Et huiusmodi tẽpus patrono cõcessum à tempore vocationis, vel notitiæ currit. Vide Cæsar. Lamber. de iure patro. 8. art. 1. q. princip. 2. partis. 2. libri. chart. 263 col. 1. cum sex sequentibus.

Quod priuilegium ampliatur, vt non solũ patroni clerici habeant semestre ad præsentandum, sed eorum causa & compatroni laici. gl. si in allega. c. vnic. §. verum. quam dixit singu. Philippus Frãc. ibi, n. 8. Ias. in l. nec pactio. n. 1. de trãsactio. C. cuius ibi dicta hoc nostrum confirmant. Felin. in ca. 1. nu. 6. de præscriptio. Cæsar Lambert. in dict. tract. de iure patron. art. 2. 1. quæstionis princip. 2. libri. fol. 262. col. 3. Quæ cõmunis est opinio, teste eodem Cæsare in 6. art. 1. quæstionis princip. 1. partis. 3. libri. n. 1. Bonus casus in cap. per tuas. ibi, quod autem à duobus laicis, & vno clerico &c. de arbitr. Faciunt etiam quæ latè scribit Hippolyt. in repe. rubr. ff. de fideiuss. nu. 130. & Igneus in l. 1. §. si quis in villa n. 27. charta. 135 col. 4. ff. ad Syllan. Nicol. Boer. decis. 300. & 330 nu. 2. Ludou. Gom. Hispanus in. cap. 1. nu. 47. de rescript. lib. 6. Hippolyt. singul. 180. incipi. Plura & plura.

Clericus à iudice seculari citatus, non tenetur coram eo ad allegandum priuilegium fori, dummodo ipsum clericum esse appareat, comparere. gl. in c. conuenior, verb. congrueret. 23. q. 8. similis in cap. nullus episcopus. 11. q. 1. Idem notat Felin. in cap. veniens. n. 5. de accusatio.

Præterea processus à iudice seculari contra clericum gestus, etiam illũ esse clericum ignorante, est ipso iure nullus, secundùm Speculatorẽ, titul. de citatione. §. 1. nu. 20. argum. tex. in cap. si diligenti. de foro compet. & ca. at si clerici. de iudic. remota enim iurisdictione iudicis, nullius sunt valoris ab eo gesta. c. ex literis. §. fin. de offic. deleg. c. vt animarum. de constitu. lib. 6. l. fin. ff. de iurisdictio. omnium iudi. clem. 1. de rescript. ibi, omnisq; processus contra præmissa habitus sit irritus ipso iure. Quamuis Calderi. conf. 12. tit. de foro compet. velit, quod imò valet processus agitatus contra clericum. quem refert, & sequitur Deci. consil. 125. col. fin. n. 7. & male.

Clericus tamẽ debet allegare declinatoriã iuris secũdum Archidia. in c. clericum. vers. nõ respondeat, 11. q. 1. per tex. in l. si quis ex aliena. ff. de iudic. & in l. ex quacunq;. ff. si quis in ius voca. non ierit Si tamen nõ faciat, nec poterit tacite, vel ex

presse

presſè iuriſdictionem ſuam ſeculari iudici in eum conſentiendo tradere.c. ſi diligenti. de foro cóp. quia iudex ſecularis,nec eſt,ne eſſe poteſt principaliter,nec incidēter iudex in cauſis ſpiritualib⁹, etiam in condemnatione expenſarum. vt ſingulariter oſtēdit Philip.Dec.cōſ.241.lib.2.Quod eſt optimum pro limitatione clem.1.de reſcrip.dicētis,qui ſe non iudicem pronunciat, debere nihilominus in expenſis cōdemnare.quam citat Panor. in.c.dilectus.3 de preb.Deci.in.c.vt debitus.col. 2.n.6.de appella. qui etiam text.confirmat hoc. Quod tamē intellige, quando potuit eſſe iudex. nec erat omnino,ſicut eſt laicus,incapax.

Vlterius etiam ſtatus clericorum ſeculariū alterari non poteſt,ſecundum Panor.& Deci. n.10 in.c.ad noſtram.de appellatio.Quod intellige,& declara vt per Deci.loco præallegato.

Aliud etiam his accedit, ſcilicet, clericū tutelā aliquam recipere non cogi.Poterit tamen volens legitimam accipere.Archidia. & Cardin. Alexandri.in ca.peruenit.86.diſt.dixi in forma teſtandi in glo.20.

Nomine prætereà populi in materia odioſa clerus non venit.Cardin.Alexandri.in.c. de his col. 1.diſtin.12.c.nulli.& ibi Alexandri. 42. diſtin.c. ſi ſententia,& ibi glo.verb.è conuerſo, de ſententia excommun.lib.6.

Clerici prætereà non tenentur, ſicut ſeculares, qui ad hoc compelluntur,hoſpites recipere, gl.in cap.ſicut nobis.verb.hoſpitalitatem.de ſupplen. negligen,prælato.tx.cum glo.verb. hoſpites. in l.1.C.de epiſc.& cleri.Panor.in.c.1. de immuni. eccle.Imol.& Deci.n.5.in c.de monachis.de præben. De iure regni vide.l.27.inf.iſto tit.

Cum ſacris etiam veſtibus clericus eſt ſepeliendus.tx.cum gl.in c.2.de authorit.& vſu pal.l.13. tit.13.parti.1.gloſ. in. c. nemo per ignorantiam. de conſec.diſt.1.& ibi Archidia. n. 2. & Cardin. Turrecrem.nu.1.

Omni etiā laico quilibet ſacerdos eſt nobilior. Collectar.&ibi addi.in c.epiſcopus.n.3.de præb.

Clericorum nomine etiam dignitas cardinalis comprehenditur.c.in nomine.23.diſtin. Alexandri.in. c. Anaſtaſius.col.2.n.1.diſt.19.

Sacerdotes prætereà etiā principum iudicātur patres,& magiſtri.c.quis dubitet.96.diſt.Ex quo notabilis effectus deducitur,q,ſcilicet,ſacerdotes non ſunt à laicis in ius,niſi prius venia petita,vocandi,ita notat Iaſ.in.§.pœnales.nu.73. Inſtit.de actio. vbi id cogitandum relinquit. Quod ſi verū eſt,ſingulare eſt. Nullibi enim id reperi.

Item etiā perſona clerici potētior perſona laici dicitur,ſecūdùm Collectar.in c.1.de aliena.iudi mutan.cauſa fact.Pro huius tamen veritate eſt omnino addendus Ludo.Gom.in reg.cancellariæ Apoſtolicæ.de ſubrogandis collitigantibus.q. 1. col.2.vbi hoc rectè explicat.

Vlterius etiam clerici Dij dicuntur.cap. ſynodum.17.diſt. & Pſal. 81. quibus detrahendum nō eſt.iuxta illud Exo. 22. Dijs nō detrahes:& principi populi tui non maledices.

Laicus prætereà cōtra clericū in cauſa criminali in teſtem minimè recipitur.c.laicos.2.q.7.c.veniens.1.de teſtib.Hippoly.in pract.crim.§.diligēter.n.132.vbi plures adhoc citat concordantias, hoc dictum ſolum ad plenam aduerſus clericum probationem intelligens:dictū enim laici facit indicium contra clericum.Panor.in.c.de cætero.n. 5.de teſtib.& ibi Feli.Et Hippol.ſing.98.Videtur tamen nullum indicium laici dictū contra clericum facere: quia propter eius reuerentiam in teſtem admittendus non eſt:quo caſu etiā ſi reciperetur, & examinaretur, non tamen indiciū faceret.tx.in l.1.§.diuus.1.& ibi Bart.ff. de quæſtio. Bart.in.l.maritus.ff.eod. tit. Sed vna ex rationibus,quare laicus ꝓhibetur teſtificari aduerſus clericū,eſt propter reuerentiā,quia nō eſt paris gradus,vel cōuerſationis.tx.in.c.laicos.2.q.7.Ergo aduerſus Panor.dictum.Illi tamen tx.reſponderi poteſt,quòd, ſcilicet, loquatur ſolū in epiſcopis, vt ex eius lectione apparet, & in eo procedat aſſumptū:ſecus in ſimplici clerico. Vel ſecūdò dic, quia veritas aliter actu,& habitu haberi nō poterat,ne pereat veritas,quę omnia vincit. Ideò recipiēda eſt probatio minus idonea,vt quotidie ſeruatur,ſecūdùm Iaſ.in l.cunctos populos.2.lectu. n.50.ff.de iuſt.& iur.quem omnino vide.

Irregulares,bigami,vel corpore vitiati,teſtimonium in cauſis criminalibus contra clericos nō dicūt,bene tamē in ciuilibus.glo.inſignis in ſumma 4.q.3.verb.tertia quęſtio.ſingularis ſecundū Hippol.ſingul.98.ſecūdùm quem huius etiam ſentētiæ fuit Abb.antiquus in.c.1. de exceptio. quem refert,& ſequitur Bald.in margarita.in verb.mutilati. Hoc tamen intelligo eo caſu habere locum, quando per alios poſſet veritas apparere.Si enim per alios probari non poſſet admitterētur iſti.ſecūdùm Ioan.Andr.ad Specu.tit.de teſte.§.1. Iaſ. in l.cunctos populos.n.49.in.2.lectu.C. de ſacroſanct.eccl. Quod tamen ipſe intelligo ſecundùm Anto.de Butr.in.c.tertio loco.de probatio.quando nec actu,nec habitu alij teſtes interfuerūt:aliàs enim ſi actus erat talis,in quo cōmuniter poſſent alij teſtes intereſſe,teſtes aliàs inhabiles nō admittuntur;etiam ſi veritas per alios probari non poſſet.Quod eſt de mente Panor.in.c.1.colum. 2.n. 4.de teſtib.cogend.& in.c.ſuper eo.nu.2.eodem tit.Iaſo. in. l. cunctos populos num. 72. & in.2. lectu.num. 50. C. de ſacroſanct.eccleſ. quæ declaratio notanda eſt ſecundùm Hippolyt. ſingul.

73.inci-

73. incipi. Plures qui. Panormit. in cap. dilectorũ. col. 3. de testib. cogend.

Testimoniũ itidem clerici præferendum est testimonio laici, gl. in ca. monachus. verb. quorum. 77. dist. Quam notandam asseruit Philipp. Deci. consi. 109. col. 4. n. 5. li. 1. vbi propter qualitatem clericatus quatuor clerici sex laicis æquiualent. Quod intellige, quando deponunt in causa ciuili, vel criminali pro reo. Si tamen in causa ciuili non deponeret clericus verisimilia, vel etiam in criminalibus, testes negantes, vel affirmantes verisimiliora etiam dignitate excedentibus præferendos fore censeo. ex sententia glo. in c. clerici. 81. dist. singu. secundùm Curt. Iuniorem in consil. 151. n. 7. & n. 10. Deci. consil. 448. n. 36. Hippoly. Marsil. consi. 132. col. 2. vers. & facit glo. singu. nu. 15. & in singula. 541. qui plures authores eiusdẽ sententiæ referunt, & sequuntur. Quam etiam modo prædicto intelligẽs, cæteris melius citauit Andr. Tiraquel. vir à me semper innumeris titulis laudatus, in repeti. l. si vnquam. in princ. n. 46. C. de reuocan. donatio.

Clericus præterea laicũ, qui iniuriam corporalem intulit clerico, potest coram iudice ecclesiastico conuenire: &, quod plus est, laici possunt ad testificandum per censuras ecclesiasticas compelli. tex. secundùm Panorm. ibi, in c. peruenit. de testib. cogen. quod est contra tx. in cap. cùm sit generale. de foro competen. cum similibus.

Clericari volens, & adhuc laicus existens, non deberet in causis criminalibus pœnã mortis, vel truncationis membri inducentibus, saltem fauore ordinis sacerdotalis, ne propter irregularitatẽ impediatur, testimonium dicere cogi, secũd. Panor. in c. dilectorum. col. 3. de testib. cogen. quod honestum esset: ergo & sequendum. argu. text. in l. semper in contractibus. & ibi glo. ff. de regul. iuris. vbi non decet bonũ virum quenquã decipere, seu grauare. Iudex tamen est bonus vir. l. sed & si vnius. §. Prætor ait, arbitratu iudicis vtiq; quasi viri boni vtilem modũ verberum imponat. ff. de iniur. Honestum autem, & æquum est, ne iste laicus suo bono proposito defraudetur: sequenda igitur est ista sententia. argu. tex. in. c. magnæ. de voto. Facit præterea. Nam clericus nõ potest cogi, nec tenetur dicere testimonium de re sibi nota in causa sanguinis. D. Thomas. 2. 2. q. 70. art. 1. ad tertium. Præterea etiã ob iudicis mandatum non tenetur maritus reddere debitum vxori adulteræ, ne efficiatur bigamus, vt probat Adrian. Papa in quodlibe. 6. fol. 110. Hinc etiam Petrus Iacob. in pract. sua. rubr. de duello, seu pugna. vers. item facit, quod res sequuntur. asserit, quod si communitas vocaret ad exercitum clericos cõiugatos, tonsuram, & vestem clericalem deferentes, nõ tenentur ire, nec mittere. Si enim ibi homicidium committerent, ipsi se inhabiles, ac irregulares efficerent ad sacros ordines, vxore mortua, promouendos. Quod est menti tenendum ad declarationem tituli, in quo de testibus cogendis est quęstio. De cuius materia resolutiuè infrà dicemus.

Priuilegiatus etiã & in hoc est clericus, scilicet, quod percutiens eum est *ipso iure* excommunicatus, & à Summo Põtifice solum absoluendus. per c. si quis suadente. 17. q. 4. de quo canone fit mentio in. c. non est dubium. cũ multis sequẽtibus, & præcedentibus in tit. de sent. excõ. & in c. religioso. & in. c. eos qui. & in. c. cum quis. de sent. excõ. lib. 6. & in l. 4. tit. 9. parti. 3. Quod etiam procedit in mandante. c. mulieres. §. *illi verò*. de senten. excom. cum sua glo. verb. authoritate. Facit ratio tex. in. c. vt famæ. ibi. Sed illi, quorum authoritate id faciunt, id facere videantur. eod. tit. & in ca. si Apostolicæ. de præbend. lib. 6. Procedit & vlteriùs in percussione facta nomine alicuius, si ille, cuius nomine fuit illata, ipsam ratam habuit. c. cũ quis. de sent. excom. lib. 6. Adde Præposi. in cap. ad id. quod nu. 5. de spons.

Procedit etiam in percutiente clericũ excommunicatum. glo. in. c. si quis deinceps. 17. q. 4. tx. in. c. 1. de sent. excom. & ibi Feli. Panor. in. c. contingit. eod. tit. Angel. in summa. verb. excommunicatio. 5. §. 24. vbi istam communem asserit. Ampliatur & quartò, etiam si clericus degradatus verbaliter tantum sit percussus, secundum primam opinionem glo. in c. accedens. 50. distin. & in cap. dictum. 81. dist. Panorm. post glos. ibi, in cap. ad abolendam. de hæreti. Hippolyt. in l. eiusdem. n. 7. ff. de sicar. & in l. & si redhibitus. n. 2. ff. de quęstio. & in singul. 107. & 179. Quod in signum, & memoriam dignitatis pristinæ procedit ad instar decurionis. l. vlt. ff. de decurionib. & in l. nihil. C. de quęstio. Ego tamẽ dicerem, id esse ratione characteris, qui indelebilis est, etiam per realem degradationem: degradatus enim quanquam conficere minimè debeat, id tamen si fecerit, verè corpus Christi conficit. glo. in c. 2. de cleric. excommun. ministr. Nam & si depositus in consecrando peccat, effectus tamen consecrationis, si consecret, sequitur. Ita Sanctus Thomas. 3 part. q. 82. art. 7. & 8. & quodl. 12. q. 16. & in 4. sententia. distin. 13. art. 1. ad 3. quæstiunc. & ibi Palud. & communis, quæ verissima est opinio. secundum Angelum. Clauas. verb. degradatio. §. 3. versic. vtrum degradatus. & Syluest. eod. verb. degradatio. q. 7. Sanctus. Thomas. in 4. senten. dist. 25. art. 2. Ioã. de Basolis in 4. sent. distin. 18. art. 2. qui ponit ibi rationem differẽtiæ, quare sic non possit absoluere suspensus, & non habens plebem, & iurisdictionem, sicut potest cõsecrare, etiam stante sibi prohibitio-

hibitio

hibitione, vt pote suspēsionis, depositionis, degradationis, vel huiusmodi. Reddit etiã huius rationẽ Guillel. Altisiod. in libros senten. lib. 4. tracta. 6. c. 8 q. 3. Quam etiã sententiam tenet Herueus quodlib. 8. q. 21. fol. 156. col. 3. Quæ cõmunis est & Canonistarum, & Theologorũ, secundùm Panor. in c. 1. in fi. qui cleri. vel vouen. & in d. c. 2. de cleric. excom. minist. Cardin. in ca. accedens. n. 7. dist. 50 Ferdin. Loazes in tract. matrimonij Regis Angliæ, 7. part. n. 36. Doct. Nauar. in c. 1. §. labores. col. 1. de pœnit. dist. 6. Quãuis cõtrariã sententiam senserint multi, & malè: imò quòd nõ cõficiat. De facto enim id ratione characteris facere potest, qui à Deo est in anima impressus, & est indelebilis, nec per hominem auferri potest. Verè igitur, licet actualiter sit degradatus, conficit, contra glo. in c. accedens. distin. 50. & in c. degradatio. de pœn. li. 6. Et ibi Philip. Franc. quum vide. Ex quibus facile constat etiã degradato actualiter competere priuilegium canonis. si quis suadente. 17. q. 4. Quod alibi latiùs explicabimus, quidq; circa hæc tenendum sit, ostendemus. Interim autem vobis cogitanda relinquimus.

Præterea etiam excommunicationem incurrit percutiens clericum defunctum. Felin. in c. à nobis. n. 4 de senten. excom. Hippoly. consil. 13. n. 5. & in repet. l. vnicæ. n. 53. C. de raptu virgin. & in l. fin. n. 53. ff. de quæstio.

Habet etiam pœna dicti canonis locum in percutiente consanguineum ipsius clerici, eius dummodò sit contemplatione, & odio. secundum Ludo. Roma. in repe. rubr. col. 24. ff. de arbit. Felin. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. n. 99. de consti. Hippoly. singul. 204. incip. Percutiens clericum.

Procedit præterea, etiã si percussus percutiẽti conuicia obiecerit. c. contingit. de sent. excom.

Vlteriùs etiã locũ id habebit, etiã si percutiẽs sit clericus. c. cùm pro causa. & c. porrò. & c. monachi. de sent. excom. Cõpetit igitur tale priuilegiũ etiã cõtra munitũ eodẽ priuilegio, passiuè, nõ actiuè: vt latiùs dixi in c. 1. de rest. in integr. probans cõpetere ecclesiç beneficiũ restitutionis in integrũ aduersùs aliã ecclesiã, vbi etiã rationẽ assignaui, quare cõpetat, cum priuilegiatus cõtra pariter priuilegiatũ nõ gaudeat priuilegio. Alia etiã pro prædicti canonis declaratione ponit Deci. in c. peruenit. de appel. quæ sunt satis necessaria. Rota in antiq decis. 503. Hippolyt. singula. 188.

Præterea etiam priuilegiũ dicti canonis habet locum in clericis initiatis ordinibus minoribus. c. 1. & ibi notata. de sent. excom. etiam si sit cõiugatus, dum tamen cum vnica, & virgine. c. vnico. de cleri. cõiuga. lib. 6. tenentur tamen pro bonis tẽporalibus contribuere. l. 13. infi. eod.

Seculares clerici religiosos omnes, ac regulares præcedũt. Ioan. Mõtanus in tract. de autho. magni cõcilij. n. 84. Ripa lib. 2. respõsorum. c. 2. n. 19. tx. in c. alia. & in c. legi. 16. q. 1. Cassan. in catalog. gloriæ mundi, 4. par. cõsider. 51. Hinc etiam dixit gl. in c. qualiter. 2. de accus. digniorem esse cœtũ clericorũ, cœtu monachorũ. simil. gl. in verb. exhiberi. in c. religioso. de sent. excõ. lib. 6. Domi. & Præposi. in c. episcopos. 17. dist. Probatur etiã per argumentũ ab ordine literæ, quod in iure receptum est, secundum Bald. in l. conuenticulam. C. de episco. & cleri. Nicol. Euerard. in locis legalibus, cap. 1. per tit. totum. Ne clerici vel monachi. Cum igitur priori loco ponantur, digniores existimãtur. Id præterea ratione institutoris, qui fuit Christus, probatur: ac etiam antiquitatis. Prçferendi igitur sunt.

Presbyteri clerici regulariter in iuramentis prçstandis sacra tãgere nõ tenẽtur: sufficit enim per suam cõsecrationem proprium pectus tangendo iurare. Guid. Pap. decis. 615. Couar. in c. quamuis pact. 1. par. §. 1. n. 3. ad fi. de pact. lib. 6. Quod ita practicatur. Vid Polyd. Virgilium. lib. 4. c. 14. referentem, non licere antiquitus sacerdoti iurare.

Prçferẽdus etiã est omnibus religiosis, etiã monachis cuiuscunq; ordinis, tã in processionibus, quàm in sessionibus: dignior enim altiori loco est ponendus. gl. in. §. aliam. Inst. de bon. posses.

Omnibus præterea sunt honorabiliores monachis. Ita Ioan. Mõtanus in tract. de autho. magni concil. n. 14. quem vide. Quod etiam ex his quæ paulò antè diximus in vers. seculares cleri. cõstat.

Nõ debet clericus, nisi infamatio criminis vnà cum indicijs præcedat, torqueri. Ita Abb. antiq. In c. de deposit. & ibi Cardin. & Bari. col. 4. Feli. in c. veniẽs. col. 2. n. 4. de testib. Hippol. singul. 55. Ioan. Bernard. in praxi canoni. crimina. c. 117 col. 1. qui post alios istam cõmunem asserit sententiam. Et nos latè diximus in practi. iudiciorũ. 2. part. paulò post tenorem sententiæ definitiuæ. versic. sunt autem plures personæ, quæ de iure.

Nomine etiã clericorum in fauorabilibus venit primæ tantum tõsuræ clericus. Panor. in rubr. de vita & honest. cler. Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. q. 3. n. 7. Angel. verb. excõmunicat. 5. nu. 27. gl. in c. 2. de præb. Ex quo infero ei, cum iam laicus non sit, sed clericus, licet tãtum primç tonsuræ, huiusmodi priuilegia competere.

Sacerdotes insuper Christi dicuntur, ac vicarij altissimi. 1. Paralipo. 16. Nolite, inquit Dominus, tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. & Psal. 104.

Vlterius etiã clericus miles dicitur, ac militis priuilegio gaudet. secũd. gl. in l. miles. verb. facere. ff. de re iudi. bonus tx. in c. 1. de cleri. ægrot. ibi, nõ posset qui militaret ecclesiæ inueniri. tx. cũ gl. in verb.

verb. militiæ. 23. q. 1. c. 1. quid proderit. ibi clericos militasse. 61. dist. c. Saluator. §. igitur. qa. ibi, quod si præfati milites ecclesiæ, & ibi gl. verb. milites. 1. q. 3. Guillel. Bened. in repet. c. Raynutius. verb. testamentum. 1. n. 49. de testamen.

Ex quibus aliud emanat, priuilegium, scilicet, quod nõ tenebitur pro debito, nisi inquātũ facere possit, ne egeat deducto, sicut miles. secundũ gl. insignẽ in d. l. miles. verb. facere. & secundũ Staphile. in tract. de gratijs & expectatiuis. §. in primis igitur n. 94. Est gl. similis in c. studeat. 50. dist. in verb. & ibi gl. 2. in l. milites. C. locat. gl. 1. in l. stipẽdia. C. de executi. rei iud. Pro quib⁹ glosis est bonus casus in c. Odoardus. de solutio. vbi Panorm. n. 8. Idem Panor. in c. pastoralis. §. verũ. col 4. nu. 16. de appel. Fel. in. c. ex parte. col. 2. n. 1. de accu. Ias. in d. l. miles. col. 3. n. 13. & in l. 1. n. 8. C. de iur. & fact. igno. Matth. Mathesil. in singul. 61. Nicol. Euerard. in Topica iuris. c. 22. Nico. Boer. decisi. 226. col. vlt. Quod tamen intellige vt per Pau. de Cast. in l. maritũ. n. 8. ff. solu. matr. in clerico, scilicet, q nõ habet, vnde viuat, bñficiũ: secus enim est in bñficiato, cui põt in reditibus sui beneficij executio fieri. Vidi ipse in simili casu literas apostolicas cõtra quendã clericũ huic nostro diœcesano Salmantino subiectum impetratas, ac delatas.

Aliud etiã hinc resultat priuilegiũ, scilicet, Testamẽtũ clerici nõ subiacere querelæ, sicut nec testamentũ militis in castrẽsibus subiacet. l. fi. C. de inof. testa. l. de inofficioso. C. eo. ti. l. vlt. C. de testam. mili. l. si instituta. §. 2. ibi, de inoffic. testam. militis, nec miles dicere potest. ff. de inof. testam. Quod quidẽ insigne est. Contrariũ tamen, imò q testamẽtũ militis subiacet querelę, est gl. in rubr. ff. si qs à paren. fue. manu. gl. in l. fi. verb. testamẽta. C. de inof. test. vbi dñs Ias. col. 2. n. 5. firmat istã esse verã, & cõmunẽ opinionẽ, dicẽs prædictas leges esse hodie præscriptas, & correctas. Idẽ Ias. in l. nemo ex lege. col. fi. C. qui testã. facere pos. n. 6. & in l. sicut certi. C. de testam. mili. n. 8. Dec. in l. si cũ vel in vtero. C. eo. tit. col. 1. Eã etiã dicit communẽ Didac. Couar. in. c. quia nos. n. 7. de testam. vbi alios citat. Cõtrariã tamẽ, imò quod nõ sit locus querelæ, veriorẽ ipse cẽseo. per tx. in authẽ. presbyteros. C. de epis. & cler. in quo. tx. præcipit legitimã liberis relinqui. igitur si eis nõ fuerit relicta, querelabitur per tx. ibi. Hoc enim non obstat per gl. ibi. verb. ferãt: quia imò nõ querelabitur, sed filius petet legitimã per cõdictionẽ ex lege: quod nimis diuersum est, cũ querela rũpat, & aduocet in totũ, cõdictio tamen ex l. legitimã tãtum: qua propter inquit d. gl. nõ esse contrariam d. authen. dictis legibus præcitatis. Vnde clarè apparet, si cõtraria nõ est, nõ impugnare testamentũ, dato quòd filius legitimã petat. Hãc sententiã sequitur Roder. Suar. in rep. l. quoniã in priorib⁹. fol. 4. col. 1. n. 11. C. de inoffi. testam. Quare videtur militis sentẽtiã nõ subiacere querelę: quod ita cẽseo posse cõcordari, vt correctionẽ legũ fugiamus. c. cùm expediat. de elect. lib. 6. Idẽ igitur & in testamẽto clerici dicẽdum est, in quo filius est præteritus, vel iniustè exhæreditatus, scilicet, q rumpi nõ possit, nec querelæ subiaceat, vt tenet Angel. à cuius sententia nõ videtur recedere Ias. illũ ibi defendẽdo. in l. vlt. C. qui testam. fac. poss. col. fi. Panor. in c. qa nos col. 2. n. 4. per tx. ibi, dũ ait, liberè. de testam. Quam etiã sentẽtiam plures senserunt, secundũ Couar. in d. c. quia nos. col. fi. vbi subijcit istam esse cõmunem opinionẽ secundũ Corne. in auth. ex causa. n. 46. C. de liber. præter. Cui etiã ipse opinioni facilè assentirem, visis fundamentis pro ea adductis, maximè à Iasone in locis præcitatis, tam pro militis testamento, quã pro clerici eulogio: tum etiã, quia huiusmodi priuilegium, vt decet, non est expressè abrogatũ, vt in l. si quando. C. de inoffi. test. ab aliqua lege vel canone. Iura igitur hoc disponẽtia firma debent, & valida remanere: quicquid alij in contrariũ senserint. Conclusiuè igitur pari cũ militibus vtũtur clerici priuilegio, cùm Deo Imperatori militent maximo Guillel. Benedict. in c. Raynutius. verb. testamentum. 1. nu. 51. de testam.

Est & aliud priuilegiũ, quod oritur ex alio paulò antehac dicto, in quo habetur clericos esse Dei milites: scilicet, quòd queãdmodũ substitutio facta à milite non potest valere obliquata. l. Scæuola. ff. ad Trebel. l. Centurio. ff. de vulg. & pup. cum vtrobiq; annotatis: ita nec substitutio facta à clerico valebit obliquata, arguendo de milite terrestri ad militem cœlestem. De quo plura scripsit Felin. in c. cùm ex officij. n. 2. de præscript.

Priuilegiatus etiã in hoc est clericus, quod scilicet, quotunq; milite seculari est maior. cap. ante omnia. 40. dist. c. Iulianus. 11. q. 3. Ioã. Andr. in c. cõ libentius. verb. militiæ. de seru. nõ ordi. Quod nemo, vel minimi sensus ignorare oportet, cũ tantum ab eis clerici distent, quantum sol differt à luna. c. solitæ. de maiorit. & obed. Cùm subiectũ militiæ clericorum sit ipse Deus. Qua saltẽ ratione, vt cæteras relinquamus, dolorem adfert id, quod nostri milites faciũt, qui sacerdotes eorũq; dignitatem tanquam infimã & verbis, & facto conculcant, ipsos non, vt deberent curiosè pro sua propria salute tractantes. *Nostræ enim infelicissimæ* ætatis clerici, nõ vt capellani solùm, verũ & vt famuli pedanei, & quod flẽdum magis est, tãquam histriones vxoribus militũ secularium inseruiũt. Quod hodie (proh lachrimabile tempus) plorandum est cum Ieremia, propheta in lib. Thren. c. 1 dicente, Princeps prouinciarum facta est sub tri-

buto.

bnto. Quod & ab infidelibus etiam alienũ fuisse semp vbiq; scripturę decãtãt. Infortunata tamen hac nostra tẽpestate ob nostra delicta, & clericorum dissolutionẽ, auaritiam, & crimina, quæ solẽ clarius inuerecũdè committũt, permissum est id, quod in supremis gradibus oportebat collocari, vbicunq; pedibus hominũ conculcari. Ad hęc vi de Guillel. Bened. in repe. c. Raynutius. verbo. & vxorẽ nomine. n. 5. de testam. Quam obrẽ prælati hoc animaduertere magnopere, vigiliq; cura tenẽtur, ne alioquin longã, & exactissimam in die sui exitus rationem Deo reddere teneantur. Caueãt igitur clamantes cum Psalmista, Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo: tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Abhorrẽdi enim, & detestãdi suprà memorati abusus eò proueniunt, quòd prælati aui ditate bonorũ temporalium acceptionem admittant personarũ, dissimulentq;, ac in delictis corrigendis nullã adhibeãt prorsus diligentiã: ac etiam aliquo modo timentes, ne, scilicet sibi, verbi gratia, canonic⁹ aliquis suis factis sit aduersarius, pro uocetve consanguineos suos, qui ad latus Regis consistũt, eiusq; procerũ. Quod ita nostris vitijs imbutis tẽporibus fit à minimo vsq; ad sedentẽ in solio regis: Non est, vt ait Psalmista, qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnũ. Vę tamen eis, cùm audierint illud Esai. 50. *Ecce vos omnes accendẽtes ignem, accincti flãmis. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis. De manu mea factũ est hoc vobis. In doloribus dormietis.* Virtuosi tamẽ, & bene disciplinati, eo quod diuitijs repleti non sunt, pressi, & omni fauore destituti iacent. Idiotæ doctis, ac doctissimis in quolibet officio præferũtur. Iã virtus sine habitatore quiescit. Iustitia oppressa cõsolatore, ac executore caret. Attamẽ isti, q iustè, & castè in ęrũnis, ac vigilijs habitãt deserti, & oppressi, victores erunt, ac tanquã sol in suo exitu fulgebũt. Esai. 3. Illi verò ad tenebras inferni, vbi fletus erit, & dolor, mittẽtur. Vę enim (vt habetur Esai. 5.) qui iustificatis impiũ, & illiteratũ pro muneribus, & iustitiã iusti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat stipulam ligna ignis, & calor flãmę exurit: sic radix eorũ sicut fauilla erit, & semẽ eorũ vt puluis ascendet. Quod & ipse Christus in sacris explicauit.

Est & aliud nõ minus insigne priuilegiũ, scilicet, quod ad sacerdotiũ promotus, etiã si ante promotionẽ esset vilis, & ignobilis persona, nihilominus tali promotione fit nobilis, secundũ Ioan. Andr. in c. eo libentiùs de seru. non ordi. Cassan. in catalog. gloriæ mundi. 8. parte. cõsidera. 26. Tiraq. de nobilitate. c. 9. tex. omniũ optimus in l. 2. ibi. Si clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus. C. vt nemo priua. tit. pręd. suis vel alie. impo. imò tex. ille pbat, q clericus est plusquã nobilis. Vnde aliud emanat, scilicet, q sententia odiosa contra populum lata, nõ cõprehendit clericum.

Prætereà etiã & aliud, scilicet, quod quãuis nomine populi veniãt nobiles etiã in materia odiosa: clerici tamen tanquã nobilibus nobiliores sub populi nomine nõ comprehẽduntur. Nam vt honoris prærogatiua lætantur, ita & authoritate ampliori, & præeminentia fungi debent argu. tx. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. Cõfirmatur. Nam in materia odiosa populi nomine clerus minimè cõprehenditur: secus in fauorabili secundum communẽ relatam, & bene probatam à Philip. Decio. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. n. 8. vers. tertiò non impertinenter. de constitu. & in c. nullus. n. 1. de præb. vbi aliqua contra communem adducit: ab ea tamen recedendum non est. Franch. in cap. vbi periculum. §. prætereà. n. 2 de elect. lib. 6. & in ca. si sententia. de senten. excom. eod. lib. Quod autem sacerdotium sit dignitas, probat Curt. Iunior in in l. si quis conscribendo. n. 6. C. de pact. Domini. in cap. quicunque. col. 1. distin. 50.

Quare his etiã accedit, sacerdotes esse in dignitate cõstitutos. c. & purgauit. ibi, in filijs autẽ Leui omnem sacerdotalem intelligens dignitatẽ. 50 dist. glo. per tex. ibi, in verb. dignitas. in c. deniq;. 4. dist. gl. in c. sedes. de rescript. glo. in c. 3. de cleri. non residen. glo. in authen. de iudicib. in parte, sacerdotes. colla. 2. Resolue tamen hoc dictũ, quã tis multis, varijsq; locis tractatum, nullibi tamen resolutum, Dignitatem largè capi in quocunque laudem meretur: quam potest etiam seruus habere, quippe qui doctus sit, & virtuosus. Strictiùs verò pro qualitate, qua quis differt à plebeijs etiã laude dignis, & honore, sumitur. qualis est nobilitas, doctoratus, aliaq; id genus. In quibus casibus clericatus dignitas est. Si tamẽ pro beneficio, cui iurisdictio ecclesiastica est annexa, capiatur, clericatus dignitas non dicetur.

Ex hoc tamen priuilegio, quòd, scilicet, clericatus sit dignitas, plures deducuntur effectus, & priuilegia. Primum est, quod sicut in dignitate constitutus, scripto, & non verbo est citandus. l. quoties. C. de dignita. lib. 12. Eodẽ modo clericus sit scripto citandus, nec sufficiat verbalis reuocatio.

Dubitatur tamen, Vtrum condemnatio ad pœnam requiratur, antequam pro crimine concubinatus deprehendatur? Responde, quod sic. l.24. infra eodem. l.30. titul.14. libro. 2. infra. l. 42. ca. 42. fol. Pragma.33. colum.4. & fol. 50. colum. 2. versi. *Otro si mandamos.*

Quæritur etiam, Vtrum iudex, qui ex officio contra concubinam processit, ac in pœna executionem fecit, debeat duas partes habere, alteram tanquam iudex, alteram tanquam accusator? Dicendum, quod non, sed solum tertiam: reliquum autem fisco Regis applicabitur. Stante enim accusatore, iudex nihil commodi reportat, sed accusator. Si igitur accusatore deficiente, iudex partes accusatoris gerit, idem ei tribuetur, quod accusatori. Ita disponitur in præsenti ibi, *E que la justicia que lo executare &c.*

Et practicam communem esse in toto regno, quod si iudex ex officio procedit, vel eius officialis vel familiaris accusant percipiunt illam partem, quæ accusatori pertinet. secundum Auilesiū in capit.1. verb. *ni consentiran.* num. 20. in capitibus prætorum. contrarium obseruandum est quādo iudex ex mero officio & non ad instantiam alterius procedit. Tum quia ex officio tenetur, cū salarium ex publico recipiat. Baldus in practic. quæstione de statutis. quæstio.12. tamē ex Regia Pragmatic.45. in curijs Vallisoleti, Anni 1548. & ita practicat apud Regios cōsiliarios omissa declaratiōe Auilesij vbi supra. nec fiscus Regius pōt

procedere ad accusandū sine promotore pragm. 45.c.3.li.pragm.reg.cathol.l.3.ti.12.l.2.infra ergo ex mero officio procedendo rē iniustā agit, ac proinde tertiam partem accusatori applicatam vendicare non poterit. quamuis inquisitio, & iudicis officium succedat actioni, ex Barto.l. infamem.ff.de pub. iud. Castrens. consil. 59. libro. 4. sit ergo promotor, qui rem ad iudicis examen deducat & ratione officij criminosos puniat.

Est etiam vlterius quęstio, Vtrū ad hoc, vt concubina pœna prædicta mulctetur, requiratur, vt sit cum clerico inuenta, an sufficiat, q̄ sit habita pro concubina? Videtur requiri, q̄ in actu venereo, vel causa ipsi delicto proxima reperiatur vna cum simultanea cohabitatione, vt ex definitione colligitur, vt que supra in l. 21. aperuimus, iunctis verbis istius legis, ibi, *Por cada vez que assi fuere fallada.* verba enim cū effectu sunt intelligenda, capit. relatum. de cleric. non residentib. Verba etiam pœnalia stricte sunt interpretanda. cap. odia. de regul. iuris. libr. 6. Probatur etiam ex gl. in. l. si Barsatoram. C. de fideiussoribus ex qua & additione in ea posita, colligitur requiri, quod quis sit in delicto apprehensus adhoc, vt cōsequatur pœnam inuentionis: nec sufficit, quod fuerit per potestatem solum visus. Plurima in eius confirmationem adducit Bartholom. Cepol. in. l. si fugitiui. num. 73. C. de seru. fugitiuis. Alciat. in ca. cum non ab homine. num. 103. de iudi. Bartholo. Cassaneus in consuetudinibus Burgund. rubrica. prima. §. primo. folio. 23. colum. secunda. numero. quinto. Ioann. Lupus in repetitione. capitu. per vestras. §. 21. numer. 12. Si igitur non sit publica concubina, atque in delicto, vicinis scientibus, vt inquit Ioannes Lupus, vbi supra, apprehendatur, non erit pœna publicæ concubinæ mulctanda: de qua in præsenti, & in lege sequenti. Colligitur etiam ex Pragmat. 95. libro pragm. Tum etiam, quia qualitas in lege posita seruari debet. glo. in. l. eum actum. ff. de negot. gestis. Sed in præsenti dicitur, *fuere fallada.* igitur in delicto erit apprehendenda, vt dispositio istius textus in pœna locum habeat. Similis etiam pœna est concubinis imposita de iure Lusitanorum, vt patet in lib. 5. tit. 26. §. 1. & titu. 28. §. 1. Adde Abenda. de mandatis regum. 2. parte. c. 26. vbi copiose videbis in materia huius legis. & Zasius li. secundo. resp. cap. 17.

¶ *Ley. XXIIII. Constitucion de la congregaciō de Seuilla, en q̃ es aprouada la ley de Biruiesca contra las mancebas de los clerigos.*

¶ El Rey y Reyna en Toledo. Año de mil cccclxxxj.

MVy honesta cosa, y decente era, quitar la occasiō a las personas ecclesiasticas, è religiosas, y a los hombres casados, que no ouiessen de hallar mugeres, q̃ publicamēte quisiessen estar por sus mācebas: E por esto el Rey don Iuan, nr̃o visabuelo en las cortes q̃ hizo en Soria, y Biruiesca, puso por ciertas leyes que hizo, penas cōtra el casado, q̃ publicamēte tuuiesse manceba, e cōtra la muger q̃ publicamēte estuuiesse por mānceba de clerigo, segun se cōtiene en la ley ante desta. E porq̃ en la congregaciō q̃ la clerezia destos nr̃os Reynos hizo en la ciudad de Seuilla, en el año q̃ passo de 68. años, fue suplicado, q̃ reuocassemos la dicha ley hecha en las dichas cortes de Biruiesca, q̃ ponia pena a las mancebas de los clerigos: y nos fue segurado, y prometido, q̃ ellos dariā tal ordē, y castigo, por donde la execuciō dela dicha ley no fuesse necessaria. Y despues aca somos informados, que muchos clerigos han tomado osadia de tener mancebas publi

¶ *Lex*

camẽte, y ellas de se publicar por mugeres, desque no temẽ la pena de la sobredicha ley. Y por esto conoscemos, que en la dicha reuocacion y suspension della Dios, fue deseruido, y las personas dissolutas fechas peores. Porẽde por la presente reuocamos, y damos por ningunas, y de ningun valor, y effecto todas, y qualesquier cartas q̃ nos dimos: por las quales reuocamos, y suspẽdemos la dicha ley de Biruiesca, como aq̃llas q̃ tienẽ en offensa de Dios, y de su Iglesia, y enojo, y perjuyzio de la republica, honestidad de las personas ecclesiasticas. Y q̃remos, y mãdamos: q̃ de aqui adelãte no sean guardadas, ni executadas. Y aprouamos la dicha ley de Biruiesca, y damosle, si necessario es, nueua fuerça, y vigor de ley. Y mãdamos, q̃ la dicha ley aya lugar: y q̃ sea executada cõtra las mãcebas, assi de los clerigos, como d̃ los frayles y mõjes por la primera vez q̃ fuerẽ halladas en aq̃l delicto, según la dicha ley dispone. E por la segũda vez q̃ seã desterradas por vn año de la ciudad, o villa, o lugar dõde fuerẽ halladas. E mas, q̃ paguen el sobredicho marco de plata. E por la tercera vez que les den cient açotes publicamẽte, y paguen el dicho marco de plata: y q̃ las personas q̃ lo puedã lleuar, segũ la disposiciõ d̃ la dicha ley, no lleuen, ni puedã lleuar, ni auer, sin q̃ le dé la dicha pena del destierro, y açotes, en los casos, q̃ se deue dar, segun la disposiciõ desta ley. Y✱ q̃ esta misma pena aya las mancebas de los casados[a], q̃ publicamente estuuieren por ellos. Allẽde de las penas q̃ los casados deuẽ auer, segũ la disposicion de la

○ Lex XXIIII.

a ¶ *Las mancebas de los casados.* Concord. Pragma. 42. capit. 42. in Pragma. regijs. Quæ autẽ sit pœna coniugati habentis cõcubinam, dixi supra in. l. 23. textus est in. c. de consanguinitate. ibi, laicus vero vxorem, & concubinã habẽs, nõ cõicet ecclesiæ, 35. q. 2. Cõcordat. l. 1. tit. 25. lib. 5. ordi. Lusitaniæ. Pœna etiam nobilis habẽtis concubinam in curia Serenissimi regis Portugalliæ habetur. d. libro. 5. tit. 24. §. 1. adde quæ dixi ad Segu. in repeti. l. cum patronus. nume. 44. ff. de leg. 2. vbi probaui eam esse infamem. Ex quo etiã inferebam institutionem factam cõiugato habenti concubinã preterito fratre, posse querelari à fratre præterito tanquam persona turpi instituta. per. l. fratres. C. de inoff. testã. tenet Deci. consi. 530. ¶ Versatur etiã circa hæc dubium: Vtrum huiusmodi pœnæ impositæ à lege, canone, vel statuto sint in euẽtũ criminis iustæ: & possint tecta consciẽtia per iudices, seu partes, quibus applicantur, retineri? Dicendum, q̃ sic, q̃a fit legis authoritate: quod licitum est. l. Gracchus. C. ad. l. Iul. de adulte. c. qui peccat. 23. q. 4. tenet Syluest. verb. pœna. q̃. 25. etiam si pœna damno illato sit maior. Quæ etiã pœna & à personis ecclesiasticis recipi potest, dũmodo id zelo iustitiæ fiat. Aug. verb. pœna. §. 19. Præterea etiam

etiam ista lex pœnalis iusta est ꝑpter trãsgressionem legis, vt probat Alphon. Castren. de lege pœnal.libr. 1. c.8.ergo & licite recipi potest. Patet etiã Exod. 22. Siquis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vẽdiderit: quinque boues pro vno boue restituet: & quatuor oues pro vna oue. Præterea ex consensu delinquentis, & in consequẽtiam venit impositio pœnæ. l. Imperatores. ff. de iure fisci. Adde Anchar.c.ea quæ q.23.n. 27. de reg.iur.lib.6.

¶*E mandamos que las dichas penas.* Sententia requiritur in delicto, etiam in quo bona sunt alicuius confiscata. ca. cum secundum leges. de hæret.lib.6.Montal. in reperto.verbo.pœna.fol.83.Roma.consi.211. col.pen. versi. secundo moueor.

¶*Lex. XXV.*

b ¶*De emplazar ni demandar.*

ley de Soria q̃ en este caso habla. E si el alguazil, o executor q̃ en esto entẽdiere, se ouiere maliciosa, y negligẽtemente, o diere lugar, por cobrar el dicho marco de plata, q̃ la tal muger q̃ de cõ el q̃ la tenia, q̃ por el mismo hecho pierda el officio. E pague vn marco de plata, por cada vez q̃ le fuere prouado para la nuestra camara. E que los pleytos, q̃ sobre lo cõtenido en esta ley ouiere en la nr̃a corte: q̃ los ayan, y libren todos nr̃os alcaldes que en ella estuuieren: y no los vnos sin los otros. Y mãdamos q̃ las dichas penas[a], no sean executadas sin q̃ primeramente sean juzgadas.

¶*Ley. XXV. Que los capellanes del Rey no demanden à los legos delante del juez de la Iglesia.*

ADDICION.

¶*Acerca desta ley, se vea la ley. 6. titul. 1. libr. 4. Recopil. por la qual se confirma y declara esta, y se pone pena contra los transgressores.*

ORdenamos, q̃ los Clerigos nuestros capellanes, no sea͂ osados de emplazar, ni demãdar[b] a los legos nr̃os vassallos ante los juezes ecclesiasticos sobre razon de los priuilegios q̃ de nos tienen de limosnas, y de otras mercedes q̃ les hezimos. Pero si quisieren traer a los dichos legos a derecho demanden les ante los nuestros alcaldes, y juezes, donde les sera hecho cõplimiẽto de justicia.

¶*Ley. XXVI. Que ninguno sea osado de vsar de notaria imperial*

ADDICION.

¶*Esta ley se cõtiene en la ley. 21. titu. 29. libr. 4. Recopil.*

NIngun clerigo ni lego no sean osados de vsar de officio de notaria imperial[c] en nr̃os Rey

Nota istam legem ad restrictionem regulæ, qua cautum est, clericum posse conueniri, & conuenire coram suo iudic. tex. in. capit. constitutus. de in integr. restit. tex. in authen. clericus. & in authẽ. statuimus. C. de episco.& cler. quæ locũ non habet in Capellanis Regis: hi enim laicos coram seculari iudice conuenire tenentur per regulam, quod actor tenetur sequi forum rei. ca. cum sit generale. de for. compe. l. iuris ordinem. vbi Alex. Loseus. C. de iudic. Socin. in regul. 10. ponit aliquas fallentias.

¶*Lex. XXVI.*

c ¶*De vsar de notaria imperial.* Hanc legem nota, & intellige, vbi est notariorũ publicorum in numero ciuitatis receptorum copia, secundum. l. 4. titul. 18. lib. 2. infra. versic. *Y en las ciudades.* Facit optime. l. 101. in qua-

in quatern. Gabellarũ. versi. *E q̃ ningunos otros escrivanos reales.* Adde Ioã. Lup. in reper. rubr. in prin. nu. 20. de donat. inter vir. & vxo. vbi in n. 22. asserit nota: iñ apostolicum posse in regno Siciliæ instrumentũ in temporalibus conficere. Ratio, quia est feudum ecclesiæ, secundum Luc. de Pen. in l. vlt. C. de locã p̃dio. ciuil. vel fisc. libro. 11. Vide Cifontan. in. l. 64. Tauri. q. 7. qui mouet ibi quæstionem, Vtrũ tabellio huius regni, vel notarius ecclesiæ possit conficere instrumenta in terris imperij, vel principis: vel Vtrũ notarius principis possit conficere instrumenta in terris ecclesiæ. Notarius Apostolicis, vbiq; potest de iure instrumenta conficere. vt probat Petrus Rebuf. in constitu. regijs, tract. de literis obligatorijs. gl. 1. pagi. 88. cum sequen. vbi plura non incommoda in huius legis materia comperies in. 1. Tomo. & in. 2. Tomo pagin. 230. glossa. 21.

nos y señorios: so pena, q̃ por el mismo hecho sean desterrados d̃ los dichos nr̃os reynos, y pierdan todos sus bienes para nuestra camara.

¶ *Ley. XXVII. Que las posadas de los clerigos no sean dadas a los legos.*

¶ El Rey don Enrique. I. en Toro Peticion. VIII.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley. 7. titul. 3. libr. 1. Recopil.*

LAs posadas de los clerigos [b], y ministros de la Iglesia no sean dadas a legos para q̃ en ellas posen: saluo quando nos o el Principe, o Infantes nuestros hijos vinieremos al lugar.

ADDICION.

¶ *Acerca deste versic. se vea la ley. 5. titul. 14. libr. 8. Recopil.*

¶ *Lex. XXVII.*

a *Posadas de los clerigos.* Nota nõ esse curialibus hospitia faciẽda in domibus, quas clerici colunt. Similis casus in. l. 7. ti. 21. lib. 2. infra. Hugo. in repertor. legũ regni Hispaniæ. verb. *aposentador.* versi. 10

b ¶ *Ligas, o monipodios.* Sũt enim reipub. perniciosissima huiusmodi scelera. Quare, iudicio meo, confraternitates essent prohibẽdæ: in eis enim de dando auxilium, & fauorem confratri suo, etiam indigno, iuratur, quo suffragantium animæ recta via ad inferos (miserum) declinant: iustitiam enim ab eo, qui meretur, auferunt ac iniusto vt in plurimũ tribuũt, dicentes ratione ligæ confraternitatis id oportere fieri. Cum tamen iuramentum ad illicita nõ obliget: siquidem nullum est iniquitatis vinculum: atque id possumus, quod de iure possumus. gloss. in cap. 1. de reg. iuris. libr. 6. l. nepos proculo. ff. de verbor. signi. De monopolijs, & pœna statuentium, est singul. l. vnica. C. de monopolijs. Discutit late Petrus Rebuff. in constitut. regni Galliæ tracta. de magist. artificio. artic. quarto. glo. 2.

COmo los Perlados, ni otras personas Ecclesiasticas, no deuẽ hazer ligas, o monipodios [c], o escandalizar los lugares: cõtiene se en este libro, eñl titulo d̃ las ligas, y monipodios.

ADDICION.

¶ *Este versic. se cõtiene en la ley. 20. tit. 25. lib. 4. Recopil.*

LOs escriuanos de las nr̃as ciudades, villas, o lugares, si fueren clerigos [d], mãdamos, q̃ no vsen entre los legos del dicho oficio: segũ se cõtiene en este libro en el titulo d̃ los escriuanos.

Titulo. IIII.

De las leyes [a].

ADDICION.

¶ *Este titulo se contiene en el titulo. 1. libr. 2. Recopil.*

¶ *Lex finalis.*

e ¶ *Si fueren clerigos.* Diximus supra in l. 12. Vide omnino Ioannem Bernar. in praxi canoni. crimina, capit. 53.

¶ *Titulus.* IIII. *De legibus.*

d ¶ *Leyes.* Lex à ligãdo dicitur, eo q̃ vinculis liget. & preceptis, secũdũ Polycratũ. Archid. in. c. lex. distin. 1. Vel melius dicitur à legẽdo, vt inquit Varro lib. 2. de lingua latina. & Cicero de legibus.

Quæro tamen quid sit lex: Arist. lib. 10. Ethic. c. 9. inquit, Lex est sermo ab aliqua prudẽtia, atq; mente

mente profectus: qui vim habet cogendi. dixi supra in procemio. co. 11. q. 14. vbi septē legis definitiones cōstitui. ¶ Secūdo dubitatur, Vtrū sit de essentia legis, φ sit scripta? Disputat late Io. Turrecr. in c. lex est, co. 2. nu. 2. dist. 1. vbi cōcludit, φ sic. eo φ lex à legendo dicatur. Sed quod scriptum non est, legi neqt: igitur &c. Io. Andr. in reg. nemo potest ď reg. iur. libr. 6. in mercurial. nu. 18. asserit oportere legē scribi: nō quod sit de essentia legis, vt scribatur: sed quod necessariū sit ad inducendā scientiam per omnes populos: consensum enim, vt inquit. l. gñali. C. de tabular. lib. 10. nō ignorantiā volumus obligari. Conclude igitur secundū cōem assertionem Feli. & Andreæ ab Exea in rub. de consti. n. 199. & Greg. Lop. in. l. 1. tit. 1. par. 1. verb. *leyenda*. non esse de essentia legis vt scribatur: bene tamen ad eius comprobationē. l. 13. tit. 1. par. 1. ibi, *escreuir*. ¶ Quæro etiam & tertio, Vtrum possint mulieres concilium in condendis legibus interuenire? Videtur: quod non: incertum enim est, & varium consilium eius. c. forus. de verb. signifi. Est etiam text. & ibi Bart. & communis. secundum Ioann. Orosciun, ibi nu. 13. in. l. 1. ibi, virorū. ff. de legib. Srepha. Forcatul. in necyomantia iuris. dialog. 2. nu. 6. vbi tractat de intellectu. d. l. 1. Sensit etiam Lucanus, dum dixit.

In hoc legum sexu, nec iura, nec arma.

Et Marullus egregius Poeta Cōstātinopolitanus libr. 2. Epigrammatum ad Neceram inquit,

Moris erat sceptris teneras arcere puellas,
Et mollem curis exonerare animum.
Nec vel consilio, rebusue admittere agendis:
Sed tantum lanis esse putare satas.

Virgilius etiam libr. 4. AEneid. ait

Varium, & mutabile semper Fœmina.

Titus etiam Calphurnius Eglog. 3.

Mobilior ventis ò fœmina.

Propertius lib. 2. Elegia. ad amicam.

Non sic incerto mutantur flumine Syrtes:
Nec folia hyberno tam tremefacta noto,
Quam citò fœminea non constat fœdus in ira.
Siue ea causa grauis, siue ea causa leuis.

Tibullus Elegia. 4. libr. 3.

Sed flecti poterit, mens est mutabilis illi:
Tu modo cum multa brachia tende fide.

Pro huius declaratione vide Io. Orosc. vbi supra. & plura, quę allegat Aud. Tiraq. in. l. 1. cōnubiali. n. 83. qui plures ibi sentientes contrariū, adducit. ¶ Quarto quæro, cui cōpetat gñalem legem cōdere? Dic, φ tantum Regi superiorem in suo regno nō recognoscenti: est enim meri imperij, secundū Bart. in. l. imperiū. ff. de iurisf. om. iud. & ibi Gaspar Vallascus nu. 150. Quanuis Sebasti. Sapi. ibid. nu. 37. teneat, condere legē nō esse meri imperij. Sed cum nos de lege generali, quæ merū, & mixtū imperiū, ac iurisdictionē supremam cōprehēdat, loquamur, nō est in hoc immorādū. Hāc cōclusionē probaui late supra in procem. q. 1. col. 5. Cōtrahētes aūt, aut delinquentes ligātur legibus, & statutis illius regni, vel loci, in quo vel cōtrahunt, vel delinquunt. l. si fundū. ff. de euictio tex. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi. oport. c. fin. de for. compe. glos. in. c. à nobis. de senten. excom. regia. l. 15. titu. 1. parti. 1.

Postremo quæro, A quo tempore ligare leges incipiant? Text. est ad hoc in auth. vt factæ noue cōsti. in prin. colla. 5. & in. c. nouerit. & ibi glos. de senten. excom. gl. in. ca. cognoscentes. verb. ante prohibitionem. de cōsti. Ioā. Bern. in tract. regu. cum fallen. reg. 428. incip. Lex incipit. Quibus probatur ligare leges post duos menses à tēpore publicationis. Facit. l. 2. ibi, *Deue ser la ley manifiesta*. infra eod. Vide circa hæc notata per Panor. in. c. cognoscentes. nu. 7. & ibi Felin.

¶ *Ley. I. Como la ley es commun a todos.*

¶ Fuero.

ADDICION.

¶ *Estas leyes estan reduzidas à la ley. 1. titul. 1. lib. 2. noua Recop. la qual las emienda en muchas palabras.*

La ley ama y enseña a las cosas q̃ son ď Dios y es de fuerte enseñamiento, è maestra del derecho y de justicia, y ornamento de buenas costumbres, y guiamiento del pueblo, y de su vida: y su effecto es mandar, vedar, punir, y castigar. Y es la ley commun, assi para varones como para mugeres de qualquier edad, o estado que seā. Y es tambien para los sabios, como para los simples: y es assi para poblados, como para yermos: y es guardada del Rey y de los pueblos.

¶ *Lex Prima.*

a ¶ *Ama y enseña*. Cōcor. l. 1. t. 6. li. 1. for. ll. uide etiā dicta ibi per Mōtal. & q̃ nos supr. in rub. diximus.

¶ Lex

¶*Lex Secunda.*

a ¶*Ser manifiesta*. Concordat. l. secunda. titu. sexto. libro. primo. foro legum. l. leges. 3. ibi, intelligi ab omnibus debent. C. de legibus. Nec quisquam legis statutum ignoret: ignorantia enim legũ nõ est admittenda. l. constitutiones. C. de iuris & facti ignorantia. l. regula. ff. eodem titulo. l. vigesima. titul. 1. par. 1. & ibi Gregorius Lopez citat concordan. ac declarat, quando ignorantia iuris excuset. l. 3. infra eodem. Proin debent leges in scriptis redigi. vt dixi supra. in rubric. quæstione secunda.

¶*Ley. II. Como la ley deue ser manifiesta.*

¶Fuero.

DEue la Ley ser manifiesta[a], que todo hombre la pueda entender: y que ninguno por ella reciba engaño. Y que sea conuenible a la tierra[b]: y al tiempo y honesta, derecha, y prouechosa.

b ¶*Que sea conuenible a la tierra*. Capit. erit autem lex. distinctio. quarta. dicta. l. secunda. titulo sexto. lib. primo. for. legũ. Lex autem, vt inquit Aristot. lib. primo. Elencho. cap. 12. opinio multitudinis est: ideo secundum necessitatem temporis, quæ à populi multitudine colligitur, constitui debet. Oportet etiam leges Reipublicę esse accommodatas: quod si ita sit, leges, quæ ad rectas gubernationes accommodatæ sunt, necesse esse iustas: quæ vero ad earum labes, esse non iustas. Aristote. 3. Politicor. capi. septimo. ad fin. & libr. 4. cap. primo. ait, Leges etiam simul cum his considerãdæ erunt, quæ sunt optimæ, & quæ cõueniant vnicuiq; gubernationi: sunt enim omnes leges ad rem publicam accommodandæ, non autem respublica ad legem. Adde quæ notat Magister Dominic. Soto de iustitia & iure. libr. primo quæst. 5. artic. tertio. Leges etiam humanæ ligãt in conscientiæ foro Domini. Soto vbi supra. quæstio. 6. artic. 4. Adde quæ dixi in prooemio. q. 10.

L. humanæ ligant in foro conscientiæ

¶*Ley. III. Porque se hizieron las leyes.*

¶Idem.

ADDICION.

¶*Esta ley se contiene en la ley 2. titul. 1. libr. 2. Recopil.*

LA razõ que nos mouio a hazer leyes. Porque por ellas la maldad de los hõbres[c] sea refrenada: y la vida de los buenos sea segura: y por miedo de la pena[d], los malos se escusen de hazer mal. Y establescemos, que ninguno piense de mal hazer: porque diga, que no sabe leyes, ni el derecho: ca si hizieren contra ley, no se puedan escusar de culpa por no lo saber.

¶*Lex Tertia.*

c ¶*La maldad de los hombres*. Concordat cap. factæ. 4. distinct. Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 95. art. 1. Dixi etiam ipse in procemi. quæst. 15. Volũtas legis hæc est, vt faciat homines bonos, secundum Aristotelem. 2. Ethicorum. Sanctus Thomas vbi supra quæstione. 92. articul. primo. & in libr. tertio. contra gẽtiles. cap. 116. versicu. item finis cuiuslibet legis est: Atque ideo latæ sunt, ne debiliores à fortibus, & superioribus opprimantur. vt inquit Ouid. 3. Fastor.

Inde datæ leges, ne fortior omnia posset.
Cœptaque sunt pure tradita sacra coli.

d ¶*Por miedo de la pena*. Concordat capit. cum qui. de præbendis. libro sexto. ibi, & si non virtutis amore, saltem pœnæ formidine à suæ temeritatis audacia refrænentur. Nec allegatio ignorantiæ iuris delinquentem excusat, vt probatur in præsenti. & in capitul. ignorantia. & ibi late Ioannes Andreas. de regulis iuris. libro sexto. glossa in capitulo finali. verbo, qui noluit. trigesimaseptima distinctione. Philippus Corneus. consilio. 209. incipienti. quia primo de personis. columna quarta. numero decimotertio. libr. secundo. Circa hanc ignorantiæ materiam scripsit plura Andreas Tiraquellus de vtroque retract. libro primo. §. trigesimoquinto. glossa quarta. numero primo. cum sequentibus. Facit. l. quarta. titulo primo. & quæ ibi notat Montaluus, & Gregorius Lopez parti. prima.

a legis ignorantia n[illegible]

¶Lex. 4.

¶Lex. IIII.
a ¶Vsaran, y guardaron. Nota, quod allegãs legem fori, tenetur, eã vsu receptam fuisse probare, vt dixi fusius in proœmio. quæsti. septima. Notat Montal. in. l. fin. titu. 6. libr. 1. for. legum. Vtrum autem possit lex per desuetudinem tolli, vide quæ dixi supra, in q. 12. proœmi. cui optimé concinit illud Aristot. lib. 2. Politicorum. cap. 6. ad finem, Lex nullam vim habet, vt ipsi pareatur, nisi ex more: mos autem nõ fit nisi temporis longitudine.

¶Ley. IIII. *Por quales leyes se deuen librar los pleytos,*

¶El Rey don Alonso en Alcala. Año de mil.ccc.y. lxxxvj.

ADDICION.

¶Lo dispuesto en esta ley y en la ley. 1. de Toro cerca de la orden y porque leyes se han de juzgar los pleytos se enmienda amplia y declara en la ley. 3. titul. 1. libro. 2. nouæ Recopil. y se prosigue lo mismo en las leyes. 4. 5. y. 6. luego siguientes eod. titul. & libro.

Porque nuestra volũtad es, q̃ los nuestros naturales sean mantenidos en paz, y en justicia. E como para esto es menester de dar leyes ciertas, por donde se libren las contiẽdas y pleytos, que acaescieren entre ellos, maguer que en nuestra corte vsen del fuero de las leyes, y algunas ciudades, y villas de nuestro señorio lo han por fuero: y en otros fueros departidos, por los quales algunos pleytos se pueden librar. Y sobre esto se mueuen contiendas entre los hombres. Porende ordenamos, y mandamos, que las leyes de los fueros: assi del fuero de las leyes, como de los fueros municipales, que cada vna ciudad, villa, ò lugar antiguamente tiene, sean guardadas en las cosas que se vsaron, y guardaron[a]. Saluo en las cosas, que fueren halladas, que se deuen emendar, y mejorar, y en lo que son contra Dios, y contra razon, y contra las leyes, que en este nuestro libro se contienen. Por las quales mandamos que se libren primeramente todos los pleytos ciuiles, y criminales: y los pleytos, y contiendas, que no se pudieren librar por las leyes deste libro, y por los dichos fueros, como dicho es, mandamos, que se libren por las leyes contenidas en los libros de las siete Partidas, hechas, y ordenadas por el Rey don Alfonso nuestro progenitor. Otrosi mandamos, que el fuero de aluedrio y otros fueros, que han los hijos dalgo en algunas comarcas, que les sea guardado a ellos, y a sus vassallos, segun que les fueron guardados hasta aqui. E otrosi, en hecho de los rentos, mandamos, que se guarde aquel vso, y costumbre, que fue guardado en tiempo de los Reyes nuestros progenitores, y nuestro. Y mandamos otrosi, que se guarde el orde-

ordenamiento de los hijos dalgo, que el dicho Rey don Alfonso hizo en las cortes de Alcala. E si acaesciere, que en las leyes deste libro, o en los Fueros, o de las Partidas recresciere alguna dubda o paresciere alguna contrariedad, que nos seamos requeridos a sobre ello, para hazer interpretacion, o declaracion, o emienda, o ley nueua, si fuere necessario: y si la tal duda, o contrariedad no paresciere, q̃ toda via sean guardadas las leyes deste libro: aunque no sean traydas en vso, ni costumbre. Pero que bien nos plaze, y que remos, que los libros de los derechos, que los sabios antiguos hizieron, y copilaron, que se lean en los estudios generales de nuestro señorio: porque ay en ellos mucha sabiduria prouechosa, y porque los nuestros subditos, y naturales sean sabidores, y alcancen por el la honra, y dignidades.

a ¶*Que nos seamos requeridos.* Adde ca. cũ venissent. & ibi Panormi. num. 1. & Imol. num. 2. &. 3. de iudic. Facit. l. ita fidei. ff. de iure fisc. vbi interpretatio legis est idem quod textus legis. Ille igitur interpretatur, qui condidit. Discussi late hoc supra in prooemio. quæstione secunda. De interpretatione multiplici discutit gloss. in. capit. ad hæc. verbo, interpretatus. de postula. prælatorũ. quam ipse notabilẽ reputo.

b *Lex. V. Donde tienen jurisdicion.* Nota quod ecclesia habet in tẽporalibus iurisdictionẽ etiã meri, & mixti imperij. capit. si. ne cleric. vel monach. li. 6. Quod ita cõuenit, vt iniqua compescatur temeritas volentium vsurpare bona ecclesiæ seu eis vsibus appropriare. Qui si durassẽt, elint, indurato, o ecclesia econtra

¶ *Ley. V. Que las leyes deste libro se guarden en las tierras de las Iglesias, y señorios.*

¶Idem.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley. 5. titu. 1. lib. 2. Recopil.*

Porque la justicia sea mantenida ygualmente, assi en las tierras de señorio, como en las ciudades, villas, y lugares de la nuestra corona real, Mandamos que las leyes deste libro sean auidas por leyes, y se guarden no solamente en todos nuestros reynos, mas aun en todas las tierras de la Yglesia, y señorio: y que las guarden, y hagan guardar cada vno de los señores en todos los lugares de sus señorios, y donde tienen jurisdiction b. E otro si, que los señores de los dichos lugares ayan para si los omezillos, y caluñas, segun que los auemos en los lugares de la nuestra corona real. Y qualquier de los señores que lo assi no guardasse haria error como aquel que no guarda las leyes de sus

tuam : nihil enim tam durum , quod duriori non cedat , vt verificetur quod Ezechi. quarto. dicitur. Dedit , inquit , Dominus frontem tuam duriorem frontibus eorum. Facit illud Ouidij . libro quarto. Tristi. Eleg. septima. ad finem.

Nil adeo validum est , adamas licet alliget illud, Vt maneat rapido firmius igne Iouis.

Tradit Guillel. Benedict. in repetitione. capituli. Raynutius. verb. & vxorem. 2. numero nono. de testam. Notandum itidem ab episcopis, & prælatis iurisdictionem secularem , seu temporalem habentibus ad regem esse appellandum. ea nempe ratione : quia ipsi Episcopi , & prælati tanquam subditi & vassalli habent hanc à Regibus iuris-

de sus Reyes, y señores naturales. E nos cumpliremos la justicia en el lugar donde se amenguare en la manera que deuieremos.

¶*Ley. VI. Que los abogados no aleguen doctores de los que fuerõ despues de Bartolo.*

¶Prematica del Rey don Iuan II. en Toro. Aera de mil. cccc.y.xvij.

ADDICION.

¶*Esta ley esta corregida, por la ley tercera in fi. tit. 1. libr. 2. Recopil.*

POr dar breue fin a los pleytos a, y contiendas, que en los juyzios acaescen, Mandamos, y ordenamos, que las partes litigantes, o sus letrados por escripto, o por palabra disputando, o en otra manera no puedan alegar b opinion, determinacion, dicho, ni auctoridad: ni glossa de doctor Canonista, ni Legista de aquellos, que fueron despues de Bartolo, o de Iuan Andres: ni de los Doctores que de aqui adelante fueren. E los juezes no lo cõsientan: y el abogado, o procurador que lo contrario hiziere, sea priuado perpetuamente de su officio. E assi mesmo el juez que consintiere, y la parte que lo alegare pierda la causa.

¶E del mismo en Madrid. Año de xxiiij.

ADDICION.

¶*Este versic. se contiene en la ley. 11. titul. 5. libr. 1. Recopil.*

QVe los establescimientos que fuerẽ hechos por los lugares que estan en costa de mar en contrario de la costumbre que tienen acerca de desalgar los pescados frescos, que no se guarden segun se cõtiene en este libro, en el titulo de los cõcejos. c

ctionem. Probat Couarru. libro practi. quæst. capitulo quarto. versicu. hinc factum est. Facit. l. decima nona. libro. Pragma. Regum catholicorum. Quæ iurisdictio suprema ad Regem semper spectat , nec vllo potest temporis tractu præscribi. l. 6. titulo. 13. libro tertio, inf. Quod ita seruatur & practicatur.

¶*Lex. VI.*

a ¶*Dar breue fin a los pleytos.* capitulo finem litibus. de dol. & contuma. l. prima. titulo tertio lib. tertio. infra. vbi latius dicam in parte. *Por abreuiar los pleytos.*

b *No puedan alegar.* Concor. l. quinta. & ibi glo. Montal. titul. sexto. libro primo, foro. leg. l. fina. titulo. 19. libr. secundo. infra. Id tamen non seruatur. Vide. l. 1. Tauri.

c ¶*Titulo de los concejos.* Lib. 7. tit. 1. l. 29.

¶*Titulus.*

¶Titulus. V. De decimis. ¶*Lex.* 1.

a *¶Temporales fructus reseruo Dios &c.* Concordat. l. 2. infra. eod. & l. 7. tit. 20. parti. 1. Aggressuri decimarum materiam in iudicijs forensibus frequentissimam, consciencijsque permaxime necessariam atque vtilem. Primo, ne per ignota procedamus, exordium à definitione capiemus: nam vt Aristotel. inquit libro. 3. Metaphysicor. capitu. 3. post principium. Per desinitionem singula quæque cognoscimus. Secundo, quare decima potius, quā octaua, nona, vel vndecima fuerit nuncupata. Tertio, quæ sint eius diuisiones. Quarto, quibus debeantur personis. Quinto, vtro iure, diuino ne, an humano. Sexto, de quibus sit debita rebus decima. Alia etiam huic rei necessaria, parum opportuna subijciemus.

Quarto igitur pro exordio, quid sit decima? Respondendum est esse omnium bonorum licite quæsitorum partem decimam in recognitionē supremi dominij Deo debitam. Quæ definitio probatur in. ca. 1. & c. non est. ca. tua nobis. & cap. cum sit. de decimis. & in. c. quicunq;. & in. c. omnes decimæ. 16. q. 7. & in rubr. in volumi. decretal. Sexti, & clemen. de decim. Patet ex Syluest. in summa de decim. & ex Hostien. eod. titulo. in princ. Nouissime ex Rebuf. de decim. quæst. 4. l. 1. & ibi. Montal in glo. 1. titu. 20. partit. 1. Andre. Hispan. in regula decimarum. quæst. 3. Ex verbis denique nostræ legis, ibi, *Reseruo Dios.* l. 2. infr. eo. Atq; ideo debitæ clericis de iure & diuino, & communi dicūtur. Rota. 433. nu. 2. in nouis. Quod qui sit intelligendum infr. fusius apparebit.

Pro secūdo dubio quæro. Quare potius hoc, quā alio fuerit appellata nomine. Hostien. in sum. huius titu. §. quare dicatur, inquit, quia pars decima est dāda Deo, nō vndecima, certa quota determinata; vt constat in iuribus questione proxima præcitatis. Tum etiā quia nomina rebus, de quibus prædicantur, inseruire debent. c. cum secūdum Apostolū. de præben. §. est & aliud. Instit. de donatio. Decima tamē de hæreditate filio delata nō est soluenda, licet de omni lucro sit soluenda. glo. in. c. pastoralis. de decim. notab. secundum Geor. Nattā. in rep. c. quamuis pactum. col. 77. nu. 212. de pact. li. 6.

Ex quibus deduco cōtra Theologos asserentes non referre quota pars detur, sed quanta, secundū

Titulo. V. De los Diezmos.

ADDICION.

¶Este titulo se contiene en el titul. 5. libr. 1. Recopil.

¶Ley. I. Que ninguno occupe las rentas de los diezmos de la Iglesia.

¶El Rey don Iuan. I. en Guadalajara.

ADDICION.

¶Ley. 1. titul. 5. libr. 1. nouæ Recopil. la qual amplia y declara mucho la decision de esta ley en el versi. Pero es nuestra merced.

TEMPORALES fructus reseruo Dios a enseñal de vniuersal señorio para sustentacion de los sacerdotes: y seria cosa muy aborrecible, que los bienes, que los fieles Christianos dieron, y ordenaron para mātenimiento de los sacerdotes, y ministros de la sancta Yglesia, porque rogassen a Dios por salud de las animas Christianas, sean occupados, y vsurpados por persona alguna. Porende establescemos, que ninguno sea osado de tomar ni occupar por su propria auctoridad los diezmos de las Iglesias: y si los tienen occupados, mandamos que los dexen libre, y desembargadamente a las Yglesias, a quien pertenesce fasta treynta dias del dia, que los occupadores fueron requeridos por los perlados, o beneficiados de las Iglesias. E si hasta el dicho termino,

Hostien. in sum. huius titul. §.quare dicatur. Itē etiam Cardin.& Anchar.in rubr. de decim.mouē tes quæstionē quare potius decima, quàm octaua vel duodecima fuerit statuta, nullam dicunt differentiæ rationem præter legislatoris voluntatem assignandam fore, iuxta illud ad Roma. 11. O altitudo diuitiarū sapientiæ,& scientiæ Dei, quam incomprehensibilia iudicia eius: Et. 1. ad Corinth. 2 Quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus Dei transumptiue in.c.sicut in sacramētis.de cōsecra. distin.4.& Esai. 40. Nec est inuestigatio sapiētię eius. Si enim de his, quæ à iure consultis statuta sunt, rationem excogitare nō valemus, quāto magis de his, quæ Dei sunt, si ipse nobis ea non aperuerit.l.nō omniū.ff.de legib. vbi tex.asserit, quod non omnium, quæ à maioribus nostris instituta, sunt, ratio reddi potest. tex. etiam in extraua. quorundam de verb.signi.ibi, nō enim particularium omniū certa pōt dari scientia.& ideo nō est inquirenda ratio. Sed eas demus.c.quadragesima. de cō secr.distin.5. Aristote.5.ethicor.c.10. Potest tamē reddi ratio, quia præcepta decalogi decē sunt: quare in decima parte voluit Deus honorari. Ita post Gofred.tenet Ancha.nu.2.in rubr.istius tituli. Habetur etiam in procem.legū partitæ.titu.20.part. 1. Vbi & alia adijcitur ratio. Aliam etiā ponit Rebuf.de decim.q.2.nu.8.

Quæro etiā & tertio, quotuplex sit decimarū species? Respon. triplex. nempe Prædialis, personalis,& mixta. Prædiales decimæ illæ dicuntur, quæ ex ipsis fundis proueniunt: ac regulariter illi ecclesiæ tribuendæ, in cuius territorio prædia sita sunt.c.significauit.& ibi gl.de parochi.tex.in. ca. quoniam.& ibi gl.fin.& in.c.ad apostolicæ.verb. cōsuetudo.& in.c.cū sint homines.per gl.de deci. tex.in argum.in.c.si quis laicus. 16.q.1.l.8.tit.20 par.1. Quod ita verum est, nisi consuetudo soluēdi decimas aliter se haberet secūdum gl.in.d.cap. cum sit.per tex.ibi.tex.in.c.dilectus.& ibi Panor. nu.2.vt lite penden.l.7.& 8.tit.20.parti.1.

Quæ decimæ prædiales à possessoribus sunt tribuendæ siue iuste siue iniuste prædia possideant: ac siue possessor sit Christianus, siue Iudæus, siue alio quoquo modo infidelis.c.de terris.de decim. Huius rationem assignat ibi gl. nempe quia huiusmodi decimæ ratione prædiorum, non personarū debentur. Eandem rationem ponit Archiep. Florenti.2.parte.titu.4.c.3.§.3.col.2 Notat enim Panor.in.c.cum voluntate.nu.7.de senten.excōmu. l.3.tit.20.parti.1.& ibi.l.6. Anan.in.c.quāto.col. 2.nu.4.de vsur.contra gl.fin.ibi.

Sūt & aliæ decimæ personales, quæ ratione personæ debentur, quales sunt, quæ ex artificio, negotiatione, scientia, ac venatione, alijsq; id genus rebus debentur.gl.per tex. ibi.in.c. peruenit. & in c.nūtios.de decim. Archiep. loco præcitato.facit. l.11.tit.20.parti.1. Quę autē sint, vel ex quibus debeantur huiusmodi personales decimæ, latius explicatur in.l.3.tit.20. par. 1.& ibi Greg.Lopez. Ioan. Turrecrem.in.c.reuertimini.nu.4.16.q.1.

Debent autem hæ personales decimæ tribui ecclesiæ parochiali, seu baptismali. vbi quis sacramēta recipit, ac diuina audit.gl.fina.in.c.questi sunt. 16.q.1.gl.in.c.cum sint homines de decim.l.11.titulo.20.parti. 1. Facit ad idē gl.in.c.1.13. q.1. Tenet etiam Archiep. loco citato, limitās hoc, nisi aliud de cōsuetudine sit dispositum.argum.tex.in c. de apostolicæ.& in.c.in quibusdam. de decim. Panor.in.c.cum contingat.num.3. eod.tit. Fallit etiā si essent legitimè à personis capacibus præscriptæ.capacibus inquā: à laicis enim pręscribi nō possunt, siquidem incapaces sunt possessionis earum.c.causam quæ. de præscrip. Nisi tamen cōcessionem obijcerent, siue priuilegium à summo sibi pontifice concessum. Tali enim casu capaces erūt secundum gl.in dict.c.causam quæ.

Hispaniæ tamen reges & principes has de consuetudine suis capellanis decimas præstāt: eo ꝙ ab illis sacramenta recipiant, ac diuinū officium audiant.l.11.titu.20.parti.1. De iure tamen reges ac principes soluere tenentur personales decimas episcopo diœcesis, in qua principale domiciliū habent. Archiep.2.parte.titu.4.c.3.§.3. Elegans gl. in.c.omnes.de maiori.& obedi.

Sunt & aliæ præterea decimæ, quæ mistæ dicū tur, suntq; illæ, quæ de agnis, alijsq; animaliū fœtibus, qui in pascuis sunt, proueniunt. Partim etenim istæ decimæ à prædijs, vbi animalia nascūtur & procreātur, proueniūt, quo casu prædiales dicū tur. Partim à custodia personarum: quo casu personales erunt. Cum igitur vtranq; participent naturam & prædialium & personalium, non immerito mistæ dicentur. Hostien.in sum.de decim. §. 1. Ioan.in summa confessorum.li.1.tit.15.q.2. Angel.verb.decima.in prin. Archiep. Florenti.2. parte.titu.4.c.3.§.3.col.3.

Huiusmodi autem decimæ secundum consuetudinem sunt tribuendæ. Si tamen talis consuetudo dandi nō appareat: ac animalia in terris parrochiæ pascentur dabit dominus, quiq; gerit eorum curā, decimas propriæ parochiæ. Si tamē in terris diuersæ parochiæ ab ea, cuius est dominus, animalia pascātur: diuidēdæ erunt tales decimæ inter tales diuersas parochias.gl.in.c ad apostolicæ.verb. personales.de deci. Probat hoc clarius Host. in sum. de decim.§.cui danda.col.1, Boer.in cōsue. Bituricensibus.titul.de *costumes prædiales*.§.13.gl.in.c. 1. verb.pascit.13.q.1.argum.tex.in.c.relatum.2.de testam. Distinguit elegāter Hēric.in. c. peruenit. de decim. Cuius distinctionē refert Montal. in. l. 9.titul.

9.tit.20.part.1. Vbi est bonus tex.de iure regni, & menti tenendus secundũ Gregor.Lopez.verb. *diezmos*.

Quarto dubium est. quibus sint personis decimæ dandæ. Respon.clericis,vt patet Nume. 18.filijs Leui dedi omnes decimas in possessionem pro ministerio,quo seruiunt mihi in tabernaculo. Filijs autem Leui successere in nouo testamento clerici.Eis ergo solis sunt decimæ debitæ. Ita Diuus Thom.2.2.q.87.art.3. Regulariter autem sunt debitæ clericis administrationẽ,curamq; animarum habentibus.c.cum contingat.c.cum in tua.c. quoniã &.c.parochianus.de decim l.7.tit.20.parti.1

Quandoq; tamen laicis, nempe qui decimas in feudũ habent,ac nonnullis etiã religiosis,eo quod animarum curam habeãt,debentur. S.Thom.2.2. q.87.art.3.Quando tamen laico decimæ infeudũ conceduntur,decimæ noualium non intelligũtur concessæ.c.tua.1.de decim·Fortun.in.l. gallus.§. & quid si tantum.nu.163.ff.de liber.& posthu.

Vlterius & quinto dubitatur,vtro iure,diuinòne,an humano decimæ debeantur. Quod iure debeantur diuino probatur in.c.1.de decim. vbi patet ex Diuo Hieronymo decimam partẽ omniũ frugum lege diuina institutam esse.habetur etiam in.c.ecclesias.13.q.1.in.§. His itaq; respondetur. & ibi gl.verb.& primitias. Vbi idẽ de primitijs disponitur.& in.c.reuertimini.16.q.1. ca. admonemus.16.q.2.ibi; Admonemus, atq; præcipimus, vt decimas omnino Deo non negligant,quas ipse Deus dare constituit.quia timendum est,qui Deo suum debitum subtrahit, ne ei auferat necessaria. c.decimas.16.q.1.vbi Paschalis quartus ait, Decimas à populo sacerdotibus ac leuitis esse reddendas diuina sanxit autoritas.gl. verb.Paschalis.in.c. de decimis.16.q.1.

Accedit etiam his tex. in.c.tua nos.ibi,si decimæ,quas Deus in signum vniuersalis dominij sibi reddi præcepit.tex.etiam.in.c.cum non sit in homine.ibi. cum autem insignum vniuersalis dominij quasi quodam titulo speciali sibi dominus decimas reseruauerit.tex.in.c.parochianos.ibi, cum decimæ non ab homine, sed ab ipso domino sint institutæ,quasi debitũ possunt exigi.tex.in. ca.in quibusdam.§.ille quippe.ibi,ex lege diuina. de decimis.facit tex.cum gl. verb.honor.in. c.ad audiẽtiam.1.de eccles.ædificati.

Quod decimæ sint iuris diuini, tenet indistinctè Cardi.& Ioã.Andr.in rubr.de decim. Hostiẽ. in sum.eod.tit.§.& vtrum.vers.septimo quæritur. Ioan.Andr.in.c.à nobis.de decim.gl. & Ancharran.post Archidi.in.c.1.eod.tit.lib.6.Panor.in.c. in aliquibus.col.vlti.eod. titu. Anton. de butrio. in.c.parochianos.de decim.Alex.consi.60. lib. 4. Andr.Hispan.in regul.decimarum.q. 8. nu. 3.Et quod decimæ sint hodie de præcepto,est communis opinio secundum Philipp. Franc.in. c.1. col. 1.nu.1.de decim.lib.6.

Quod adeo verum est,vt Innoc.in.ca.fin.de parochijs.dicat esse quasi hæreticos eos,qui asserunt decimas etiam sub lege gratiæ non esse debitas iure diuino,sed tantum positiuo,vbi idem asserit de decimis personalibus. Constat igitur ex supradictis decimas esse iure diuino debitas.

Præterea in præsidium supradictorum probatur quod decimæ sint de iure naturali debitæ. Naturalis etenim ratio dictat,vt quicunq; salutem populi ministrat,ac procurat,ad vitam necessaria habere debeat. Labor enim expectat præmiũ vt inquit Aristotel. Nullus etiam virtutem sine præmio amplectitur,vt inquit Iuuenal.satyra.10.

Tanto maior famæ sitis est,quam
Virtutis, Quis enim virtutem amplectitur ipsam.
Præmia si tollas.

Martial.lib.2.epigram.

Ingenium sacri miraris abesse Maronis,
Nec quenquam tanta bella sonare tuba,
Sint Mecænates,non deerunt Flacce, Marones:
Virgiliumq; tibi vel tua rura dabunt.

Virtutis etiam via ob paupertatem persæpe deseritur,eo quod paupertas ab omnibus fere opprobrio habeatur vt inquit Horatius lib.3.ode.24.

Magnum pauperies opprobrium,iubet
Quiduis & facere & pati.
Virtutisq; viam deserit arduæ,

Vtq; Salomon inquit,Bonorum operum gloriosus est fructus. Atq; vt Ouid.2.de Ponto ad Maximum inquit.

Detrahe menti
Spem fructus auidæ,nemo petendus erit.

Quia vt ipse paulo ante inquit.

Gratis pœnitet esse probum.

Spe etenim,vt experiẽtia nos sæpe docet,ab ipso animo sublata,cito deficit homo,vt dicit Terentius in Andria.

Itaq; postquam adempta spes est,lassus cura confectus stupet.

Spes etiam mortales in laboribus,in aduersis calamitatibus atq; in ærumnis vitã efficit tolerare, laboresq;& infortunia sufferre. Vt pulchre inquit Ouid.1.de Ponto in.7.ad Græcinum epistola.

Spes igitur pœnæ menti Græcine leuandæ
Non est ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea,cum fugerent sceleratas numina terras,
In dijs inuisa sola remansit humo.
Hæc facit vt viuat fossorquoq; compede vinctus,
Liberaque a ferro crura futura putet.
Hæc facit vt videat cum terras vndique nullas
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.
Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit:

Nec spes huic vena deficiente cadit,
Carcere dicuntur clausi sperare salutem:
atque aliquis pendens in cruce vota facit-
Hæc dea quam multos laqueo sua colla ligantes
Non est proposita passa perire nece.
Me quoque conantem gladio finire dolorem,
Arguit, iniecta continuitque manu.

Tibullus etiam elegia vltima.lib.2.ait.

Iam mala finissem letho, sed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore semper ait.
Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam valida solatur compede vinctum,
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

Operarius etiam, vt habetur Matth. 10. dignus est mercede. Et qui altari seruit, de altari viuere debet.c.cum secundū apostolum.de præben. & Apostol.1.ad Corinth.9.ait, Quis enim proprijs stipēdijs militat vnquam.

Præterea quod decimæ atq; primitiæ debeantur pro seruitio altaris, est text. Numer.18. quia pretiū est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonij. Probatur & Genes.14.& ad Hebræos.7.& Genes.28. vbi tex. inquit, Cūctorum, quę dederis mihi decimas offeram tibi. Est etiam ad hæc elegans tex.in.c.decimas.16. q. 7. Decimas Deo & sacerdotibus Dei dādas Abrahā factis, & Iacob promissis insinuat, & omnes doctores cōmemorant. Ij enim tantum naturali instinctu ducti decimas Deo obtulerunt. Iure igitur naturali sunt ministris ecclesiæ debitæ.

Quod etiā authoritatibus vtriusque sacræ paginæ patet. habetur enim Exod.22. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre, & cap.23. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Dei tui. Et Leuiti.27. Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus domini sunt, & illi sanctificātur. Et paulo inferius subijcit, Omniū decimarum bouis, & ouis, & capræ, quæ sub pastoris virga trāseunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur domino. & n.18. Filijs Leui dedi oēs decimas Israel in possessionē pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis: primitias autē, quas vouerint. & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs tuis iure perpetuo. Et Deuterono.12. Illuc omnia, quæ præcipio conferetis holocausta & hostias ac decimas & primitias manuum vestrarū. Et Esdr.2.c.10. Afferemus sacerdotibus ad Gazophylacium Dei nostri, & decimā partem terrę nostræ. Et Leuiti.7.& 2. Paralipome.31. Et Tobię.1 Omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens. Et ecclesi.35. Non minuas primitias manuū tuarum. in omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Et Malach.3. In decimis & primitijs. &c.

Suadetur etiā approbatione Christi in lege gratiæ Mat.23. De vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mētham & anethum & cyminū, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidē. Hæc oportuit facere, & illa nō omittere. & Lucę.18. Decimas do omniū, quę possideo. Quodq; decimæ sint iuris diuini, tenet Hugo in tract. de officio quatuor prælatorū. cap. de munerū excusatione. & Petrus VVal. in tract. De canoni. episcopali. vel parochi. c.5.§.1.n.2. Alphons. castrens. in tract. aduersus omnes hæreses. lib.5. in princip.

His sic prelibatis, pro corroboratione cōclusionis propositæ, etiā in personalibus decimis oportet id ratione fortiori declarare, vt inquit Innoc. in.c. significauit. de parochi. col.2. n.8. sic dicens. Itē mirū est de quibusdā, qui quasi insani, & hæretici dicunt, quod personales decimæ non sunt dandæ, cum expresse habeatur contra Num.10, circa fin. & Deuterono.12. circa principiū. Itē maior ratio est, quod quis det tributū de eo, quod producit manus sua tāquā dignius, quā de eo, quod producit humus. Hactenus Innoc. Pro cuius opinione facere videtur tex. in. c. quadragesima. de consecr. distin.5. singularis casus in.c. ex transmissa, ibi, quia fidelis homo de omnibus, quæ licite potest acquirere, decimas erogare tenetur. de decim.

Nota dictionem, omnibus, quæ signū est nihil excludens argu.c. solitæ. de maior. & obedien. Andr. Hispanus etiā in regu. decimarum. ait. q.7. verū & catholicū esse asserere tā prædialem quā personalē decimam à Deo commēdatam fuisse. De iure sunt igitur diuino. Idem dicit ibi. q.5. per illud Christi preceptū Mat.22. Reddite quę sunt Cęsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Quod Deus intellexit secundum eundem, de prædictis decimis personalibus & prædialibus ecclesiæ debitis.

Præterea q homines teneantur ad decimas personales, tenet S. Tho. 2.2.q.87. art.1. ad 4. dicens. Et ideo in noua lege tenentur homines ad decimas personales secundū consuetudinē patriæ, & indigētiam ministrorū. Vnde Augustin. ait. De militia, de negotio, & artificio redde decimas. Sylu. ver. decima q.4. tenet, quod talis decima inquantū est subuentio necessaria ministrorū ecclesiæ, est de iure diuino. Vbi enim non sunt prædiales sufficientes, vt Genuæ, Venetijs, alijsq; similibus locis psonales sunt de iure naturali. Alioquin populus diues posset habere clerū egētē. tex. in. c. decimę.16.q.1

Quod aūt & personales decimæ debeātur de precepto, existimat veriorē opinionem Cardin. in clemē. cupientes. col.1. q.6. nu.7. de pœn. idem in. c. in quibusdā. §.1. col. fi. de decim. Proqua conclu

sione videtur facere tex.in.c.dicat aliquis.23.q.5 cũ gl.ibi.& gl.1.in.c.1.de decim.lib.6.gl.in.c.quicunque.16.q.7.verb.quod minus fecit.

Sunt tamen qui existiment, atq; affirment personales decimas iure tantũ humano esse debitas, inter quos est Host.in sum.de decim.§.& vtrum vers.Septimo quæritur.col.5.Panor.etiã in.c. de terris.nu.8.de decim.visus est istam opinionẽ tenere,siquidem vltimo loco eam reliquit.Henricus in.c.peruenit.col.5.de decim.Cardi.in.c.1.eo.ti. Fein.in.c.causam quæ.col.1.n.1.de præscriptio. Archidia in.c.quicunq;.col.1.nu.8.16.q.7.

Pro prædictorũ etiã absolutiori intellectu dicẽdũ est eiusdẽ esse primitias iuris cuius decimæ, nẽpe diuini.gl.in.c.ecclesias.verb,& primitias.13. q.1. tex.in.c.reuertimini.in prin.ibi,in decimis & primitijs.16.q.1.Ratio autem quare primitiæ debeãtur ea est,nempe quia id ex libere Deo tenemur, quod præcipuum est,in recognitionem diuini beneficij,scilicet,vt quilibet fructus terræ à Deo recipere profiteatur:idq;ex primis fructibus tãquã quid præcipuum:& quia sacerdos in his, quæ sunt ad cultum Dei,constituitur,ideo primitiæ cedunt in vsum sacerdotum. Iuris etiam naturalis est,vt quisq; de rebus à Deo sibi datis aliquid ad Dei honorem & cultũ constituat,ac tribuat. Quod autem sacerdotibus exhiberẽtur,ac de primis fructibus,ac in certa quãtitate,id in lege veteri de iure fuit diuino determinatum.In noua tamen lege id definitur per determinationẽ ecclesiæ,quæ homines obligat vt primitias soluant secundũ consuetudinem patriæ,& indigentiam ministrorum ecclesiæ.Ita Diu.Thom.2.2.q.86.arti.4.§. respondeo.Archiep.Florenti.2.parte.titu.4.§.3.c.3.

Videtur tamẽ quod decimæ & primitiæ nõ sint iuris diuini,nec debeantur sacerdotibus legis nouæ.Præceptũ enim de soluẽdis decimis legis erat veteris,vt habetur Leui.27.cum supra adductis. Sed istud præceptum est iudiciale seu ceremoniale,quod tempore gratiæ cessauit.S.Thom.2.2 q.86.art.4.& quæst.87.art.1. & quodlibet.2.art. 8.gl.in.c.1.de decim.lib.6.gl.in.c.non est peccatũ.6.distin.Alphon.Castren.aduersus omnes hæreses.verb.lex.Adrian.quodlibet.5.Couar.lib.1. varia.resolu.c.17.in prin.Paul.ad Roma.7.ad Galat.4.& ad Hebræos.7.qui dicit. Translato enim sacerdotio,necesse est vt legis translatio fiat transumptiue in.c.translato.de consti.Si igitur nec lege naturali nec euangelica expressum de decimis inuenitur præceptum,vt notum est, consequens erit fateri fuisse solum de lege veteri, ac omnino abolitas esse per prædicta.

His tamen nõ obstantibus,contrariũ verissimũ est.Nã omnia iura,quæ dicunt decimã de iure diuino deberi,generaliter sunt intelligẽda,si tñ quo ad quotã exẽplariter:nõ tñ quoad vim obligatiuã cũ quoad quotã tãtũ in lege veteri inueniat,secũ Caiet.2.2.q.87.art.1.& Adrian.in quodlibet.5.

Potest etiã aliter in contrariũ adductis respõderi,q lex illa veteris testamẽti diuina voce iussa est fuit quoad vim obligatiuã in lege gratiæ respectu quotæ:hodie tamẽ obligat tanquam præceptũ à iure canonico institutũ,qua lege homo sub pœna mortalis peccati cogitur has decimas,etiã quotitatiuo modo reddere. Possunt etiam hodie principes statuere leges iudiciales tanquam ius humanum,vt patet in.c.1.& per totũ,de decim.&in.c. 1.de homicid.& in.c.1.&per totũ.de iniur.Quod colligitur etiã ex S.Thom.1.2.q.104. art. 3. Archiep.2.parte.titu.2.c.3.§.5.Cardi. Turrecrem. in.c.reuertimini.nu.9.col.4.16.q.1.

Nec obstant iura canonica, quatenus indistincte etiam quoad quotam sentire videtur etiam de iure diuino debitam.Sunt enim,vt iam dixi, talia iura exemplariter accipienda.

Vel etiam decimæ sunt à Deo institutæ,& non ab homine,quo ad subuentionem in genere ministris altaris impertiẽdam:& specificatio quotæ est iuris humani positiui.S.Thom.2.2.q.87.art.1.& ita intelligẽdus est tex.in.c.parochianos. & in.c. in quibusdam.cum similibus.de decim.

Nec obstat huic opinioni tex.in.c. tua nos. & in.c.cũ non sit.de decim. vbi habetur ipsum Deũ sibi decimas in signum vniuersalis dominij reseruasse.tex.etiam in præsenti.& in.l.2.infra.eod.& in.l.7.lib.pragm.Illa enim iura procedunt pro statu legis veteris quo ad veræ decimæ quotã.Quo ad vero subuẽtionẽ ministris debitã,etiam pro statu noui testamenti morale est,ac de iure naturali.

Sit igitur resolutio,Decimas in se esse iuris naturalis ac diuini:quoad quotam tamen iuris positiui.Ita etiam tenet Honcala.in tract.de decim.

Ex quibus infertur veram quotam decimæ hodie no esse in obligatione iuris diuini, vt ex prædictis apparet:& probat Adrian.quodlibet.5. fol. paruo.87.col.2.S.Thom.2.2.q.87.art.1.& ibi Caietan.S.Thom.quodlibet.2.art.8.Ioan.maior.in. 3.sententi.distin.37.q.36.& in.4.dist.15.q 4.col. penul.Cardin.Turrecrem.in.c.reuertimini.nu.5. 16.q.1.arti.3.Henri.Gand.quodlibet.4.q.28.

Ex quibus deducitur posse Romanũ Pontificẽ aliqua loca vel prædia vel etiam & personas priuilegiare,ne soluere decimas teneantur.gl.in.c.à nobis.de decim.Selua de beneficio.2.part.q.1.n.24. & in.3.parte.q.8.nu.10.argumento eorũ,quæ notantur ab Anchar.consil.239.Deci.in.c. cum ordinem.de rescrip.Aymon.Crauet.cõsil.21.nu.2.Est etiam de mẽte Ioan.Lup.de libertate eccl.1.par.q. 3.Couar.dict.c.17.vers.2.

Hinc est quod papa potest decimam in octauã, duode-

duodecimam,vndecimamue partē reducere. Cū enim quoad quotā decima iuris sit positiui,vt probatū est:simili ratione poterit & minui,& ampliari,secundum doctrinā Innoc.in.c.cùm ad monasteriū.de statu monacho.gl.Panor.& doctores in c.proposuit.de concess.præben. Ratio. quia eius est tollere,cuius est cōcedere.l.3.ff.de re iudi.l.ei⁹ est nolle.ff.de reg.iur.Facit.c.inferior. 21. distin. c.1.19.q.2.c.omnis.de pœnite.& remis. Facit & illud Aristo.1.de generatio.& corrupti.dicentis ea, quæ sunt principia generandi, sunt etiam principia corrumpēdi.l.Stichum.§.naturalis. ff.de solu. l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.c.omnis. 27.q.2 c.1.de reg.iur.Sed huiusmodi decimalis quota per Papā est statuta,igitur poterit per eum collidecimę quotitatiua forma.l.cū principalis.ff.de regu. iur.c.accessorium.eod.tit.lib.6.Papa etiam, maxime in spiritualibus,potest quadrata rotundis adæquare.Hostien.in.c.cū venissent. de iudi. Troilus Maluiti.in tract.de canonizatio.sanctorū. dubio.2.nu.8.Facit tex.in.c.cuncta per mundū.9.q. 3.Probatur etiam ex Panor.in.c.in aliquibus. nu. 7.de decim.dicente per consuetudinem approbatam à Papa posse decimam minui. Idem dicendū est de consuetudine,quæ potēs est ad reducēdam decimam prædialem in vicesimam aliamue quamuis portionem.Guido Papa.decis.284.incipit.an consuetudo.quota enim , vt sæpius supra dictum est,iuris humani est.Poterit igitur per consuetudinem,& minui,& extendi.

Vnde prouenit posse laicis decimas in feudum cōcedi.Circa quem articulum vide Zasi. in tract. de feudis.4.parte.nu.18.& Feli.in.c.causam quæ. col.2.de præscrip.cum late congestis per doctorē Couar. in dict.lib.resolutio.c.17.nu.4.Facit.l.22. &.23.tit.20.parti.1.Regi præterea Hispanæ decimæ(vulgò tertiæ)competunt, secundum Grego. Lopez.in dict.l.22. verb. *non los deuen auer.* &. l. 23.verb.*tomen diezmo*.Quem vide.

Videtur tamen decimas hodierno iure sacerdotibus minime deberi:Antiquitus enim eo dabantur decimæ Leuitis,q in possessionibus populorū nullā partē haberēt,nec possiderēt,vt habetur Num. 18.At in nouo testamento clerici patrimonia habēt,oblationesq; pro viuis & mortuis recipiūt: ergo cum paupertatis causa cesset , & ab ea causatū cessare debet.c.cum cessante.de appel.Faciūt scripta ab Adria.quodlibet.5.arti.2.His tamen nō obstantibus asserendum est laicos sacerdotibus,etiā diuitijs affluentibus hodie dare teneri: Non enim solum pro eis dantur,sed etiam & pro subuētione pauperum,qui nunquam deerunt,iuxta verbū Saluatoris, pauperes semper habebitis.Cū igitur necessitas semper adsit & duret:oblationes etiā,decimæ,& primitiæ durent oportet , ac eis semper & vbiq; pauperibus subueniatur. S. Thom.2.2.q.87 ar.3.ad.1. Tenet etiam Ioan. And. Ancharr.& doctores in rubr.de decim.

Est tamen dubium, quæ personæ soluere decimas teneantur? Respondendum est, omnem hominem natum de muliere nō exceptū a summo Pontifice.Probatur.Præceptum de decimis soluendis generale est:seruabitur igitur sine vlla discretione, seu exceptione personarum.l.de pretio.ff.de publici.c.si Romanorum.19.distin.c.1.16.q.7.c.tua. de decim.c.in aliquibus.eo.titu.l.2.tit.20.parti.1. Andr.Hispan.in regul.decimarū.q. 11. Rebuf.de decim.q.5.nu.1.c.à nobis.de decim.vtrum autem clerici teneatur soluere decimas,dic clerici,vt clerici non teneantur soluere decimam idest,quatenus sunt dispensatores ministeriorum Dei,secus tamē quatenus iure proprio habent bona propria patrimonij,nam vti possessores earum rerum tenetur. Sanct.Thom.2.2.q.87.&parti. 1.art.4.Domi.Soto.lib.9.de iust.& iur.q.5.arti.4.

Dubitatur de decisione talis quæstionis. Titius constituit & fundauit quandam capellaniam in ecclesiā sancti Ysidori,donauitq; illam fructibus terrarum in illa parochia vel in alia sitarū.dubitatur, vtrum fructus istius dotis sint curę parochię illius, in qua terræ sitæ sunt,decimandi? Videtur q sic; terræ enim , quæ alias in potestate laici decimale tributum soluentis erant trāseunt cum suo onere reali.c.pastoralis.& ibi gl.verb.nisi cum onere.de decim.gl.in.c.si quis laicus. verb. inde abstrahere. 19.q.1.c.cum non sit in homine.& ibi glos.fin.de decim.c.ex literis.de pignor.l.alienatio. ff.de cōtrahē.emptio.l.inter debitorem.ff.de pact.l. 2.& l.3.C.quib.mod.pign.taci. contrahatur.l.si debitor C.de distra.pigno.

Præterea mutatione personæ non mutatur qualitas seu onus cohærens rei ratione sui,& non personæ.tex.memorandus in clem.vnica.vers. prioratus.de supplenda negligen.prælato. probans conclusionem,nempe q quotiescunq; superior propter inferioris negligētiam prouidet de beneficio vacāte prouisus iure deuoluto tenetur seruare qualitates ipsius beneficij , ac prouidere eis personis, quibus eodem beneficio priuatus tenebatur. Pro cuius confirmatione est addendus Barba.in.c. venerabili.de offici. deleg.Fel.in.c.cū accessissent. col.7.nu.18.de cōstitu.Corset.singul.verb. consiliū.Ex quo tex.singulariter deducit,q licet p mutationē personæ mutet qualitas rei propter personā inhærens.l.licitatio.§ fin.ff.de public.& vectigal.l.Paulus per procuratorē.ff.de acquir. heredi c.vnico.§.fin.vbi gl.verb.semestre.de iure patro. lib.6.non tamen mutabitur qualitas inhærens rei ratione sui ipsius.Cōfirmatur per gl.in clemen.1. verb.excolēdas. de decim.Cuius gl.sententiam sequuntur

quũtur domini de Rota.in antiq.decis.875.incip. Papa concessit.vbi patet priuilegium reale de nõ soluendis decimis extendi ad colonos:si tamẽ esset alicuius personæ contemplatione indultũ,non extenderetur ad colonos:quo vltimo casu loquitur tex.in.c.licet.de decim.Præterea onus decimarum ipsi rei est annexum,ita vt in quemlibet possessorẽ transeat.Panor.in.c.pastoralis. de decim. nu.3.Socin.consi.297.nu.4.lib.2.l.4.tit.20. part. 1.&.l.6.versi.*Y aun deuen*.eod.tit.

Est tamen circa hæc dubium, Vtrum consuetudo non soluẽdi decimas iure curæ parochiali debitas,excuset debitorẽ à restitutione,præsertim data debitoris scientia q̃ sint debitæ?Circa quod videtur,q̃ cùm iste talis sit debitor, non sit in statu salutis,dũ decimas alteri debitas retinet.Nõ enim dimittitur peccatũ nisi restituatur ablatum.c.decimæ.16.q.1.vbi dicit Augustin.Decimæ etenim ex debito requiruntur,& qui eas darẽ noluerint, res alienas inuadunt.Dicit etiam ibi gl.verb.inuadunt.Nota q̃ idẽ est iniustè detinere q̃ rapere. c. sæpe.de resti.spoli.ibi, Non multùm interest quo ad periculum animæ iniustè detinere,ac inuadere. vbi etiam est gl.verb.detinere.gl.etiam in cap. cõtra sanctorum.verbo.expellere.16.q.7.Facit tex. in.l.quo naufragium.§.non solùm.& ibi glo. ver. abstulit.ff.de incend.ruin.naufragi.

Decimarũ præterea detentio constituit hominem in animæ periculo.c.cùm non sit in homine. ibi,& animarũ periculis.de decim. Confirmatur. Non enim quis pœnitẽtiam agit,dũ debitũ, cum potest,creditori non restituit.iuxta tex.in.c.si res aliena.14.q.6.c.quia plerique.de immuni. eccles. c. in literis.de rapto.l.5.tit.19.parti.1.&.l.5.tit.20. ead.parti.c.peccatũ.de reg.iur.lib.6.Deci.consil. 272.nu.6.& consi.303.n.6.Inquit etiam apostol. ad Roman.13.Reddite omnibus debita:cui tributum,tributum:cui vectigal,vectigal:cui timorẽ, timorem:cui honorem, honorem: nemini quicquã debeatis.At decimæ præcepto sunt debitæ:qui igitur eas retinet,tanquam iniustus alienæ rei possessor,dum non restituit,in statu salutis no est.c.nam qui Deo.16.q.2.

Qui retinet præterea rem alienam inuito domino,deformitatẽ furti cõmittit.c. dudum ecclesia Rothomagensi de elect.§.Furtum.Inst. de obligatio.quæ ex delict.nascun.Morosus etiam in restitutione rei alinæ,dum in mora est, fur est.l. inter stipulantẽ.§.penul.ff.de verb.oblig.Ideoq; etiam ad leuissimum interesse in re restitutioni subiecta propter moram contingens tenebitur,etiam si in culpa non fuerit.c.vnico. de commodato. Palud. in.4.senten.distin.15.q.2.arti.1.conclusi.5.Archiepis.Florent.1.parte.tit.20.in declaratione regulæ.Peccatũ.Tenebitur igitur ad æstimationem,si soluẽdo sit secũdũ prædictos,quibus adde Syluest. verb.furtũ.q.16.& verb.restitutio 3.q.9. & Ioã. Methym.in codice de restitut.q.6.l.17.tit.20.parti.1.Ratio aũt colligitur ex tex.in.l.cùm res.§.vlt. ff.de legat.1.vbi Vlpianus ita scriptum his verbis reliquit.Itẽ si fundus casmate perierit: Labeo ait vtiq; æstimationem nõ deberi.quod ita verũ est, si non post morã factam id euenerit:potuit enim cũ acceptũ legatarius vẽdere.Et ibi gl.vlt.gl. etiã in.c.licet multũ.verb.restitui.de restit.spoliat.

Præterea non restituens gabellam,seu aliud iustum tributum principi,in statu etiam damnationis est:facit enim contra Pauli sententiam ad Romanos.13.suprà allatam. & contra illud Christi Matth.17.&.22.Date Cæsari,quæ sunt Cæsaris: huiusmodi etenim impositiones per ius canonicũ approbatæ sunt.tex.in.c.super quibusdã.de verb. signi.& per totũ tit.ff.de publica.& vectig.In qua tern.etiã gabellarũ regis Hispaniæ.obligãt igitur ad restitutionem in conscientiæ foro Archiepi.2. part.titu.13.ca.8.cum plurimis alijs à me citatis in additio.ad Segur.de bonis lucrat. constãt. matrimo.nu.233.vbi hanc opinionem communem asserui:quam etiam nouissimè approbat Alphons. Castren.de lege pœnal.fol.114.versi.quartò ex huius capituli.quarta cõclusione.lib.2.c.2.vbi tenet pœnam impositam à lege non soluentibus seu defraudantibus gabellam vel tributũ non habere locũ in foro animæ:quia est merè pœna.gl.in.c.fraternitatis.12.q.2.Cuius theoricam dixit communem Ludoui.Gome.in lectur.§.ex maleficijs. nu. 14.Insti.de actio.Et est singul.secundũ Segur.vbi ad eius comprobationẽ quamplurimos doctores eam singularẽ & cõmunem profitẽtes adduxi. in repe.l.filius dum in ciuitate.n.15.ff.de verb. obligatio.quanquam Castrens.dict.lib.2.de potest. legis pœnal.c.9.fol.174.nescio quid in contrarium velle sentire videatur.Quod ita verũ est,vt cũ primũ possit,debeat fieri restitutio.Gabrie.in.4.senten.distin.15.q.2.art.2.cõclusio.2.S.Tho.2.2.q. 66.arti.8.& in.4.senten.distin.17.q.3.ar.1.ad 3. argum.4.quæstionis:vbi sic ait,Ad tertium dicendum,q̃ retentio rei alienæ inuito domino contrariatur præcepto negatiuo,quod obligat semper & ad semper.& ideo tenetur statim ad reddendum. Duran.in.4.sentent.distin.15.q.1.Marti.Nauar. in repe.c.nouit.nu.77.notabil.6.de iudic.

Decimæ præterea debẽtur ecclesiasticis personis ratione laboris:restitutiõis igitur dilatio infert differẽti peccatũ,iuxta illud Leuiti.16. Nõ morabitur opus mercenarij apud te vsq; mane. Tẽpore aũt solutionis debẽt decimæ ad horrea clericorũ & ecclesiarũ deferri : nec sunt ab eorũ nuntijs in agris colligẽdæ.tex.cũ gl.verb.horrea.in.c. reuertimini.16.q.1.Probatur etiã Esdr.10.Bartho. Cepol.in

pol.in lib.de seruit.vrban.prædi.c.72. Anchar.& Ioan.Andr.in.c.ex parte.2.de decim. vbi Panor. nu.5.dicit istam communē.Probatur etiam. Nam debitor tenetur ire in domum creditoris ad debiti solutionem faciendam.gl.& Bart.in.l.item illa. ff.de constitu.pecu.Panor.in.c.fin. de præscript. nu.14.& in.c.significante.nu.9.de pigno.vbi Anchar.nu.1.col.2.versi.Secundo nota.

Missis tamen quibuscunq; opinionibus, teneas consuetudinem diœcesis,in qua decimæ colliguntur,secundùm Host.in sum.de decim.§. fin. versi. sexto decimò quæro.Cardi.in dict.c.ex parte. argum.tex.in.c.in quibusdam.de decim. vbi consuetudo in solutione decimarum consideratur.& cōsuetudo facit ius.c.fin.de consuet.gl.in.c.cùm dilectus.de fide instrum.verb.approbata.

Nec etiam laici propter consuetudinem nō soluendi excusantur à peccato.Panor. & Doctor. in c.ad apostolicæ.n.3.de decim.vbi dicit,Et ex hoc & ex textu quòd in solutione decimarum attendenda est consuetudo.Quod tamen limitant Doctores respectu ecclesiarum. Valet enim consuetudo,vt quod ab vna aufertur, alteri tribuatur : non enim multùm interest illáne an hæc decimas habeat:sed interest quo ad laicos,non enim valet eorum consuetudo quo ad retentionem secundum Doctores in dict.c.ad apostolicæ.de decim.Facit gl.2.in.c.cùm homines.eo.tit.

Præterea consuetudo non soluendi rem subiectam restitutioni non eximit iniustum detentorē à peccato.c.fin.de præscrip.reg.possessor.de reg. iur.lib.6.Probat Andr.Hispan. in reg. decimaru. q.7.Ex ista nanq; consuetudine nota & iam inueterata non soluendi decimas , maximum & irremissibile inducitur peccatum , quod contra spiritum sanctū dicitur,vt patet Matth.12. Qui peccauerit in spiritum sanctū non remittetur ei neque hic neq; in futuro.De quo latè agit Magist.in. 2. sent.dist.43.c.1.Sed omnis homo scit vel scire debet(ad paria enim iudicātur)præceptū de decimis & primitijs soluendis,iuxta illud Exod.22.Primitias terræ frugū deferes in domum Dei tui. Vtq; iam latè probatum est.In mala ergo est fide qui rē quam ad alium scit pertinere,detinet.l.fin. C.vnde vi.c.cùm non sit.vbi Anchar.nu.3.de decim.

Præterea cōsuetudo contra canones est irrationabilis,abusus,& corruptela.c.fin. de consuetudi. clemē.cùm secundū.vbi Cardin. col. 1. de pœni. & remis.c.cum haberet.ibi.Et diuturnitas temporis peccatū nō minuat,sed augeat. de eo qui dux. in matrim.quam pollu per adult.c.non debet. de cons.& affin.l.5.tit.2.part.1.Nam si primus actus non soluendi est peccatum,erit & secundus: nā cōsuetudo non mutat speciem peccati.vt docet Alphon.Castren.li.1.de potesta.legis pœnal. c. 5.§. sextum documentum. Clarius in libr.2.c.12.§.ex hac eadem ratione.Facit doctrina Cardina. in procemi.clem.§.vniuersitati.post Matth. ibi declaratur.Si igitur iste scit se debere decimas,nec tamen soluit,in peccato est:ac nullo temporis cursu à restitutione liberabitur.secundùm Andr. Hispa. q. 9.in dict.reg.decimarum. quanquàm nullum pro sua validum adduxerit opinione fundamentum. Idem tenet ipse in.q.14.nu.8.dicens decimam necessarium debitum esse,ad solutionem cuius quis tenetur.

Hinc est posse decimas iniustè malaq; fide retētas ab eis,quibus debitæ fuerāt tēpore præterito, peti.c.pastoralis.&.c.in quibusdam.de decim.Panor.in dict.c.pastoralis.nu.5.Rauen.in.c.tua.fol. 59.in compēdio iuris canonici.de decim. quæ decimæ sunt in dominio ecclesiæ, secundum tex. & ibi Panor.nu.5.in dict.c.tua.& Rauen. fol. citato. 59.col.1.de decim.Probat Anto. Capici. decisio. Neapoli.26.nu.26.facit tex.cum sua gl.in.ca. præter hoc.§.præcipientes.32.distin.ibi,Deinde vt decimæ & primitiæ seu oblationes viuorum & mortuorum.&c. Nec sunt tales decimarum retentores antè absoluendi,quàm solutione satisfecerint. secundùm Andr.Hispan.dict.regul.decimarum.q. 15.notabil.1.

Quod & in soluente minus perfectè procedit, quia sunt integrè decimæ soluendæ: qui autem diminutè soluit,peccat,secūdùm Panor.per tex. ibi in.c.in quibusdam.nu.4.de decim.tex.in.c.quicunque.16.q.7.Vbi Ambros.in sermone quadragesimæ ait,Quicūq; recognouerit in se quod fideliter non dederit decimas suas, modò emendet quod minus fecit.Ratio patet:quia iniustè facit detrahēdo debitum alterius.tex.in.§.iuris præcepta. ibi, ius suum cuique tribuere.Insti.de iusti.& iure.

Hinc est q; vendens rem scienti rei valorem vltra metas iusti pretij,dummodò cesset animus donandi pretij excessum ex parte soluētis, ad restitutionē tenetur.cessat enim æqualitatis iustitia, quę sit in contractibus oportet.Istam sententiā tenet Caieta.in quodlib.17.q.responsio.12. Conrad. in tract.de contracti.q.57.Couar.in lib.2.varia. reso lu.c.4.nu.11.§.superest casus nō omnino facilis: quia donationis præsumptio non in dubio abest. l.cùm de indebito.ff.de probatio.Bal.in.l. generaliter.col.3.C.non num.pecu.Est igitur rei alienæ vsurpatio inuito domino.Ita ergo dicēdum est in solutione decimarū facta modo à nobis explicato.

Esse tamen istam sententiam limitādam crederem casu,quo decimas prædiales,vt moris est,prælati nō exigunt tempore consueto.Eo nanq; lapso,cessat decimarum exactio:censetur enim facta remissio:nec peccant,si à prælatis decimæ nō petantur,eas non soluentes:aliàs secus. Archidia. in

capi.1.

c.1.nu.2.de excepti.lib.6.Rota antiqua.decisi.25 Feli.in.c.si autem.col.3.de rescrip. Quod reputat singulare & perpetuo notandum Francis.Balb. in tract.præscrip.in.1.parte.5.principalis.q.7.n. 12. Adria.in quodlibet.5.art.1.§.Secundò videndum est.fol.92.Arcin.dictum etiam refert Grego. Lopez in.l.17.in gl.1.ti.20.par.1.Anto.Marc.Natta consi.136.col.li.1.li.1.Nec obstat quod suprà probatum est:nempe decimas esse ad horrea clericorum deferẽdas.Debet enim, si petantur,intelligi. Nec sunt, & si petantur, deferendæ, secundùm Balb. & Adrian.post alios locis præcitatis.Confirmatur ex sententia Diui Thom.2.2.q.67.ar.1.ad 5.dicentis,non soluẽtes decimam in locis, vbi est consuetudo non petendi,non esse in statu damnationis:hoc tamen adiecto,quòd sint parati, si petãtur,soluere.Idem quodlibet.6.arti. 10. incipi. his equidem.Idem est si ministri ecclesiæ decimas nõ requirant,vbi sine scandalo requiri non possent propter desuetudinem, aliquamve aliam causam. Nec sunt in statu damnationis non soluentes in locis,in quibus ecclesia nõ petit:nisi fortè nõ soluẽs esset ita obstinatus animo,vt etiam si petantur, se non soluturum proponeret. Archiepisc. Floren. 2.parte.c. 3.§.sexto.Syluest.verb.decima.quæst. 4.Honcal.in tract.de decimis.proposi.5.

Non soluendi tamen consuetudo præscripta debet & immemorialis esse, vt ex Diuo Thom. quodlibet.2.articu.8.colligitur:& ex Honcal.loco præallegato.& Couarru.libr.primo.Varia.resolut.cap.17.nu.12.In hac enim materia necesse est de præscripta consuetudine intelligatur.glos. in cap. cùm sint homines de decim. cui est simil. in cap.in quibusdam.in glo. vltim. eodem titulo. Nec video quo titulo, præterquam in casibus supradictis,possit quis à solutione decimarum, earumque restitutione se eximere:cum sint malæ fidei possessores:& clerici nõ exigant propter malitiam populi vitandam.Reportarent enim ex proprio peccato commodum, quod minimè concedendum est.Secus tamen est in clericis,qui omnino possunt in decimis soluendis excusari præscriptione seu perfecta consuetudine,siue de personalibus loquamur,siue de realibus, siue, prædialibus. glo.in capit.in quibusdam.§. fina. de decim. facit glo.in capit.quia cognouimus. 10.q.3.Felin. in capit.causam quæ.de præscriptio.col.1.Balb.de præscrip.1.parte.5.principal.q.7.n.3.qui apertè probant,clericos,etiam si non sint ecclesiarum rectores,consuetudine vel præscriptione,posse à solutione decimarum personalium,& prædialium etiã ratione rerum patrimonialium in alia parochia existentium eximi.

Item etiam communis est opinio decimas esse soluendas ab ecclesijs, quarum prædia intra limites alterius parochiæ sita sunt,suntq; illi soluẽdæ parochiæ,in cuius terminis prædia sunt. Nec refert vtrùm ea prædia dotalia sint,nec ne: vt notãt Panor.in nu.6.col.3.& alij.in.c.nouum genus.de decim. Cardi.consi.68.qui eleganter loquitur. gl. & Panor.nu.4.& Henri.& cõmunis.in.c. sancitũ est.de decim.Panor.in.c.nuper.colũ.2.notabil.1. per tex.ibi.de decim.Bald nouel.de dote.1. parte num.8.col.2.Ratio:quia cùm in iure nusquàm constet antiquam ecclesiam ob ecclesiæ nouæ cõstructionem debere priuari suis decimis, non oportet nos interpretatione magistrorum generalem iuris dispositionem alterare:immò in iure cauetur oppositum.in.c.ecclesiæ.&.c.quicunque.16.q.1.

Poterit tamen aut consuetudine,aut præscriptione immunitas à solutione decimarum obtineri. vt in plerisque locis bona capellaniarum (quod sæpissimè audiui) sunt à decimæ solutione immunia.Quod fieri potest ex opinione gl.in.c.nouum genus.de decim.& ex mente.S.Thom.2.2.q.87. art.4.& ex autoritatibus suprà allatis in versi.Est tamen dubium quæ personæ soluere decimas teneantur.

Ex prædictis igitur constat prædium ecclesiæ, seu capellaniæ,siue oratorio in dotem assignatũ esse decimarum exactioni subiectum:nisi consuetudo vel præscriptio sit in oppositum:& hoc etiã quoad totam decimarum portionem. Domini. in c.2.§.penul.de decim.lib.6.Probatur in.c.de quarta.de præscrip.& in.c.accedentibus.& ibi Panor. de priuileg.gl.singul.in.c.1.verb.accesserit. de statu monac.dicens quartam oblationum ac decimarum episcopi in totum posse consuetudine vel præscriptione tolli.Quam gl. sententiam ordinariam dixit & verissimam Panor.in.c. requisisti column.4.nu.18.post Cardin.ibi,de testam. Barb. in. c.si.de testam.Estq; communis opinio secundum Panor.consi.31.nu.3.vers.venio ad tertium. lib. 1. Circa quæ plura alia subdam in.l.3.in.gl.1.

Ex quibus infertur quòd vbi est consuetudo nõ soluendi decimas ex prædijs datis in dotem ecclesiæ seu Capellis:etsi non sit præscriptio completa per tempus requisitum ad exceptionem earũ, erit nihilominus in conscientia tutus non soluens decimas temporis præteriti nõ petitas, donec fuerit condemnatus, ex sententia Archidia. Adrian. & aliorum supra citatorum: quibus est addendus Guido pap.decis.283.nu.2.& Panor.in cap.in quibusdam.col.fi.de decim.qui etiam Diui Thomæ opinionem sequuntur.Nec dubito casu proposito prædicti possessores capellarum & oratoriorũ esse immunes.eo quod antea prædictæ decimæ nũquam fuerunt solutæ ecclesiæ ex prædijs destinatis capellis & oratorijs.

Nec opinio Sacri Doctoris suffragatur decimas

ante

ante cursum legitimæ præscriptionis soluere nolentibus: quod in personis ecclesiasticis, qui ad præscribendũ sunt capaces, intellige: laici enim, cũ incapaces sint, non poterũt vllo temporis cursu hãc à solutione decimarum exceptionẽ consequi: irrationabilis enim est & onerosa ecclesijs talis præscriptio. Insuper est etiã contra ius diuinũ, vt latè probatum est suprà in § Est tamen circa hæc dubium, vtrùm consuetudo non soluendi decimas.

Probatur etiam per regulam q decimæ sint ministris sacramentorum soluendæ, consuetudo tamen q non soluantur est contra substantiã regulæ, ac per consequens iniusta & inualida. argu. gl. verb. officiali. in c. non putamus. de consuetu. lib. 6. cum latè congestis ab Aymo. Crauet. consil. 96. nu. 2. lib. 1. Prædicta igitur cõsuetudo tanquã irrationabilis non eximit quenquã præsertim laicũ, à solutione decimarũ. Præterea etiã ex simplici tolerãtia nõ inducitur cõtra debitũ iuris cõsuetudo. c. cũ iam dudũ. de præben. ibi, cũ multa per patiẽtiam tolerẽtur, quæ si deducta fuerint in iudicio, exigente iustitia, nõ debeãt tolerari. Aymo. consi. 96. nu. 7. & consi. 116. col. 2. n. 3. lib. 1. Si igitur propter vitandũ scandalũ soluere decimas nolẽtium, clerici cessarent à petitione earum, nõ esset præsumenda remissio, nec debitores à restitutione liberarentur: cùm sit irrationabilis talis cõsuetudo, vt colligitur ex tex. & ibi Areti. in c. ad nostram. nume. 6. de probatio. nec iuuat vt patet in c. nõ satis. de simonia. & in capi. sequenti.

Est tamen circa prædicta non incommodũ dubium, quanto tempore inducatur consuetudo nõ soluendi decimas? Cui ego responderem, quadraginta annis induci: etiã si iuris præsumptio sit contra monasterium vel ecclesiam tollentem decimã contra parochialem, vel prætendentẽ à solutione decimarum exceptionẽ: vt sunt, exempli gratia, clerici habentes in aliena parochia prædia. In ecclesiasticis etenim rebus inducitur consuetudo lapsu quadraginta annorum: quanquam si de præscriptione agatur, diuturnius requiratur tempus. Antoni. in cap. fin. num. 39. de consuetu. cum alijs citatis à Ludoui. Gozadin. consi. 101. nu. 25. versic. vndecimò & si de iure canonico. Felin. in ca. ad audientiam. nu. 26. de præscript.

Quam etiam partẽ in specie firmat Paul. Paris. consi. 25. nu. 6 & 27. li. 4. Constat enim in multis consuetudinem à præscriptione differre, vt docet glo. in cap. cùm tanto. de consuetu. Balb. de præscriptio. 1. parte princip. q. 10. post Hostie. in sum. de consuetud. §. fin. versi. extra summam glo. in capi. seruitium. 18. q. 2. Rebuff. de decim. q. 13. n. 45.

Præterea ad inducendam hanc consuetudinem nõ requiritur bona fides seu titulus, aduersus quã est iuris communis præsumptio, ex mente gl. Panor. & Curtij. in c. fin. fol. paruo. 44. de consuetu. Francis. Balb. de præscriptio. 1. parte principal. q. 10. nu. 7. Alexan. consi. 6. lib. 1. Philip. Deci. consi. 134. col. 3. nu. 5. Ange. & Ias. n. 49. in l. de quibus. ff. de legib. Archidia. num. 1. col. 2. Domini. & Philipp. Franc. col. 4. nu. 12. in c. 1. de præscrip. lib. 6. Ius autem, quod titulum & bonam fidem cum cursu. 40. annorum, & sic temporis immemorialis, vt est casus in dict. c. requirit, in præscriptione, non autem in consuetudine loquitur secundùm Deci. & alios locis præcitatis.

Ex quibus infero non bene dixisse Fulgos. consi. 166. Balb. de præscrip. 1. p. 5. principalis quæstio 14. Socin. consi. 297. nu. 2. lib. 2. & alios, qui in hoc tempus esse necessarium, cuius initij memoria in contrarium non existat, asseruerunt.

Est & aliud dubium, Vtrùm valeat cõsuetudo, quæ viget in aliquibus regionibus, nempe ne decimæ soluãtur ex certis fructibus in parte vel in totum, vt ex fœno, oleo, alijsq; id genus: dũtamẽ ex alijs supersit sacerdotibus sufficiens sustentatio? Paul. Castren. consi. 17. lib. 2. tenet quòd sic: est enim ad præceptum de soluendis decimis quædã interpretatio à consuetudine inducta: tantũ enim valet consuetudo circa interpretationem iuris diuini, quantum lex. Panor. & Felin. in ca. 1. quæ in ecclesiarum. de constit. Ioan. Lucerier in tract. de primogenitura. lib. 1. q. 3. num. 15.

Præterea Romanus pontifex potest in totum expressè quibusdam laicis immunitatem & exceptionem à solutione decimarum concedere. glos. notabil. in ca. à nobis. verb. exemptus. de decim. singul. secundum Panor. nu. 4. quam etiam sequitur ibi Hostien. Ioan. Andr. Card. & alij. & Philippus Deci. in c. cum ordinem. de rescrip. & in cõsi. 113. col. 2. n. 3. Socin. consi. 297. lib. 2. Aymo. Crauet. consi. 21. nu. 2. Ioan. de Selua. in lib. de beneficio. 2. parte. q. 1. nu. 24. & 3. parte. q. 8. n. 10. Declarat Ioan. Lup. Decanus Segouiensis, de liberta. eccles. 1. parte. q. 3. Quod tamen debet Romanus Põtifex concedere cum causa: aliàs enim non esset dispensatio, sed dissipatio: nec dispensans, nec dispẽsatus esset in foro conscietiæ tutus. Syluest. verb. decima. q. 5. Facit tex. à ratione cessante in c. sanè. de priuileg. ibi, Certa ratione inspecta. Igitur & per consuetudinem id declarari & interpretari poterit, siquidem consuetudo est optima legum interpres. glo. in c. in causis. de testib. tex. in c. cùm dilectus. de consuetu. l. 6. titul. 2. parti. 1.

Vlteriùs etiam quæri potest, Vtrùm petẽti decimam obstet exceptio compensationis? Respondendũ est, quòd nõ: sed est executio statim facienda. Ita tenet Panor. post Doctores in c. tua nobis col. 3. nu. 10. de decim. reputãs id notabile. est etiã gl. in verb. tributa. in c. decimæ. 16. q. 1. singula. secundum

cundùm Ludoui. Roma. singul. 254. incipien. An sit locus compensationi. Didac. del Castillo. in. l. 64. Taur. fol. 194. co. 1. versi. Adde, fallit in causa.

Successiuè dubitatur de tali quæstione. Rusticus collegit quindecim corbes tritici vel vini, vtrum iste rusticus, soluta iam decima de decim, teneatur etiam de quinque remanentibus soluere? Glos. in cap. quadragesima. verb. dies. ad finem. & verb. anni. de consecr. distinct. 5. determinat quòd non. Probatur: Nã nomẽ decimæ nõ habet locum in quinq; ergo nec præceptũ decimæ. cui etenim cõpetunt verba legis, debet & eius dispositio cõpetere. l. 4. §. quoties. ff. de damno infecto. l. 1. §. si ager. ff. si ager vectig. vel emphyte. peta. latè Hippoly. in. l. qui falsam. num. 56. ff. de falsis.

Confirmatur ex sententia Bart. in. l. ita autem. in prin. ff. de admin. tutor. Vbi inquit stante lege, qua cauetur vt nomine gabellæ soluantur tot pro libra denarij: si tamen illud, super quo contrahitur, vel quod colligitur, non ascendit libram, nullam ex eo deberi gabellam. Idem Bartol. in. l. 4. §. prætor ait. colum. fina. num. 26. ff. de dam. infect. Cui etiam assentiunt ibi Angel. Imol. Paul. & Alexan. & Barba. in clemen. vltim. versicul. in glossa, in verb. statuimus. nu. 46. de rescript. Ex qua doctrina declaratur lex. 2. in quater. gabellarũ. ibi. *de cada diez marauedis vno.*

Venit tamẽ in dubiũ, de quibus sint decimæ soluendæ rebus? Respondendũ q; de omnibus siue ex prædio sint, siue ex personali industria quæsitæ, siue ex personis & prædijs mixtim. Probatur in. c. ex trãsmissa. de decim. vbi Coelestinus tertius ait, Fidelis homo de omnibus quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur. Facit & illud, Honorabis Deũ tuũ de tuis iustis laboribus. Prouerb. 3. c. non est putãda. 1. q. 1. glos. in. c. decimæ. 16. q. 1. & Genes. 28. in fin. Cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. At qui totum dicit, nihil excludit. c. solitæ. de maio. & obedi. Per quã etiam autoritatem sacræ paginæ idem firmat Diuus Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Florenti. 2. parte. tit. 4. c. 3. §. 3. col. 2. Hostien. in sum. huius tituli. §. de quibus. qui plura ad hoc & allegat & declarat iura. gl. per tex. ibi in dicto. c. decimæ. 16. q. 1. Andre. Hispan. in regul. decimarum. q. 10.

Ex qua theorica infertur deberi decimas omnium fructuum ex prædijs perceptorum, etiam non deductis expensis. c. cùm homines. & cap. nõ est in potestate. & ca. tua nos. de decim. & ibi Bernard. Idem Bernar. in cap. pastoralis. eodem titul. Matthæ. de Afflict. in constitut. Neapolita. & regni Siciliæ. lib. 1. rubr. 7. num. 19. Anto. Capici. in decisiõ. Neapolita. decisio. 20. vbi optimè loquitur. Socin. in. l. fructus. colum. prima. ff. solu. matrimo. Andr. Tiraquel. de vtroque retract. libr. 1. titul. *de retraict linagier.* §. 15. gl. 1. vbi plura more solito huiu rei commoda congerit in vnũ. Est etiã l. 13. cum sequenti. titul. 20. parti. 1. In decima itaque reali non deducuntur sumptus, sed de aceruo frugum est statim fructibus collectis soluẽda. Hostien. eodem titul. §. & qualiter. S. Thom. 2. 2. quæstione. 87. art. 2. ad. 4.

Subinfertur etiam omnem hominem soluere decimas personales teneri, doctor ex suo stipẽdio aduocatus ex patrocinio, mercenarius ex mercede. gl. in. c. decimæ. 16. q. 1. Ac similiter de omni artificio secundùm prædictam gl. Ex decima tamẽ personali quæ soluitur ex aliqua negotiatione seu artificio, primo loco deducuntur expensæ, secundum gl. in. c. non est. de decim. per tex. in. c. pastoralis. eod. titu. & ibi. Innocen. & alij. Socin. in. d. l. fructus. Bal. in. l. 1. C. de fructib. & liti. expẽs. co. 1. glo. in. l. si à patre vel à domino. §. fructus. verb. deductis expensis. ff. de petition. hæredi. & ibi Ang. Bald. & Alberic. Facit. l. 15. tit. 20. parti. 1. Sunt & aliqui doctores qui id alio modo in decimis prædialibus limitent, nempè in debita papæ, vt est gl. verb. taxationem. in clemen. si beneficiorum. de decim. Adde Anton. in cap. cum homines. de decim. Aretin. in dict. l. fructus. colum. 3. ff. solu. matrimo. §Quæro etiam sitne de lucro iniusto decima soluenda? Videtur quòd non. Nam de male acquisitis *eleemosyna non est facienda.* iuxta illud, Honorabis dominum Deum tuum de tuis iustis laboribus. Diuus Augustin. in libr. de verbis Domini. Sanctus Thom. 2. 2. q. 32. articu. septimo. De iustis laboribus facite eleemosynas: nõ enim corrupturi estis iudicem Christum, vt non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis: nolite velle eleemosynas facere de fœnore & vsuris. capit. nolite. 14. quæst. 5. tex. in cap. ex transmissa. ibi, quæ licitè potest. vbi gloss. de decim. l. 17. ibi, *Que ganaren con derecho.* titu. 20. part. prima. Cùm igitur decimæ egentium sint tributa animarum. capit. decimæ. 16. quæst. prima. capit. tua nobis. de decim. de illicitè acquisitis non sunt dandæ.

Circa hæc tamen dicẽdum dupliciter quid male acquisitum dici. Altero modo quia acquisitio est in se iniusta: putà quia fuit facta per furtum, rapinam, aut vsuram: quo casu bona acquisita restitutioni subiacent: non tamen prohibetur de eis eleemosynam seu decimas dare. Si tamen aliquis ager sit emptus de vsuris, tenebitur vsurarius decimas de fructibus dare: *non enim illi fructus* sunt ex vsura, sed Dei munere. Sanct. Thom. 2. 2. q. 87. articulo. 2. ad. 2. Facit quia res ipsa transit cum suo onere decimarum. cap. cùm non sit in homine. & c. pastoralis. de decim. l. 26. ti. 20. parti. 1. Cùm igitur ratione prædij soluantur huiusmodi decimæ, meritò etiam & Iudæi ad earum solutionem compelluntur,

pelluntur.c.de terris.de decim. Ideò etiam petuntur decimæ à conductore,seu locatore.c.à nobis.eod.titulo. Sic etiam à nudo possessore. Quod in quam;ne ex verbis.S.Thomæ argumentum posse sumi existimes, quod vsuræ dominium in vsurarium transeat.ibi,tamen si aliquis ager. &c.in dicto articu.2. De qua quæstione agit ipse in.2.2.q.78.art.3.& in opuscul.73.cap.5.fol.325.vbi probat dominium vsuræ in vsurarium minime transferri.tenet Alexand.Alens.3.parte,quæstione.36 quæstio.66.membro.3.&.4.Conradus de contractibus.lib.1.quæst.15.versi.Corollarium tertię & quartæ cõclusionis.& quæst.23.versic.ad decimã tertiam.& quæst.69.versi.quarta suppositio. Angel.Clauas.verb.vsura.2.num.18.tenet Ioan. Methymn.in.4.senten.in codice de restitutione. vbi agit de vsura.§.in tertio argumẽto;fol.mihi.148. Et est verior secundũ Gabriel.distinctione.15.in dict.4.senten.notabi.3.Et est cõmunis theologorum & canonistarum secũdum Syluest.verb.vsura.6.q.1.quanquã contrariã dixerit communiorem Archiep.2.parte.ti.1.c.8.§.17.dicens trãsferri dominiũ in vsurariũ,quamuis competat repetitio. & Adrianus in.4.sentent.§.ex his alia oritur quæst.fol.56.vbi refert sanctum Thomam in.4.dist.15.q.2.art.4.qui tamen ei minimè suffragatur: loquitur enim Sanctus Doctor secundum opinionem aliorum,quam ipse non approbat. Citat etiã Gandau.quodlibe.4 q.27.Addendus etiam ad hoc est Collectar.in.c.cùm tu.col.2.nu.11.versi.Sed nunquid dominium vsurarum.de vsuris.

Hanc tamẽ ipse opinionẽ vltimo loco citatã intelligerẽ procedere in rebus suaptè natura vsu cõsumptibilibus:qualia sunt triticum,vinum, pecunia,atq; aliæ res id genus in pondere, numero, & mensura cõsistentes,quæ recipiunt in suo genere functionẽ.l.2.§.1.ff.si cert.peta.in istis etenim dominium transfertur,si permista & commista sint. l.nam & si fur.ff.si cert.petã.l.si alieni.ff. de solutio. Secùs tamen est in rebus immobilibus nõ consumptibilibus modo suprà dicto : obligatus enim ex delicto ad rem aliquam restituendum, non est dominus.l.siue manifestus.ff. de condictio. furtiũ quæ lex in fure loquitur, At vsurarius improbior est fure. Conrad.de contract.libr.2.q.48.col.6.in quo casu loquitur sanct. Thom. vel si ex pecunia conquisita vsuris ementis sit emptum: non tamen res ipsa data ratione vsuræ.

Altero modo res malè acquisitæ dicuntur, si ex turpi causa,sicut ex metricio , histrionatu , atque alijs id genus acquiruntur, in quibus dominiũ acquiritur,nec restitutioni subiacent. De quibus domini soluere decimas in modum aliarum personalium decimarum tenẽtur:Ecclesia tamen eas recipere non debet,quandiu in peccato soluturi fuerint,ne peccatis eorum cõmunicare videatur. Sed postquàm eos iam pœnituerit,poterũt & decimę percipi. Ita S.Thom. 2. 2. q.87. art.2. Estque de mente eiusdem.2.2.quæst.32.art. 7. ad. 2. glo. in sum.14.quæstio.5.

Cõfirmatur ex sententia gl.in.c.ex transmissa. de decim.quæ notabilis est secundum Panor. ibi. nu.3.quam etiam sequitur Hostien. Dicũt etiã notabilẽ Ioan.Andr.Cardin.Anchar. & Rauenna ac eam ibi sequũtur. Quæ semper allegatur ad id, nẽpe an & quando de illicitè acquisitis sit soluenda decima,vel fieri possit eleemosyna.Præposi.Alexand.in rub.de dona.inter vir.& vxor.nu.2.Ioã. Lup.in repe.rubr.eiusdem tit.§.40.col.3.nu.16. & Guid.Papa in.l.cùm te.C.de condict.ob turp. causam.ordinaria secũdũ Ias.in.l.4.§.sed quod meretrici.nu.1.ff.de condi.ob turpẽ causam.Matth. de Afflict.in constitutioni.Neapoli.lib.1.rub.7. nu.17.Hostien.in sum.de decim. §. de quibus rebus.optima.l.12.tit.20.part.1.

Quæ omnia sunt & de personalibus,& de realibus atq; de prædialibus decimis intelligenda , vt, scilicet,quiuis possessor eas secundũ prædictos doctores.&.l.12.tit.20.partit.1.soluere teneatur.

His sic de decimis prælibatis, discutiamus iam & materiam primitiarum, quæ iuris sunt diuini, vt iam suprà ostensum est,cùm decimas esse iuris diuini probauimus. Facit illud Exod.13.data lege primogenitorum. & infra. Erit quasi signum in manu tua. Et Deuterono. 26. Tolles de cũctis frugibus tuis primitias. Facit text. in.c.decimas.§.oportet.16.q.7.vbi habetur, Oportet decimas & primitias,quas iure sacerdotum esse sancimus. gl. per tex.ibi.verb.primitias.in.c.1.13.q.1. tex. in. c.reuertimini.16.q.1.S.Thom.2. 2. q 86. arti.4. Hostien.in sum.de decim. §. fin. versic. Septimo decimò quæro.c.præter hoc.32.distin.tex. in ca. 1.de decim.l.1.&.2.tit.19.partit.1.

Primitiæ etiã sicut & decimæ parocho de iure debẽtur.tex.in.c.doctos.&.c.moderamine.16.q.1.Hostien.in loco proximè citato.l.5.ti.19.part.1. vbi habetur posse primitiarũ debitum soluere recusantem,sicut & decimas negantem, per censurã ecclesiasticã compelli.Facit tex. cũ glo. verb. separentur.in c.præter hoc.32.distin. qui probat posse non soluentes decimas excommunicari.

Est tamẽ quæstio , Vtrũ sit certa quota primitiæ? Dic q̃ nõ.c.1.de decim.Hostien.& Thom.locis præallegatis.l. 3.tit.19.parti.1. At in hoc consuetudini standum est , quæ dubiorum est interpres optima.l.diuturna.&.l.cum de cõsuetudine. &.l.si de interpretatione.ff.de legib. c. cùm dilectus.de cõsuetu.tex.cũ gl.in.l.4.ti.19.part. 1. quãquam Hostien.in.d.§. vltim. ad fin. standum esse dicto Hieronymi dixerit. Quòd autem consuetudin

dini stetur, probatur ex Anchar. nu. 11. in. c. certifi cari. de sepulturis. Maximè quia interpretatio magistrorum in primitijs dãdis aduertitur. c. 1. & ibi gl. de decim. Sed consuetudo est maioris virtutis, cùm sit lex à fortiori igitur cõsuetudini stabitur. Confirmatur vlterius. Nam vbi à lege non est pœna imponenda pro delicto sancita, relinquitur arbitrio iudicis. c. de causis. §. fi. de officio delega. l. 1. §. expilatores. ff. de effracto. & expilato. ibi, Quib' nulla specialis pœna rescriptis imposita est: idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. At vbi iam pœna est à consuetudine declarata, cessat arbitrium iudicis: eritq; pœna consuetudinis, non arbitraria imponenda. l. si quis reum ibi, ac nec consuetudo ostenditur, quæ certam formã habeat. ff. de custod. & exhibi. reor. Panor. col. 1. nu. 7. in. c. licet. de pœn. Felin. in allega. c. de causis. Ioan. Bernar. episcopus olim Calagurritanus in praxi. canoni. crimin. verb. consuetudinarijs cap. 137.

Videtur tamen non posse quem ad solutionem decimarum compelli. Ad hoc etenim, vt quis ad aliquid faciendum teneatur, debet illud esse lege determinatum. argum. tex. in. c. ad audientiam. & ibi glo. de decim. §. curare. Inst. de actio. At neutra lege, scilicet, nec euangelica, nec veteri reperitur quantitas primitiarum determinata. Nemo igitur ad earum solutionem tenebitur.

Solutio. Bene verum est decimarum quantitatẽ non fuisse in lege determinatã: eo quòd primitiæ dantur per modum oblationis, de cuius ratione est, quòd sint voluntariæ, iuxta illud Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare. &c. quasi hoc offerẽtium arbitrio relinquatur secundũ S. Tho. 2. 2. quæst. 86. artic. 1. vbi de obligationibus agit, & artic. 2. & 3. At quia consuetudine introductũ est, vt primitiæ soluantur, cùm consuetudo vim obtineat legis, vt latè suprà probatum est, merito igitur soluantur oportet. Istam solutionem ponit S. Tho. vbi suprà artic. 4. consuetudini igitur seu interpretationi magistrorum relicta est determinatio quantitatis primitiarum.

Dicunt etiam primitiæ Deo præstantur: ideo statuta sunt ieiunia quatuor temporum. l. 2. ti. 19. parti. 1. Quæ est singularis.

Quæritur etiam vlterius, Vtrùm ius percipiendi decimas possit obligari pignori? Circa quam quæstionem vide Ias. in. §. item seruiana. Instit. de actio. qui tenet posse. Facit quod dicit S. Thomas 2. 2 quæstione. 100. articu. 4. ad. 3. Ius autem spirituale accipiendi decimas non cõceditur laicis, sed tantùmodo res temporales, quæ nomine decimæ dantur. Est gl. in. c. quamuis sit graue. verb. cõcesserit. de decim. ibi, Et ita laicis cocedi non possunt in feudum, quia eas possidere non possunt. suprà. de præscriptiõ. c. causam quæ. & 16. q. 7. c. 1. & 1. q. 3. §. potest. in versi. item decimæ Deo mandãte. Et hoc ideo, quia dãtur intuitu diuini obsequij. 13 q. 1. c. ecclesias. §. his ita. & 16. q. 1. quæstio. & suprà eo. c. nouũ. & infrà eo. tua nobis. Vnde in laicũ cadere nõ possunt, sicut nec ius eligẽdi. suprà. de electi. c. sacrosancta. & c. massana. Fructus verò decimarũ bene possent cõcedi laico ex causa ad tẽpus vitæ suæ: sed non feudum. c. 2. de loca. quia etiam possent vendi ad tempus. c. fin. ne præla. vices suas. Sed ius percipiendi, quod est merè spirituale, non potest eis in feudum dari, vel etiam ad tempus rationibus præmissis. Hæc eius gl. Potest igitur ex causa episcopus concedere laico ad vitã aliud ve tempus decimarum fructus: non quidem ius ipsum percipiendi decimas, sed vt eas nomine & titulo ecclesiæ consequatur, per prædictam gl. & cõmunem ibi, in. d. c. quamuis. Cardi. in. c. cum in apostolica. col. 3. versi. 10. de his quæ fiũt à præla. Bal. in. l. si vsus fructus. ff. de iure dot. Panor. in c. ad hæc. num. 4. de decim. S. Thom. 2. 2. q. 87. artic. 3. ad. 3. & quodlibet. 2. art. 8.

Hinc est posse laicos (vt fit sæpissimè) iure conductionis nomine beneficiatorũ decimas, primitias, & oblationes exigere. gl. Panor. & Ioan. de Ana. in. c. querelã, ne prælati vices suas. Ludouic. Rom. consi. 266. incip. Iste Petr. Alaman. Philip. Deci. in. c. 2. n. 14. & Ripa. nu. 55. col. 17. de iudic. qui singulariter loquitur. Accessus tamẽ ad altare pro recipiẽdis oblationibus, laicis prohibitus est. tx. cũ gl. in. c. ad altare. 1. q. 3. singul. secundũ Roman. sin. 657. Archid. in. c. sanctorũ. 10. q. 1. Esset etiã iure optimo statuendũ, vt clerici oblationes in ecclesia reciperẽt, ac deinde collectoribus ratione cõductionis traderẽt. ¶ Prætereà laici decimas titulo præscriptionis acquirere minimè possunt: eò q est ius spirituale: nec potest in eis dari possessio, sine qua nullo tẽpore præscriptio procedere potest. c. causam quę. de præscriptio. Probat gl. in pragm. sancti. Galic. ti. de pacificis possessor. §. ordinarij. verb. inquirat. Ripa in. c. decernimus. n. 75. de iudic. Idẽ est dicẽdũ in iure eligendi. Cæsar Lamber. de iure patro. 5. q. princip. 1. partis. 2. lib. n. 13. Nec obstat illud, q quæ sibilia priuilegio sunt quęsibilia præscriptione. c. duo sim. l. de offici. ord. c. cùm cõtigat. de for. compet. c. cùm quæstus. 9. q. 3. Panor. & Feli. in. c. accedentes. de præscript. Id enim procedit secundũ Lamber. & Ripã, post alios, in locis præcitatis in personis habilibus iuris spiritualis, sicuti est ius decimãdi: nõ autẽ in incapacibus. Plus igitur operatur priuilegium & concessio expressa, quam præscriptio.

Versatur tamẽ & aliud dubiũ, quod in facti contingẽtia cõtinit: de quo fui ab illustri domino D. Petro de Luna Mõtis Aragonũ Abbate meritissimo, vitæ

mo, vitæ morumq; candore sincerissimo, genere literisq; clarissimo rogatus. Dubium tale est. Quidam conduxit decimales fructus oppidi de Morata, qui ex concessione Romani pontificis illustri Comiti Moratæ debentur, cũ onere tamen vt certam ex eis quantitatem rectori soluat parochianæ ecclesiæ eiusdem oppidi. At conductor decimaliũ fructuum portionem rectori debita soluere renuit. Dubitatur vtrum possit ad solutionem compelli, & quo sit remedio id intentandum? Cui dubio respondendum existimarem posse. Decimarum enim ius reale est, ac rem ipsam sequitur. Panor. in c. cũm homines. nu. 6. de decim. Atq; illud onus solutionis certæ quantitatis reale est, inhæretq; prædijs fructibusq; decimalibus atque corũ possessoribus secundum eundem Panor. in. c. de terris & in. c. tua nos. super primam gl. de decim. Paul. Paris. consi. 6. nu. 13. lib. 4. & Marc. q. 550. li. 1. Rebuff. de decim. q. 9. nu. 9. l. 7. ff. de publi. & vectiga. Sed aduerte quod d. l. 7. & iura similia vt ex corũ inspectione & inscriptione duntaxat loquũtur de tributis fiscalibus quorum originem expendit Theophi. in §. per traditionem. Insti. de re. diui. Brissoni. lib. 4. selectarum. c. 1. vnde nõ videtur locum habere, nec rursus esse extendenda ad alia onera ex conuentione priuatorum, ratione, quæ non sequetur fundi possessorem, secundum regulam iuris. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. Ideoque possessor fundi nec iure non tenebitur nisi nominatim illud onus recognouerit, & pacto exsoluere promiserit: ad quod cogi neutiquam potest. & ita cõtra Ias. & doct. prout docte tradit Molineus 3. part. indiuiduorum. nu. 561. & tãquam ex communi sententia vtiliter resoluit Pinel. in. l. 1. par. 2. limi. 5. C. de bon. matern. & quod dicta. l. 7. & iura similia loquantur in imperatore tantum, & in tributo fiscali, ponit expresse Guido Papa decisi. 9. & 42. & 576. Marc. q. 325. n. 4. lib. 1. Cassan. in cõsuetudi. Burg. rub. 11. §. 6. in prin. n. 2. & prædicti doctores posset citare pro sua opinione, tex. in d. l. 7. ibi, imperatores rescripserunt in vectigalibus ipsa prædia & c. Cum enim rescripta superflue concedantur in his quæ à iure communi sunt cõcessa. l. 1. C. de thesau. lib. 10. l. 1. ad fin. ff. ad municip. necessarium fuisse videtur speciale rescriptum imperatorum, vt in vectigalibus ipsa prædia, non personæ cõueniantur, ideo fauore singulari in fisco hoc cautum est, & scriptum reperitur. ne scilicet hæc vectigalia effici tributa, ius commune aliorum sequerentur. Vnde cauendum est à tam multis supra citatis, & ab alijs varijs in locis existimãtibus vulgarem allegationem dict. l. 7. generalem esse ad quoscumque census, pensiones & tributa, & procedere in eis ex proprietate & de iuris rigore, Verius enim est hoc ius speciale ab imperatoribus introductum pro tributis fiscalibus: ad alia onera ex conuentione priuatorum iure non extendi, licet in ipsis idem non minus receptum in solo vsu & generali consuetudine, vt fatentur Carol. Molin. Guid. Papa, Marc. & Cassanæ, quod negare non debuit D. Couar. Inde etiam cauendum est à generalibus verbis Pinel. d. 2. prædictæ. l. 1. num. 72. versi. limitatur quinto. fol. 73. colum. 4. in illis verbis, dum ait, ex lege vel indictione superioris. debent enim necessario intelligi ea verba de superiore habente potestatem legem condendi & abrogandi ius commune, nempè principe vel imperatore, vt in dict. l. 7. in capit. imperatores. Tutius vero procedere de iure communis opinio cum glo pen. in dict. capit. tua nos. de decim. Nisi essent in pensione beneficij seu præbendæ, quę est annexa ipsi beneficio, & sicut onus reale ei imponitur ab habente potestatẽ, scilicet, principe ecclesiastico & ita rectè eo casu applicari possunt verba. dict. l. 7. ibi, imperatores rescripserunt, nec minus eadem ratione applicantur ad decimas quæ tributa appellantur imposita à Deo pro fructibus & ab eius vicario confirmata tanquam onus reale & ipsis fructibus annexum dict. c. tua. & capit. pastoralis. versi. fructus. eodem titul. de decim. In quo etiam caue à gl. Panor. Rebuff. Marc. & alijs supra asserentibus, emptorem & possessorem fundi teneri & conueniri posse ad decimas præstandas iam præteritas ex dict. l. 7. cum enim decimæ onus sint fructuum, quia ex fructibus debentur, eosque afficiant onere reali. dict. cap. pastoralis. versi. fructus. cap. cum non sint, in fin. de decim. potius doctor. dicere debuissent, id onus regulariter incumbere percipienti fructus & eos possidenti, potiusquàm emptori & fundi possessori, nec aliud dicit Rom. pontifex in dictis iuribus dum ait, fructus alienari non posse sine onere decimarum. inde non obscurè sentiens tale onus reale esse fructusque ipsos sequi, non vero fundi possessorem, & ita melius in fructibus cum Rebuffo loquitur Socin. dict. q. 9. num. 20. & ita in fructibus loquitur nostra consultatio. Quo fit vt transitione rerum fiat & transitio oneris & obligationis earum. l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pignor. actio. Fructus tamen, ex quibus rectori certa debetur quantitas, sunt penes conductorem, igitur ab eo erit illa quãtitas expostulanda. Item cum commodũ sentiat, & damnum sentire debet. Bald. in rubri. nu. 4. C. de rebus credit. Præterea priuilegium reale rem ipsam sequitur. Panor. in. c. ex parte. 1. nu. 5. de decim. par igitur est vt onus rem sequatur. Pro qua etiam sententia est casus in. l. fin. titu. 20. par. 2. vbi glo. citat Hostien.

Quod ampliatur locũ habere etiam si in contractus

tractu conductionis decimalium fructuum nulla esset de portione rectori soluenda facta mentio. Cum enim à iure insit fructibus illud ius, nulla fuit opus expressione de soluenda ex illis portione: neq; potest conductor huius rei ignarus dici: quare nec contra dictum Comitem habebit aliquam iuris actionem, argum. l. 1. in fin. ff. de actio. emp. cum decimæ antequàm tradantur sint ecclesiæ & in eius dominio. Panor. in capit. tua. 2. nu. 5. de decim. Vnde consequens est posse ecclesiam rei vendicatione petere decimas collectas ab eo, penes quem sunt, vt asserit idem Panor. in dict. c. tua. arg. l. in rebus. C. de iure doti. Nam vt ibi tex. ait. Si mulier potest vendicare res dotales, consequens est fuisse ab initio in eius dominio. Similiter in præsenti res sunt & decimæ in dominio ecclesiæ: sicut res dotales mulieris in eius existunt dominio. Alex. in l. si mora. nu. 3. ff. solu. matrim. Patet etiam argum. l. si cui venderet. ff. de pignor. actio. Cui adde Tiraquel. de vtro. retra. t. 2. §. 1. gl. 7. n. 7. Hinc fit vt ecclesiæ rector posit cõpellere colonos ne fructus nisi se præsente colligãt: quod probatur in lege sequenti, vbi latius hoc discutiã. Quod fieri potest etiam si esset soluere consuetus dominus, qui colono partem fundi locat; ex quo & dominus & colonus portiones decimales soluent, nec alter subibit onus alterius, vt testatur Panor. in c. tua. 2. nu. 14. de deci. Prætereà, quia nihil summus Põtifex in præiudicium tertij concedit cùm prædictas decimas suprà memorato Comiti concessit, & ecclesiæ ius suũ antiquitus cõcessum in parte sibi cõpetenti reseruasse videtur: vt scilicet, posset ecclesia, quemadmodũ antè poterat in totum, decimas nunc in parte sibi reseruatas expostulare: priuilegium etenim quà minùs lædere posit, est interpretandũ. Bart. in. l. habeat. in repet. nu. 21. C. de sacrosa. eccles. Itẽ etiã cùm decimæ sint iuris diuini: ac in ecclesiæ dominio, nec Papa poterit, nec alius quiuis inferior prælatus illud tollere, argum. clem. ne Romani. de electi. At illa portio, quę fuit in cõcessione facta Comiti ecclesiæ reseruata, est in potestate ecclesiæ, igitur, à fortiori sumpto argumento, nec ipse Comes potuit, & si voluisset, illud in contractu cũ ipso cõductore pacisci, vt scilicet, illam portionem soluere conductor minimè teneretur. l. 1. §. eã rem. ff. quæ res pignor. obligar. non poss. Nemo enim rem non suam remittere potest. Panor. in c. in aliquibus. num. 6. de decim. Receptum etiam est à iure, ne quis plus possit in alium iuris, quàm ipse habet, transferre. l. 4. ff. de offici. proconf. l. qui tabernas. ff. de contrahe. emptio. c. Daibertum. 1. q. 7. Cùm ergo constitutione principis decimæ tolli nõ possint. c. tua. de decim. nec pacto priuatorum tolli poterunt. Ad idem est Panormi. in capitulo de terris, numero. 3. & in c. pastoralis nu. 2. de decim. Quare si aliquid princeps, quod nõ potest, concedat, cõcessio est irrita. c. quod autem. de iure patro.

Est & alia quæstio, qua possint actione ecclesiarũ ministri decimas ac primitias petere? Ad quod est gl. magistra in c. moderatione. 16. q. 1. & in c. tua nobis. verb. tributa. de decim. & ibi Panor. & Matt. de Afflict. in constit. Neapoli. lib. 1. rubr. 7 nu. 18. qui post alios scribentes asserunt posse ministros nomine ecclesiæ rei vendicatione vel personali actione contra laicos agere. Rebuff. de decimis. q. 9. nu. 6. Augusti. Beroi. in. c. de quarta nu. 47. de præscri. De personali actione est gl. in c. decimæ. verb. ex debito. 16. q. 1. Possunt etiã agere condictione ex lege diuina, & constitutione ecclesiæ. gl. in c. cùm sit liberũ. verb. beneficia. de sepultur. l. 1. ff. de condict. ex lege. Potest etiam iudex ex officio ad solutionem decimarũ debitores cõpellere. Guilel. & Cardin. qui bene loquitur. nu. 28. q. 23. in clemen. dispẽdiosam. de iudi. Robert. Maranta, in speculo aureo aduocat. 6. parte. pagi. 343. nu. 196.

Itẽ laicus nullo titulo se à solutione decimarũ excusare poterit. Quare si rector parochialis industus dolo vẽdiderit eas laico: nec egerit, ad recisionem intra decẽ annos agere poterit etiam is, qui alienauit, secundùm Petrum Rebuff. in cõstit. regni. Galliæ. tract. de recisio. contra. gl. 19. nu. 22.

Est & alia subtilis quæstio, vtri sit decima soluẽda de oleribus in altera parochia seminatis, & in alterã transplantatis & cretis? Difficilis est & pulchra quæstio secundùm Panor. in. c. cùm non. nu. 7. de deci. Discutit & prosequitur eã singulariter Ioan. Andr. in reg. qui prior. nu. 2. vers. hæc regul. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus, & ibidẽ Alberi. de Rosat. col. 1. nu. 2. Videtur itaq; in quæstione dicendum esse decimas in solutione inter vtranq; parochiam diuidendas: si tamen consuetudo in cõtrarium non sit, quæ in solutione decimarum validissima est: Media etenim, in casibus dubijs est eligẽda via, vt habetur in l. sed si lege. §. adeò autem. d. de petiti. hæredi. l. titius. ff. ad trebel. Bar. in. l. si duo. ff. vti posside. tex. & ibi Grego. Lopez in l. 9 ibi. *por quitar contienda*. tit. 20. parti. 1. Adde quæ notat Montalu. in l. 4. verb. *de todos*. titu. 5. lib. 1. for. legum. ¶ Adde suprà. colum. 190. & huiuimodi autem decim.

Dubitatur vlteriùs, corã quo iudice sit in causa decimarum agendum? Respõdeo: coram ecclesiastico, cùm causa decimarum sit spiritualis: siue super petitorio agatur, siue possessorio. gloss. in sum. 1. quæstione prima capitulo. dudum. de decim. clem. 2. de iudic. Cassan. consil. 45. columna quinta. num. 21. versic. & si primo. Petrus Rebuff. de

buff.de decim. quæstione decima. numero tertio, & quarto, qui etiam ibi differit, quibus in casibus seculares iudices in causis decimarum cognoscere possint. Optimè Ioan. Calderi. consi. 15. incipie. an iudex secularis. sub tit. de foro competen. Nempe quòd si de iure percipiendi decimas agatur, erit ecclesiasticus illius causæ competens. Si tamen simpliciter super fructibus decimarũ, poterit secularis cognoscere: eò q̧ tales fructus laico possunt locationis titulo cõcedi. Probat optimè Calderin. vbi suprà. Couar. in practicis quæst. cap. 35. numero secũdo, quem vide. & tenet Mõtalu. in repertorio istius libri verb. decimas. fol. 35. col. 2. vers. item nota incidenter. Qui mouet ibi quæstionem in regno Castellæ, vt ipse ait, dubitabilem: quæ talis est. Dominus prædij certam à suo colono ratione prædij percipit pensionem. Dubitatur, vtrùm, decimis iam à colono de toto solutis accruo, teneatur etiam dominus de pẽsione sibi à colono debita decimas soluere? In qua quæstione, omissis adductis, consuetudinem loci, cui standũ est in dubio, cõsulas, vt superiùs dixi.

Quæro vlteriùs, vtrũ ius decimandi sit seruitus? Gloss. in capitulo moderamine. 16. quæst. prima, concludit quòd non. Atque ideo non dari confessoriam, sed personalem actionem, glos. in capitulo. decimæ verb. ex debito. 16. quæstione prima. Videtur ergo quòd actio personalis cõpetat pro decimis petendis: si personalis, ergo ius reale non personale seu seruitus dicetur antè quam fructus colligantur. Quæ communis est opinio, quicquid recentiores dixerint. secundùm Augustin. Beroi. in capitulo. de quarta. de præscriptio. numer. 47. Negari tamen non potest quin sit ius decimandi aliquo modo quædã seruitutis species, quæ Deo, siue sacerdotibus in signum subiectionis debetur. c. tua nobis. de decim. capit. decimæ 16. quæstione prima. Quando autem quis aliquid subiectionis iure soluit, constitutus esse in quadam seruitute censetur: vt declarat Augustin. Beroi. in c. Raynutius, nu. 166. de testam.

Notandum præterea in causis decimarum esse summariè procedendum, tex. est in clemen. dispẽdiosam, & ibi Cardin. quæstione. 12. de iudici. Robertus Maranta in pract. quarta parte iudici. nu. 58. pagin. 200.

Posset tamẽ quis subtiliter quærere, Quid iuris in decimis infeudatis trãslatis in principẽ laicum ante Cõciliũ Lateranẽse, Potest ne iudex secularis de earũ causa cognoscere? Huic quæstioni respõdet Carol. Molinæ. in cõsuetudin. Parisiẽ. ti. 1. §. 46. n. 16. cõcludẽs posse priuatiuè: asseritq; istã indubitabilẽ cõclusionẽ, in regnoq; Franciæ seruari dicit, & Rupellan. lib. 1. forensi. insti. c. 25. Couar. in practicis quæst. c. 35. nu. 2. versi. tertiò quoties decimæ, vbi inquit, sic semel vidi decimarum causam tractari inter ecclesiasticos apud hoc Granatẽse prætoriũ, ex eo, quod reges catholici Fernãdus, & Elisabeth decimas huius regni Granatẽsis obtinuerint à Pontifice maximo, cũ onere dotandi ecclesias, hactenus ille, quod est notandum.

Quæro etiã de quæstione, Vtrùm is, qui habitationem, & domicilium ab altera mutauit in alteram parochiã in fraudem prioris, teneatur decimas suorũ fructuum soluere priori ecclesiæ? Responde q̧ sic, si, vt quæritur, in fraudem prioris domicilium mutauit. Fraus autẽ colligi poterit ex eo, vel q̧ beneficiatis, alijsve prioris parochię personis ipse, vel ij sibi essent odiosi: vel etiã q̧ forsan conuenerit ei cum collectoribus alterius secũdæ parochiæ, vt scilicet, ex fructibus suis minorẽ solueret decimalem quantitatẽ: vel etiã appropinquante iam solutionis decimarum tempore in secunda parochia, mutauit iterũ domiciliũ ad priorẽ. Alijs etiã potest cõiecturis colligi fraus. similis fuit causa ventilata in audiẽtia metropolitana Archiepiscopi Sãcti Iacobi inter illustrissimum ac Reuerendissimũ D. Antoniũ del Aguila Episcopũ Zamorensem Decanũq; Ciuitatensem ex vna: & quendã colonũ Alphonsum Fernandez nomine ex altera parte, ac me pro Episcopo existẽte aduocato, qui fuit suum votũ consequutus, ac aduersarius ad solutionem decimarũ condẽnatus, eò q̧ constitisset in fraudem prioris mutasse in alteram parochiam suum domicilium. Quod iustissimè fuit ita factum. Nemini etenim fraus & dolus patrocinium præstare debent. Quodque etiã malitijs hominum indulgendum non est: cõuenit enim vt suum vnusquisque consequi possit. Tum etiã ex notatis in hoc casu à Ioan. de Platea. in l. pen. §. caueãt. C. de agricol. & censi. lib. 11. Refert Montal. in repertorio huius libri. verb. decima. ad finẽ, dicẽs, q̧ licet quis extra territoriũ mittat animalia sua prægnantia, vt ibi pariant, non tamẽ per hoc euitat solutionẽ gabellæ, vel decimæ soluẽdæ ex forma statuti disponẽtis, q̧ pro quolibet animali nascẽti in territorio soluatur certa gabella. Dicitur enim id in fraudẽ fuisse factũ. Greg. Lopez in l. 9. quæ ad hoc est optima. tit. 20. parti. 1.

Dubiũ versatur etiã, quibus sint pœnis nõ soluẽtes decimas afficiẽdi? Dic q̧ excõmunicationis. Panor. in c in aliquibus. n. 4. de deci. tex. in c. peruenit. & ibi Panor. eo. tit. Præterea priuatur ecclesiastica sepultura. Panor. in c. tua nobis. n. 8. de deci. Alia huic rei nõ incõmoda refert Petrus Rebuff. vbi suprà. q. 15. tex. in l. 21. tit. 20. part. 1. Refert etiã idẽ Rebuff. ibidem plura incõmoda, quibus non soluentes decimas: & commoda, quibus soluentes afficiũtur, & l. 20. titu. 20. parti. 1. Adde quæ notat circa hanc decimarum materiã Alex.

cons.

no mostrar en titulos derechos si los han, cessante impedimento, a los dichos perlados, y dende en adelante cogieren, o occuparen los dichos diezmos [a]: que demas de las otras penas q̃ los derechos ponen: el tal occupador de diezmos incurra en pena de quinientos marauedis por cada vn dia de quãtos passaron despues de los dichos treynta dias. La tercia parte para la obra de la Iglesia cathedral. E la otra tercia parte para la nuestra camara. E la otra tercia parte para la justicia que hiziere la execucion. Pero es nuestra merced, que esto no se entienda en los bienes q̃ fueren del templo: ni los monesterios, q̃ nos, y otras personas [b] tenemos en Vizcaya: en las encartaciones, o en los otros lugares q̃ antiguamẽte suelẽ tener los legos. ni se entienda en los diezmos, q̃ los reyes nuestros predecessores y nos acostumbramos llevar antiguamente, En lo qual no entẽdemos innouar cosa alguna.

conf. 122. nu. 3. lib. 5. Latiùs Paul. Parisi. consi. 25. col. 2. lib. 4. & Anchar. cons. 196. colum. 1. Alberi. in dictionar. verb. decima. col. 1. cum. 9. sequenti. Philip. Deci. cons. 113. & cons. 147. & cons. 341. Frede. de Senis cons. 151. Mat. de Afflictis in constitu. Neapolita. libro primò. rubr. 7. Couarr. libr. primò. Varia. Resolu. cap. 17. habetur in foro Aragonũ lib. primo. titu. de decimis Christianorũ. constitut. vnica. Vtrum autem possit per debitorem opponi exceptio compensationis aduersus exigentem eas asserui in. l. 1. gloss. 1. suprà eodem, ꝙ non. Et ita tene.

a ¶ *Occuparen los dichos diezmos.* Adde clemen. vnicam. ibi. Ne debentes exemptis decimas seu reditus illos soluant eisdem. de excessi. prelat. Nota legem ciuilem posse per adiectionem pœnæ canonis constitutionem iuuare, vt probatur in præsenti, ibi, *que demas de las otras penas*, & in l. 49. Tauri: quemadmodum potest episcopus statuendo ius canonicum iuuare: gl. singu. in clem. ne Romani. verb. tolli. de electi. quam vbique communis sequitur. Citat etiam Barba. in additio. ad Bald. in l. programma. C. comina. vel epistol. Ludoui. Gomes. in capitulo. 2. §. statuto. numero. 55. de constitu. libro sextò. Dicam circa hæc latius in. l. vnica. titulo sextò. libro quinto infrà. in intellectu illius legis. & legis. 49. Tauri. Hic agitur de decimis quatenus in facto consistunt: vt putâ de impedimento perceptionis, vel possessionis, quo casu iudex etiam secularis est in decimarum causa competens. Secus si de iure decimarum ageretur, quod mere spirituale est. vt ait Frederic. de Sen. consil. 145. & Ludouic. Gomes. in. c. si annum numero decimoquartò. de iudic. libro sextò. Quare contra tales impedientes de facto valet impositio pœnæ.

b ¶ *Que nos, y otras personas,* Nota, quod decimæ possunt ex iusta causa secularibus in feudum dari. Decis. capell. Tolosan. 439. incipit. Itẽ fuit quæsitũ olim videlicet anno Domini. l. 24. titulo. vigesimo partida prima. Barbatius. in consilio. trigesimoquinto. incipien. Sapienter scribit. libro tertio. dicit, nunquam esse laicum capacem etiam si per mille millia dierum decimas leuauerit, nisi illas in feudatas habuerit ab. Ecclesia. Idem notat Bartholomeus Cassaneus. Consilio. 45. incip. factum est tale. Reuerendus pater Domini. numero vigesimo. quia laicus de iure communi decimas possidere non potest, nec præscribere. capitulo causam quæ. de præscript. cum sit quoddam ius spirituale, quod nec immemoriali tempore possunt acquirere laici. capitulo. massana. de electi. glos. pragma. sanctio. gallican. titulo. de pacifici. possessor. §. ordinarij. verb. inquirant. fol. 80. columna secunda. Istum igitur text. intellige ex concessione Papæ non aliàs posse regẽ Hispaniæ decimas vendicare.

¶ Ley. II. Que todos paguẽ diezmo cumplidamente: y como se deue pagar.

ADDICION.

¶ Esta ley se contiene en la ley 2. tit. 5. lib. 1. Recopil. por la qual se confirma y en muchas cosas declara, acerca de quienes han de pagar diezmo, y como se ha de pagar, y que diligencias sobre ello se han de hazer, y vease la ley 6. & 7. tit. 5. lib. 1. Recopil. adõde se prouee, acerca de las cosas de que nueuamente se pide diezmo, y que los perlados no hagan nouedad en el lleuar de los diezmos.

Porque nuestro Señor en señal de vniuersal señorio retuuo en si el diezmo y no quiso que ninguno se pueda escusar de lo dar. Y los diezmos son para sustentamiento de las Yglesias, y ministros dellas. Y para ornamentos, y para lymosnas de los pobres. Y para seruicio de los Reyes: y pro de su tierra. E de si quando menester es: y quien bien, y de grado lo paga, acrescientale Dios lo temporal: y dale gracia, y abundancia de todos los fructos, y de los bienes. Por ende mandamos que todos nuestros subditos, y naturales, que den, y paguen sus diezmos a nuestro Señor Dios cumplidamente de pan, y vino, y ganados, y de todas las otras cosas, que se deuen dar derechamente, segun manda la Yglesia. Otro si tenemos, por bien, que los perlados, y la Clerezia † den diezmo cumplidamente de todos sus fructos de heredamientos, y bienes que han, y ouieren los que no son de sus Yglesias: y porque hallamos que en dar estos diezmos se hazen muchos engaños. Defendemos que de aqui adelante [a] ninguno sea osado de coger, ni de medir su monton de pan, que touiere limpio en la era, hasta que primeramente sea tañida la campana, a que ven-

¶ Lex. II.

a ¶ *Defendemos que de aqui adelante.* Nota ex ista legere ctorem, vt iam suprà dictum est, Ecclesiæ vel eius nomine decimarum collectorem posse debitorem prohibere ne fructus ab area tollat, quousque sibi sit decima soluta. Facit. Nam potest ius suum tueri, ne fraudetur. l. 2. C. quando & quibus quarta pars debea. libro decimo. Speculat. de decim. §. e. numero decimotertio. inquit eum cui decima debetur, posse petere interdici a domino prædij ne fructus nisi se vel suo nuntio præsente colligat. Idem notat Cardin. Zabarella. in consil. 146. incipi. notum sit. columna prima. versiculo. ad primum. numero primo, Panor. in capitulo. ex parte. 2. numer. quinto. de deci. Guido Papa. consi. 70. incipi. Ex processu domini Archiepiscopi col. 1. nu. 1. & in decisio. 283. incip. exactor decimarum potest. Adde Gregor. Lopez. in. l. 10. titul. 20. parti. 1. facit, l. 4. titul. 5. lib. 1. for. legum. & l. 17. libr. pragma. Pragmatica Caroli Cæsaris in curijs de Madrid. Anni. 1534. peti. 11. & in curijs Pinciæ anni. 1537. peti. 99.

Præterea dubitatur, Verũ debitor in magna egestate constitutus, possit ad suã, suorumque necessariam sustentationem decimas præsentes præteritásve salua conscientia retinere? Quòd possit, est optimum Panormitani responsum in. capitul. Cùm homines de decim. Ioan. Lup. in rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 65. numer. 46. Quod verum & æquitati consonum esse censeo.

† *Y la clerezia.* Clerici & monachi tenentur soluere decimam cuiuscunq; status existant: vt dixi suprà. in l. 1. col. 197. & 198. hoc titu. quáuis monachi mendicantes nũc, isto s. anno. 1565. subtrahi prætendunt á solutione; decimarum ex Pij Papæ. 5. cõcessione adde ad hanc legem statuta in Concilio Triden. Ses. 25. c. 12. incip. non sunt ferẽdi aliqua notanda ponit Fernan. Michae. nouissime in l. 1. li. 1. lost. 11. cõtrouers. 1. c. 2. 89. in hac materia decimarum.

feo. Crederem tamen cessante necessitate dataque possibilitate teneri decimas ecclesiæ restituere. argum. capitu. quod pro necessitate, prima quæstione prima. capitulo magnæ ad fin. cum gl. de voto facit gloss. in capitulo. quicunque recognouerit. decima sexta quæstione septima.

gan los terceros, ó aquellos, que han de recaudar los diezmos: los quales mandamos q̃ no sea amenazados, ni corridos, ni feridos por demãdar su derecho. Y mãdamos que los dichos dezmeros no midan, ni metan el dicho pã de noche, ni a hurto: mas publicamente a vista de todos: y qualquier que assi no lo fiziere, que peche el diezmo doblado: la mitad para nos: y la otra mitad para el perlado: saluas las sentencias de los perlados contra aquellos que no diezman derechamente.

Ley III. Que los diezmos se reciban en los lugares acostumbrados.

ADDICION.

¶ Esta ley se contiene en la ley 4. tit. 5. libr. 1. Recopil.

MAndamos, q̃ aquellos, que han de recebir los diezmos de vino, y del pan, que lo reciban en el tiempo, y en los lugares, do fue siempre acostumbrado[a]. E si es costumbre que vayã por el diezmo de vino a las viñas[b]: la dicha costũbre sea guardada.

¶ Lex. III.

a *¶ Do fue siempre acostumbrado.* Consuetudo in solutione decimarum plurimũ operatur. text. in capitulo. in quibusdã. ibi, vel loci consuetudine. de decim. Cardina. Zabarella consi. 26. numero primo. clem. 2. de decim. ibi, consuetam. l. 17. titulo vigesimo partita prima. ibi, *segun costumbre de cada tierra.* & ibi Gregor. Lopez. A solutione tamen decimarum non excusat consuetudo, quia est contra naturale ius, ac diuinum, vt probatum est in. l. 1. suprà eodem. Non igitur est valida, neq; in foro fori, neq; in foro conscientiæ talis consuetudo. capitulo. fina. & ibi vide Rochum Curti. num. 33. folio. paruo. 56. columna secunda de consuetudi. Andre. Hispanus in regul. decimarum. quæstione septima. Nec debitores decimarum sunt absoluendi ante realem, dummodo possint, satisfactionem. Andre. Hispan. vbi suprà. quæstione decimaquinta. versic. nota primo. Facit clemen. 1. ibi, ante satisfactionẽ condignam. de decimis.

Remanet ad hoc quæstio quando sint decimæ soluendæ? Responde; prædiales statim collectis fructibus. capitulo cùm homines. de decim. l. 17. titulo vigesimo partita prima. Quod tamen fallit, nisi esset consuetudo, quæ vt alio tempore soluantur, disponeret: seruanda enim est talis consuetudo, vt hic habetur; dummodo per tempus, cuius initij memoria in contrarium non esset, talis consuetudo seruata foret, secundum Collectar. in dict. capitul. cùm homines Roffred. in tracta. libellorum iuris Canonici. 4. parte. rubri. qualiter decima sit danda. Personales verò in fine anni sunt præstandæ. in capitulo. reuertimini. verbo, annus 16. q. 1. Pan. in cap. peruenit. de decim. Quæ etiam secundùm consuetudinem patriæ debent solui. dict. l. 17. tit. 20. parti. 1. De hoc est videndus Petr. Rebuff. in tract. de decim. q. 11.

b *¶ Vayan por el diezmo de vino a las viñas.* Aliàs autẽ debitor tenetur deferre suis expensis decimas ad horrea clericorum. Malach. 3. c. Inferte omnem decimam in horreum meum. c. reuertimini. 16. q. 1 Capell Tolosan. & ibi Stephan. Aufrer. in additio. decis. 432. Vide quæ dixi in. l. .. in glo. magna. versi. decimæ præterea debentur.

¶*Lex. IIII.*

a ¶ *No se hagā pesquisa.* Quisque præsumitur bene, & absque dolo officio suo vtus capitulo in præsentia, de renuntiatio. Andre. Alcia. in tractat. præsumptio. regu. 3. præsump. decimaquinta. Atque hac ratione creditur nuntio dicenti se aliquem citasse. gloss. in capitulo cùm parati. de appella. Segura in repetit. l. si ex legati causa. ff. de verbor. obligatio. Quod intellige, nisi creditor decimarum probasset subtractionem, & furtum earum contra debitorem. argu. capitul. quicunque decimasexta. quæstione prima l. 21. titulo vigesimo. partita prima. Facit lex. 4. ibi, *Cada vno lo deue dar, y de su grado, y de su buena voluntad, sin otra premia ninguna.* titolo quinto, libro primo. foro legum.

Vnde infertur ratio decidendi ad leg. 37. in quaternio Gabellarum. vbi habetur in emptionibus, venditionibusque standum fore simplici argentariorum, mercatorumque iuramento: nec fieri aliam contra eos inquisitionem.

b ¶*Guardar los terceros.* De hoc est. l. 1. titulo quinto lib. 6. infrà. Vbi latiùs dicam.

¶*Ley. IIII. Que no se haga pesquisa contra los dezmeros.*

¶El Rey don Iuan I. en Guadalajara. Año de mil. ccc. y xc.

ADDICION.

¶*Esta ley se añade en la ley. 5. tit. 5. lib. 1. nouæ Recopil.*

MANDAMOS, que no se haga pesquisa [a] contra los dezmeros, q̃ ouieren de dezmar sus fructos: saluo contra los terceros, si algunas cosas encubrieren de lo que recibieren, o deuieren recebir de los dichos dezmeros.

ADDICION.

¶*Acerca destos versiculos se veã las leyes. 2. 3. y 4. tit. 21. lib. 9. Recopil.*

QVanto tiempo hã de guardar los terceros [b] los diezmos del pan y vino, contienese en este libro, en el titulo de los arrendadores fieles, y cogedores de las rẽtas del Rey.

QVe los concejos den alforia a los terceros, segun se cõtiene en este libro en el titulo de los arrendadores, fieles, y cogedores: que los cõcejos, y officiales hasta que tiempo han de guardar las tercias, contienese en el titulo de las tercias.

Titulo. VI.

De los patronos.

ADDICION.

¶*Este titulo se contiene en el titu. 6. lib. 1. Recopil.*

¶*Ley I. Si vn patrono dexare muchos herederos, no ayan mas de vn derecho.*

¶El Rey don Iuan en Segouia. Año de mil. cccc. y xxvj.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley 9. tit. 6. lib. 1. Recopil.*

SI el que fuere patrono de alguna Iglesia [c] ouiere dauer yãtar, y pension de la tal Iglesia, y finare, y

¶*Titulus. VI. De patronis.*

¶ *Lex. I.*

c ¶ *Si el que fuere patrono de alguna Iglesia.* Non incommodum, imò perutile, nobis de iure patronatus Ecclesiarum, eiusque resolutione tractaturis, iuris patronatus ecclesiastici defiditionẽ præmittere quotq; modis insurgat, explanare, atque aliquot practicabiles quæstiones subiungere visum est: vt totius materiæ tutior, procliuiorque pateat ingressus, vt inquit Iureconsultus in l. 1. ff. de iustitia & iure. & in l. 1. ff. de reb. credit. & si cert. peta.

Ad primum igitur deueniens, Species patronorum, ac per consequens patronatus, est triplex: æquiuocum enim, vt Aristoteles inquit, priùs est diuidendũ, quàm definien-

duci. Triplex igitur est Patronus nempe Patronus liberti, Patronus causarum, & Patronus ecclesiæ. Patronus liberti is dicitur, qui ei libertatem dedit: de quo in titu. de iure patrona. ff. Desinitur etiam, quod est potestas a iure concessa patrono in personam liberti propter beneficiū manumissionis.

dexare muchos hijos legitimos, que de

Ita Archidia in capitulo, veniēs, decimasexta quæstione sexta. Nam quanquam talis manumissus liber iam sit: quo ad tamen reuerentiam, quasdamque operas, & quo ad ius patronatus subiectus dicitur Patrono. Ias. in l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. numero 49. ff. de verbor. obligatio. glo. & ibi Gomes. numero. 34. cum pluribus sequentibus in § pœnales. Instit. de actio. Ias. num. 1. in l. quæsitum. ff. de in ius vocand. & in. l. libertus. eod. titu. num 4. l. 8. cum sequentibus. titu. 22. parti. 4.

Patronus causarum dicitur aduocatus respectu causæ, defensionis, & patrocinij. l. rem nō nouam. §. patroni. & ibi Paul. Castren. num. 7. C. de iudic. vbi Ias. numero primo. aliqua differit in materia. Aduocatus iurare tenetur, se nunquam iniustam accepturum, nec defensurum causam, ac in qualibet causæ eiusq; prosecutionis parte, ac instantia clientulum iniustam causam fouere repererit, eā se derelicturum. tex. in dict. §. patroni. l. 13. ti. 6. l. 12. & l. 12. tit. 19. libro secundo. infrà. l. 2. in decisi. MadritiTijs anni. 1495. de aduoc. & procur. quæ præcipit huiusmodi iuramentum calumniæ in principio cuiusq; anni in toto regno exigi. At gl. in verb. tactis. in dict. §. patroni. tenet, valere consuetudinem huiusmodi iuramento derogantem. Panor. tamen in capitulo cæterum. numero tertio. de iuram. calum. & in capitulo primo. numero quinto. eodem titulo. & eius addition. in capitulo significasti, numero octauo, de for. competē. & Mathesi. singul. 65. Roman. singul. 423. contrarium: imò, quòd non valeat talis consuetudo, tenent: quorum opinionem veriorem censeo, ac tutiorem: eo nempe, quòd contraria ansam aduocatis delinquendi præberet. l. conueniri. ff de pact. dotal. Ias. in l. 3. numero octauo. ff. de iureiuran. Loazes de matrimo. Regum Angliæ. fol. 20. cum duobus sequent. De his causarum patronis agitur in titu. C de aduocat. diuersor. iudicio. & infrà. libro secundo tit. 19.

Patronus autem ecclesiæ, vt ab etymologia vocabuli significationem acquiramus, idem est quod pater oneris: eo quòd ius patronatus sit honorificū, vtile, & onerosum competens patrono ecclesiæ. Probat. l. 1. tit. 15. parti. 1. Est autē optima desinitio ab etymologia vocabuli. Innocen. & alij in rubrica eo. titu. qui etiam ibi dicunt ideò dici patronum quia sicut pater filiū, ita patronus ecclesiam de nōn esse deducit ad esse: quod etiam probat gl. in. c. piæ mentis. 16. q. 7. in glo. magna, quæ eleganter inquit, illum non dici patronum, qui post consecrationē aliquid ecclesiæ donauit, sed qui antè: hic etenim, non ille deducit ecclesiam in esse. Quod etiam firmat ibi Archidia. num. 5.

Patronos etiam aliques honoris appellamus, & reuerentiæ causa, quāuis nullo sint nobis vinculo iuncti. Vide Hostien. in sum. huius tit. §. 1. Probat. c. frigentius. & c. piæ mentis. 16. q. 7. quia præmittimus eos in processionibus, alijsq; locis, tanquā digniores, iuxta illud, Corā cano capite surge, & honora faciem senis. Dignior etenim altiori loco sedet, oportet. glo. in §. aliam. Inst. de bon. posse. quæ asserit illum dici altiorem locū, in quo superior est. quæ glo. singul. est, secundum Ioan. Montaigne. in tract. de authorita. consil. 1. par. n. 2. Alcia. in l. procurator. pag. 109. secundum antiquam impressionem. C. de edend. Cassan. in catalog. gloriæ mundi. 4. parte. considera. 75.

Vnde infero, nobiles, ac literatos debere digniori loco sedere, tā in ecclesijs, quàm in alijs quibuscunq; congregationibus. In ecclesijs autem ille dignior locus est, qui Sacramēto proximior est, per prædictam glo. Ratio, quia ibi Christus est omniū dominantium dominus. Quod ita seruatur. Ius autem quot modis accipiatur, declarat Paul. de Citadini. de iure patro. 1. parte. num. 1. Voluimus istam quartam patronorū speciē subiungere: quāquā in definitione ecclesiastici patroni possit includi, qui etiam est magno & honore, & reuerētia prosequendus propter dignitatem, ac zelum, quod in dotando ecclesiam, habuit: ideò præceteris, multis gaudet & priuilegijs, & prærogatiuis, secundum Curt. in tract. iur. patro. in verb. honorificum. & in verb. & vtile. l. 1. & 2. tit. 15. parti. 1.

His sic præmissis, vt præcipuā nostræ legis sententiam aperiamus, Quæramus quid sit ius patronatus: Responde. Multiplex, vt cōstat per Cæsa. Lambert. de iure patro. 1. q. princi. 1. lib. 1. partis, qui ponit ibi definitionem Hostien. ac statim subijcit definitionē Innocētij. S. Thomæ, Ioānis Andre. Calderini, Cardinalis, Roffredi, & Rochi Cur. approbatq; definitionē Goffredi cōterranei sui, quam tenuit Archid. in c. 1. de iure patrona. lib. 6. quæ talis est. Ius patronatus est authoritas, seu potestas proueniēs ex beneficijs ante consecrationē ecclesiæ collatis. At ego libentius Panor. definitionem sequerer, quæ communiter approbatur secūdum Augusti. Beroi. in rubr. de iure patro. nu. 28.

quæ etiã fuit Ioan. Andr. Antonij, Cardin. & aliorũ, & Greg. Lopez in l. 1. tit. 15. parti. 1. Definitio talis est. Ius patronatus est ius honorificum, onerosum, & vtile alicui cõpetens in ecclesia pro eo q de diœcesani cõsensu eã cõstruxit, fundauit, vel dotauit; vel is, à quo causam habuit. Declarat Panor. & Curtius in dict. rubr. de iur. patro. Posset etiã vltra eos aliter ius patronatus definiri, nẽpe, ius patronatus est facultas præsentãdi aliquẽ beneficio instituẽdũ permissa. Hæc definitio probatur in iure, nec meriti rectè calũnia posse pati videbitur, cõstat in c. quoniã & in c. nobis. de iure patro. & in c. piæ mẽtis. 16. q. 7. iũcta gl. in c. quicunq; ead. cau. & quæst. Aliã etiã definitionẽ ponit August. Beroi. in dict. rub. n. 58. quã ibi videre poteris. ¶ Vel aliter, est ius præsentãdi clericũ ad ecclesiã vacãtẽ, ex gratia ei cõcessũ, qui cõsentiente episcopo, vel fundauit, construxit, vel dotauit ecclesiã. Coras. in paraphrasi sacer. par. 4. c. 6. n. 4.

Vlteriùs quæritur, Quot modis ius patronatus acquiratur? Dicẽdũ, quinq; modis acquiri: nẽpe, fundatione, ædificatione, dotatione, priuilegio, cõsuetudine, & præscriptione: quod ex gratia in laicis toleratur. iuxta tex. in c. quoniã. de iur. patro. verbo, sustinuit. Cuius rationes assignat Cæsar Lãbertin. de iure patro. 4. ar. 1. q. princip. 1. partis. 1. libri. Æquũ etenim est fundatores ecclesiarũ quadam remuneratione compẽsari, cùm ecclesias de non esse deducant ad esse. ca. si quis episcoporum, 16. q. 2. Panor. per tex. ibi in dict. c. quoniã. facit, l. 15. titu. 15. parti. 1.

Fundatione igitur acquiritur ius patronatus, quando quis fundum ecclesiæ, seu in quo ecclesia construatur, confert: qui si pro dote sufficeret, nunquam esset necessaria collatio dotis. ca. monasterium. 16. quæstio 7. Panormi. in rubri. de iure patro. Ratio autem, quare à fundatione ius patronatus acquiratur, ea est: nempe, quia sine fundatione ecclesia nõ fit, nec stare potest. c. nobis. de iure patrona. c. frigentius. & c. piæ mẽtis. 16. q. 7. Panor. in rubr. de iure patro. & in c. ad audientiam. de eccles. ædificand. & in consi. 54. nu. 1. lib. 1. l. 1. titu. 15. partita. 1.

Tertio dubitatur, Vtrùm omnis fundatio ius patronatus cõferat? Videtur, q non: illa enim est causa huius iuris acquirendi, quæ legitimè, ac iuxta sacrorum canonum decreta fit. Requiritur igitur ad hoc vt canonicè, ac legitimè fieri dicatur, in primis Episcopi cõsensus. c. nemo. de cõsecra. distin. 1. §. sancimus. in authẽ. vt nullus fabricet oratorij domos. colla. 5. c. ad hæc, & ibi Panor. de religios. domi. Ripa. in l. obligatione. n. 51. ff. de pign. & hypothe. vbi tenet, q patroni non possunt obligare hospitalia authoritate Episcopi fundata, quia religiosa sunt, dict. c. ad hæc. Poterunt tamen fundata sine authoritate Episcopi pignori pro arbitrio dare. c. inter dilectos. de donatio. Requiritur præterea dotatio, si fundus ecclesiæ datus non sufficiat. dict. c. nemo. & prællega. §. sancimus.

Vnde infero, non acquiri cuiquã ius patronat9, qui sine Episcopi consensu fundauit ecclesiã: censetur etenim quid prophanum, & priuatum: quod facilè reuocari potest, tanquam contra prohibitionem iuris factum, & præter Episcopi consensum, c. cùm olim. §. insuper. de priuil. c. placuit in quæstione. 1. & §. si quis. in authen. ecclesiã. titu. & dict. §. sancimus igitur.

Quarto quæri potest, Qualis sit, & quãta dos assignanda? In qua quæstione, distinctione vtimur: nempe, aut est monasterium, aut collegiũ, aut ecclesia parochialis, aut capellania. Si monasterium sit, in quo saltem sint quinq; monachi: aut collegium, in quo saltem tres collegæ, tenetur talẽ, & tantam assignare, quãta pro eorum sustẽtatione, & onerum pro seruitio faciendo incumbentium sufficiat. c. placuit. 1. q. 2. Si autem sit ecclesia parochialis, talis debet, ac tãta dos assignari, quanta presbyter in ea instituendus valeat sustentari, onera ecclesiæ incumbentia supportare, iura episcopalia persoluere, atque hospitalitatem seruare. c. de monachis. de præben. clem. 1. de iure patro. Paul. de Citadinis. de iure patrona. 3. parte. nu. 6. & ibi. 3. causa quæsti. 2. num. 2.

Quinto, dubium versatur, Quis possit ecclesiam fundare? Respondetur, quòd quilibet, cùm nõ sit specialiter prohibitum. argum. tex. in c. cũ apud. de spõsa. l. statuas. C. de religios. & sumptib. funer. & non §. quod eis. ff. ex quibus caus. maio. Quibus iuribus probatur, omnia, quæ non prohibentur, licere. facit. c. quicunq; & c. piæ mentis. 16. q. 7. maximè, cum (vt hic) de re pia tãgente Dei cultum agitur. Qua ratione maximè ius hoc in laicis toleratur: ad Deum enim, & eius gloriã hominum facta referri debẽt: tãquã ad eũ, à quo, & per quẽ, & in quo omnia subsistunt: cuius cultum sanctissimum ius Canonicum præcipuè respexit. Habentes ergo liberam administrationem rerũ, & dominiũ ex fundatione, cõstructione, seu dotatione ius patronatus acquirũt: fundare enim, sicut & testari materia est prohibitoria: omnes igitur fundare possunt. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 7. q. princip. 1. partis. lib. 1. Ioan. Andre. & Cardi. in c. nobis. de iure patrona. Hinc fit, vt & mulieres, quemadmodũ & viri, possint ius patronatus consequi. c. nobis. ibi, si quis. de iure patrona: quod tam masculos, quàm fœminas comprehendit. l. 1. ff. de verbo. signifi. Patet etiam ex c. fin. de conces. præbẽ. vbi textus inquit, quandam Comitissam Landrẽsem habere ius patronatus. Huius ergo iuris mulieres etiam sunt capaces. Confirmatur etiam ex pluribus

pluribus fundamentis in hac specie adductis à Cæsare Lambert. de iure patrona. 2. art. 7. q. princip. 1. part. 1. lib. fol. 58. col. 1. cum. 5. sequentibus. Fallit tamen hoc in infideli, Iudæo, seu Saraceno, secundùm Cęsar. Lambert. vbi suprà. 3. art. 7. q. princip. 1. par. 1. libri. qui singulariter ibi loquitur.

Sexto quæritur, Vtrum plures, qui fundum ad ecclesiæ constructionem assignarunt, efficiantur in solidum patroni cum construente, vel dotante? Cui ego responderem, quòd sic: dum tamē fundus sit ad ecclesiæ fundationem sufficiens. Cæsar Lāberti. de iure patron. 2. artic. 3. q. princip. 1. partis. 1. libri. num. 4. fol. 21. col. 3.

AEdificatione etiā ius patronatus acquiritur. probat tex. in c. monasteriū. 16. q. 7. Panor. in rubr. de iure patrona. & in c. ad audientiā, 1. notabi. 3. de ecclesi. ædifica. Cæsar Lāberti. de iure patro. 11. q. princip. 1. partis. 1. lib. & ibidē. 6. articul. 11. q. princi. 1. partis. 1. lib. nu. 3. asserit in capellæ cōstructione, fundatione, ac dotatione ius patronatus acquiri. Quod, vt suprà iā diximus, intellige, dummodo ædificetur Episcopi cōsensu, sine quo nemo potest ecclesiā ædificare, vt in. §. sancimus igitur, in authen. vt nullus fabricet orator. dom. & in. c. nemo. de consecra. distin. 1. Grego. Lopez in dict. l. 1. verb. *Porque la bazen.*

Acquiritur etiam ius patronatus priuilegio. Cōstat, Nam Sūmus Pontifex habet plenissimam in causis beneficiorū potestatem. c. proposuit. de cōcess. præbend. clem. 1. vt lite penden. c. licet. de preben. lib. 6. At ex fundatione, & cōstructione hoc ius tacitè conceditur: ergo à fortiori, concessione expressa, & priuilegio poterit. vt Regi concessit Hispaniæ, qui habet ius præsentādi in ecclesijs cathedralibus totius regni: quod tamen ei minimè competeret, si priuilegiū nō haberet, eo q́ de iure electio prælati Capitulo competat. c. nobis. eod. tit. c. Massana. & c. sacrosancta. de elect. c. ecclesia sutrina. de caus. posses. & proprie. Probat & in specie Bald. istam conclusionem in l. rescripta. C. de precib. impera. offeren. Alexan. cōsi. 74. col. 2. lib. 4. Frederic. consi. 234.

Cōfirmatur vlteriùs, Nam Papa omnia potest in his, quæ positiui iuris sunt: potest etiā facere, vt clerici pœnā, ac sententiam sanguinis possint sine irregularitatis metu dictare: irregularitas etenim impedimētum est inductum à iure Canonico. Panor. post Hosti. in c. clericis. ne clerici vel mona. Areti. consi. 58. col. 2. nu. 6. Vnde potest concedere Papa clericis, vt intersint iusto bello, militetq; sine metu irregularitatis, quæ ex homicidio, seu mēbri mutilatione inducitur, secūdū ius positiuū, vt dixi. ita Aretin. vbi suprà. Quòd sit iuris positiui, patet ex Specula. tit. de dispens. §. iuxta. nu. 37. Innoc. nu. 9. in c. ad audientiam. de homici. & ibi. Ioan. Anani. n. 1. & Felin. nu. 2. Panor. in cap. clericis. nu. 13. & in c. sententiam sanguinis. col. 2. nu. 2 ne cleri. vel monach. Philip. Franc. in. c. ciuitas. §. is qui. versic. tertio infertur. de senten. excommu. lib. 6. & in c. fin. col. fi. ne cleri. vel monach. lib. 6. Imol. in clem. vnica. de homicid. col. 4. nu. 17. Domini. in c. is qui. col. 1. de senten. excom. libr. 6. Palu. in 4. sentent. distinct. 25. q. 3. col. fina. Durand. distin. 27. q. 4. Florent. 3. parte. tit. 28. c. 2. §. 6. Quę communis opinio est, secundùm Ange. verb. irregularitas. 2. versi. tertio tollitur. Syluest. q. 28. Si igitur irregularitas iuris est positiui, nō dubiū est, quin à Romano Pontifice possit tolli, ex sentētia Inno. in c. cùm ad monasteriū. nu. 3. de statu monach. quā sequitur Roma. cōsi. 307. col. fi. Panor. & Ioan. Ana. in c. fraternitati. de schismа. Feli. in c. ad audientiā. nu. 4. de rescrip. Paul. Paris. consi. 56. n. 5. lib. 4. Soci. cōsi. 13. col. 3. li. 1. Cardi. Alex. in c. per venerabilē. §. quod autē n. 2. qui filij sint legiti. Angel. verb. dispensatio. versi. virum dispēsatus. Syluest. eo. verb. q. 3. Deci. in c. quia col. 1. de præbend. & in cōsi. 436. n. 14. lib. 3. Loazes de matrimo. Regū Angliæ. 4. dubi. n. 13. Quæ communis est & tenenda opinio: nec est ab ea in consulēdo, vel in iudicando recedendum. Tenet Spec. de dispēsatio. §. nūc breuiter. nu. 5. Couar. in 4. decretal. 2. parte. c. 6. §. 9. n. 10. Multò igitur fortiùs poterit priuilegiare ecclesiasticam, seu secularem personam, ei concedendō ius ad aliquod beneficium ecclesiasticum præsentandi.

Consuetudine etiam acquiritur ius patronatus. Consuetudo etenim æquiparatur priuilegio, data tamē capacitate personarū. gl. in c. nouit. verb. cōsuetudinē. de iudic. Feli. in. c. accedentes. de præscrip. c. cùm cōtingat. de for. cōpe. Cæsar Lābert. de iur. patro. fol. 95. 5. art. 10. q. princi. 1. partis. 1. lib. n. 45. ad fi. & in 10. art. 2. q. princi. 2. partis. 2. lib. fol. 284. Patet etiam ex his, quæ notat Roch. Curti. de consuet. sectio. 5. n. 49. & Tiraq. de iure primogeniorum q. 38. Tenet Cardi. consil. 69. nu. 5. & in c. querelam. de electio. Deci. consi. 117. col. 1. Alex. consi. 74. nu. 8. lib. 4.

Præscriptione etiam acquiritur ius patronatus. Nam quasi possidetur, & sic cadit præscriptio. In qua præscriptione iniquum non esset dicere bonam fidem sine titulo sufficere, cùm ius ei nō resistat, quin minùs acquirere possit. Potest igitur præscribi lapsu. 40. annorū c. 1. de præscrip. lib. 6. Quod autem laicus possit ius patronatus quærere præscriptione, quanquā multi cōtrarium teneant, communis est opinio, teste Ripa in rubr. de iudic. num. 79. vbi nonnullis respondet argumētis, quæ in huius conclusionis oppositum adduci solent. Couar. in regu. possessor. 2. par. §. 10. n. 3. Balb. de præscrip. 1. par. 5. partis. §. 9. num. quarto. Anton.

Menesi. dicit communem in l. si aquam. num. 54. C. de seruit. & aqua.

Septimo quæri potest, Sitne ius patronatus spirituale, an spiritualibus annexum? In qua quæstio ne inquit tex. in c. quanto. de iudic. causam iuris patronatus ita esse connexam, & coniunctam spiritualibus causis, vt nisi ecclesiastico iudicio nequeant definiri. Vnde constat nõ esse ius spirituale, sed annexum spirituali, secundum glos. ibi. per tex. in c. de iure. de iure patron. Ioan. Turrecrem. in c. piæ mentis. num. 316. q. 7. Singulariter Roman. consi. 368. incipien. Præsens cõsultatio. Frãcisc. Balb. de præscrip. 1. parte. 5. princip. q. 9. n. 1. fol. 67. in 3. volum. tract. Ripa in rubri. de iudi. nu. 60. Selua. de beneficio. q. 7. 1. partis. Syluest. verb. ius patronatus. quæst. 5. Vnde fit, vt ius patronatus per se vendi nequ[illegible] atqueo quòd spirituali sit annexum, transit tamen in consequentiam cum vniuersitate. c. cum seculũ. & c. de iure. de iure patrona. glo. in l. in mod[illegible]. ff. de contrah. emptio. Magist. secundũ Thom. Parpali. in l. 2. colum. 27. ff. solut. matrim. Adde omnino Rochum de iure patrona. verb. ipse vel is. q. 22. cũ sequen. & Richar. de Mediauill. in 4. dist. n. 25. arti. 3. q. 3. qui mouet quæstionem, vtrum in emptione, vel venditione annexorum spiritualibus simonia cõmittatur.

Octauo moueo quæstionem, Vtrum cõfiscatis bonis patris ab Imperatore, vel Rege, etiam propter crimen læsæ maiestatis: censeatur in consequentiam ius patronatus etiam confiscatum: an transeat in filios, vel agnatos, vel ecclesiã: cum spirituale sit beneficioq; Papæ, nõ principis secularis concessũ n? Cui dubio respondendũ videtur, quòd non. Probat Syluest. verbo, ius patronatus. quæst. 5. particula. 6. Ioan. Igne. in repet. l. necessarios. §. non alias. numer. 462. ff. ad Syllania. Quæ opinio æquior est secundũ Rochum de Curte. de iure patrona. verbo, ipse vel is. num. 65. q. 29. vbi [illegible], quam pro cõtraria parte plurima adducit. Tenet etiam supra dictam opinionẽ Ioan. S[illegible] in consil. tu. Turonen. fol. 404. art. 3. col. [illegible] ad ius patronatus, per glos. verbo, iubie[illegible] in clemen. pastoralis, de re iudic. quã ad hoc [illegible] celebrem [illegible] in consuetu. Burgund. rubri. 2. [illegible] nume. 7. qui etiam in hanc videtur se de[illegible] partem. si quidem neutram elegit illarum, sed hanc vltimo loco retulit.

Contrarium tamen, imò quòd ius patronatus transeat ad fiscum, vel saltem ad ecclesiam, vt maneat liberũ, censeo verius, secundũ Deci. in c. quãto. n. [illegible] 7. de iudic. Cæsarem Lamberti. in tracta. de iure patrona. qui in hac ardua difficultate plures refert opiniones. lib. 3. artic. 8. 8. quæst. princi pal. quem vide Ioan. Lup. de Pala. rub. in rubri. de donatio. § 39. colum. 2. nume. 7. Bernard. Diaz in praxi. canoni. crimin. c. 124. Crederem itaq; istam opinionem esse veriorem, & tenendã. Ratio, quia ius patronatus transit ad hæredem extraneum c. 1. de iure patrona. ergo, & ad fiscum. Ea enim quæ extraneis acquiruntur hæredibus, & fisco applicantur. glo. magn. in l. diui fratres. ff. de iure patrona. Hanc etiam quæstionẽ tetigit August. ad Angel. in tracta. de maleficijs. verbo, & eius bona. nume. 17. Nihil tamen decisum reliquit. glos. in c. filijs. 16. quæst. 7. Constituatur ergo ius patronatus ea conditione, vt ad fiscum venire non possit, sed in suos hæredes, & descendentes. Quamuis igitur possessor delictum committat, ius patronatus tamen transitum faciet in successorem.

Nono mouetur talis quæstio. Quidam instituit capellam, voluitq; ad eam venire agnatum in sacerdotio cõstitutum, atq; in eius defectum curam parochialem. Elapsis annis duobus, apparuit quidem clericus, qui secũdum institutum fundatoris præesse debebat capellæ: dubitatur, Vtrùm expulso parocho, qui ei præerat, & nõ apparẽte qui legitimè præesset institutus fuerat, debeat capellæ præesse? Cui dubio respondendũ cẽsetur, vt in facti contingentia simili quæstioni respõdi, quòd non. Debet etenim illã capellaniã cura parochialis habere pro toto vitæ suæ tempore. Probatur. Quãdo enim actus perfectè consummatus est, nõ debet effectus per cessationem causæ retractari. l. sancimus. C. de administ. tuto. l. Deo nobis. §. his ita. versi. quod si fortè. C. de episc. & cleri. gl. in l. si captiui. verb. habere ratũ. eo. tit. Bar. in l. Titia. §. Imperator. nu. 10 ff. de leg. 2. Ludou. Gomes. in. §. fuerat. nu. 53. Instit. de actio. Capellania igitur habita, deficiente vt prædiximus, agnato non debet à cura parochiali, qui ei præest, auocari.

Præterea quãdo aliquid suũ produxit effectũ ratione causæ, quæ tũc vigebat: non tamẽ, & si postea cesset causa, cessat effectus. l. fin. ff. de solutio. Tiraq. in repe. l. si vnquam. verbo, susceperit liberos. num. 155. C. de reuoc. donatio.

Probatur etiam. Quia feudũ semel in fœminam ob defectum masculi translatum, nõ potest post ab ea propter superuenientem masculum auocari. Ioan. Lup. post Bal. in loco ibi ab eo citato in rep. rubr. de dona. inter vir. & vxo. §. 69. n. 33. Ex quo enim agnatus à principio fuit exclusus, quia sacerdos nõ erat, semper censetur exclusus durãte vita ipsius electi: nec curatus est à capellania remouẽdus.

Præterea curatus venit ex fundatoris vocatione, propter defectum agnati non habentis qualitatem sacerdotij: habuitque curatus qualitatem, quæ intuenda est à tempore collationis: licèt postea peruenerit ad casum, à quo incipere non potuit. lege. si Gaudentius. C. de contrahenda emptione. quæ probat actum in sui essentia semel ab-

mel absolutũ,& perfectum nõ vitiari,licèt perueniat ad casum,à quo nõ potuit initiũ accipere. Sufficit igitur prædicta qualitas eo tempore,quo collatio suum sortiebatur effectũ. Bart.in l.ex facto. ff.de vulga.Ripa in c.inter cæteras.num.15.de rescrip. ¶Confirmatur etiã pulcherrimo dict. Pau. Castren. in.l. si.

uan succeder en su derecho ª. Ordenamos, y mandamos, que todos aquellos

§.fina.nu.1.C.de indict. viduitate tollend. sic dicentis. Pone, quòd castrum relinquatur mulieri, si effiĉiatur vidua. Euenit,quòd maritus moritur: mulier ad secũdas nuptias conuolat, an legato priuabitur. Vbi ipse determinat, quod non. Vt enim ipse dicit,sufficit conditionem semel esse impletam,licèt non duret.l.si quis hæredem.C. de insti tu.& substitu. Istam Paul.sententiam reputat insignem.Ioan. Sainson. in constitu. Bituricen.fol. 301.colum.3.art.28.ad finem.Quod est mirabile, ac perpetuò memoria tenendum. Sed sic , quòd tempore,quo prædicta capellania vacauit, nullus erat agnatus cum qualitate in fundatione posita: ergo cura parochialis in eius defectum constitutus,non debet amplius à capellania remoueri: si quidem fuit conditio ob defectum àgnati semel impleta.

Confirmatur etiam. Nam actus validus semel ratione institutionis secutus non inualidatur, et iã si possessor præsentandi, vel eligendi iure priuetur.c.consultationibus,de iure patro.& cap. cùm olim.de causa possess.vbi dixi.c.querelam.de electio.Ioan.Nicol. Delphina.in lib.2.flor. iuris patrona.q.12.& 13.Ex quibus istud fundamentum, aliasque nonnullas poteris colligere rationes.

Vlteriùs etiam confirmatur ex tex. in l. vnica. ff.si tabulæ testam.extab.ibi, Nam & si mortis tẽpore tabulæ fuerint,licèt postea interierint, cõpetet bonorum possessio : quia verum fuit tabulas extare.Accedat his doctrina Bar.in l.miles.§.quærebatur.ff.de adulter. vbi matrimonium contractum cum impubere cessat per secundum cum pubere etiam si pubes decedat,& impubes efficiatur maior impubere mortua:non enim per hoc conualidatur,cùm semel per secundum matrimoniũ cessauerit.Facit ad hoc,quod notat Capel. Tolosan.decisio.459.nempe,quòd si filia dotata semel fuit exclusa,eo quòd tempore mortis patris extabat filius masculus: etiãsi deinde filius moriatur, filia tamẽ semper exclusa manebit, per nota.Bar. in.l.fina.ff.ad Tertullia.probatur etiam ex nota. quæst.tradita à Pan.in c.suggestũ.nu.5.de decim. cui adde Felin.in c.cum olim.nu.16.de re iudi. & l.12.Taur.si ergo ius semel quæsitum naturali filio non tollitur per superuenientiam legitimorũ ex legitimo matrimonio post legitimationem factam à principe nati ingreditur in specie proposita,ad idẽ conducunt quæ adducit Deci.consil.31. nu.5.lib.1.Ex quibus euidenter constat,semel legitimè,& iuridicè electum ad capellaniã esse præferendum,non obstante qualitate superueniente cognato. Quod tamen limita,& intellige , si talis curatus capellaniæ præfectus posit eius administrationem gerere,eique sine aliquo impedimento alterius seruitij ecclesiastici seruire. Nemo enim duobus dominis,respectu eiusdem temporis , & causæ , seruire potest,vt patet in capitul.tolle.de pœnitent. distinctio.2.

a ¶*Deuan succeder en su derecho.* Ius patronatus transit ad hæredes quoscunq; c.considerandum.16.q. 7.cap.1.cap.quoniam.& cap.ex literis. de iure patrona.c.significauit.ibi,Vel eorum hæredibus,de testib.clem.Plures.& ibi glos.verbo, hæredes, de iure patrona.Deci.in l.si maritus.nu.2.C. de collatio.Philipp.Corne.consi.27.incip. Præsenti consultatione.col.1.num.1.lib.3.glo. in c. piæ mẽtis. 16.q.7.Calcan.consi.74.num.8.Alex.in l.quamuis.col.2.nume.4.ff.ad Trebellia.Ias. in l. prima. nume.71.ff.de legat.1.& in l.venia.nume.2. C.de in ius vocan. Quorum opinio communis est, teste Couarru.lib.2.Variar.resolu.c.18. num.6.l.8. & l.12.titul.5.parti.1.

Est tamen dubitabilis quæstio, Vtrùm filijs patre patrono viuente competat simul ius patronatus? Dicẽdum est,quòd non. Non enim eis ius patronatus vt filijs cõpetit,sed vt hæredibus : adhuc ergo patre superstite non competet eis ius patronatus.l.2.§.interdũ.ff.de vulgar.& pupil.ibi.Improbum esse Iulianus existimat eum,qui solicitus est de viui hæreditate.l.1.§.si impuberi.ff.de collatio.bono.Est etiã & alia ratio,quare ius patronatus non competat filijs:nempe,quia si competeret,pater præsentare solus non posset: diminueretur itaque ius patris. Cardi na.in clementi. Plures. de iure patro.Fortun.Garci. in repeti.l. Gallus.§. quidam rectè.nu.79.ff.de liber.& posthu.

Est & alia quæstio , Vtrùm ius patronatus trãseat ad fideicommissarium ? Huic dubio negatiuè respondendum est,nempe,quòd non. Bar. Alberi.& Alexand.in l.quia perinde.ff. ad Trebellian. Bald.in l.cùm virum.num.21.C.de fideicommiss. & in l.fina.num.48.C.de edict.diui Adri. tollen. Imol.in l.si patroni filius.vltim.notab.ff. ad Trebellian.& ibi Alexand.quæst.fin.dicit hanc communem opinionem.Rochus Curti.in tracta.de iure patrona.verbo,ipse vel is. quæstione.9. nu.21. Alexan.

Alexand.in.l.Centurio.num.44. & ibi Lancelo. Galiaul.nu.122.ff.de vulgar.& pupillar.

Posset tamen quis eleganter obijcere, Nonne ius patronatus per.c.cùm seculum. & c.ex literis, de iure patron.transit. cum vniuersitate bonorũ? Fateor. Non tamen sequitur, Ergo transit in fideicõmissarium. Patet, Quia iura sepulchrorũ transeunt cum vniuersitate.l. quædam.ff. de acquiren. rer.domin. & tamen non transeunt in fideicommissum.vt est tex.in dict.l.quia perinde.§.1.ff.ad Trebellia. Restituta,inquit,hæreditate,iura sepulchrorum apud hæredem remanent.l. si quis fuit hæres.ff.de religio. & sumptib. fune.l. si patroni filius.ff.ad Trebellia. Ratio est, quia in fideicommissum ea solùm transeunt, quæ ad hæredes tanquã ad hæredes pro hæreditarijs portionibus trãseunt:non autẽ ea,quæ transeunt ad hæredes, quia hæredes. Paul.de Cast.in l.quia perinde.ff.ad Trebellian. Si tamen replices,contrà, Ea, quæ transeunt in extraneos hæredes,transeunt etiam in fideicommissarium. Respondetur argumẽto id esse verùm,quãdo transeunt in extraneos hæredes tanquam hæredes:secùs,si quia hæredes: per prædicta: Quæ communis est opinio, secundum Philipp.Deci.in l.precibus.colum.13.versi. sed illud simile.nu.22.C.de impub.& alijs substitu.

Dubitatur etiam, Vtrùm in diuisione hæreditatis possit iudex vni ex pluribus patronis adiudicare ius patronatus? Ioan.Andre. & Panormi. num. 3.in c.querimoniam.de iure patrona. post Hosti. in summa.de iure patrona.§.qualiter. versi. nonus hæres,tenent,quòd non. Rochus Curti.de iure patrona.versic.ipse vel is.nu. 26. Gregorius Lopez in l.12.verbo,*partir*.titul. 15.parti.1. Quorũ opinio communis est:quanquam Anchar. in dicto.c. querimoniam,colum.fina. nu.6. contrarium voluerit,eo ductus fundamento,ꝙ, scilicet, ecclesiæ sit vtiliùs habere vnum patronum, quàm plures, qui rem communẽ plerunq; negligunt.l.2.C.quando & quibus quarta pars debea.lib.10. Potest igitur adiudicari vni ius patronatus. Respondeo tamen, quòd ex quo iura plures esse patronos patiũtur per dict.clemen.Plures. id tamẽ debet pati iudex,nec debet esse clemẽtior lege. At nec istud videtur concludens fundamentum. Nam ecclesia multitudine patronum potiùs leuatur, quàm grauatur:eo quod plures habet defensores.c. filijs.16 quæstio.7.dict.l.12.ibi,*E non se deue tener la Iglesia por agrauiada en tener muchos patronos, ca quãtos mas fueren,tanto mas sera mejor guardada è amparada de ellos*.tit.15.parti.1. Fortè tamen dictũ Anch. posset habere locum,quando aliqua villa adiudicatur vni in diuisione,in qua esset ius patronatus, non habita ratione æstimeturne valor iuris patronatus,vt hoc respectu plus alij adiudicetur hæredi.ar gum cap.ex literis,de iure patrona. Nota obsecro istam decisionem,quæ optima, ac in actu practico sæpe contingibilis est.

Mouere iuuat & aliam non minùs vtilem quæstionem, Competatne ius patronatus hæredibus in stirpes,an in capita? Respondetur, In stirpes. tex.nouus,& singularis in clemen. Plures. de iure patrona. Rochus Curti.de iure patron. verb. ipse vel is q.2. Ratio tamen dubitandi in hac decisione,quæ nimis antiquos laborare fecit, ea potuit esse,nempe,quòd ius patronatus est ius, & consistit in iure,vt patet in rubr. de iure patron. Iura tamẽ. indiuidua sunt,quia tangi nequeunt. At quæ non tanguntur,incorporalia sunt.l.1.§. quædam.ff.de rerum diuisi.ibi, Incorporalia sunt,quæ tangi non possunt.qualia sunt,quæ in iure consistunt.§.corporales. Institu.de rebus corporal. & incorporali. Sed incorporalia indiuidua sunt,neque pro partibus capiuntur.l.2.§.& harum.ff.de verbo.obliga. Atq; ideò res indiuidua omnibus in solidum actiuè,ac passiuè competit.dict.l.2.§. ex his. & §. itẽ si in facto.& l.4.§.Cato.& l. in executione. §. ꝙ si stipulatus.ff.de verbo.obligatio. Cũ igitur ius patronatus sit quid indiuiduum, consequens est, vno excempto rebus humanis,apud reliquos in solidum remanere ius in capita. Quare minùs iuridicè videtur per prædictam clemen.contrarium dispositum:nẽpe,quòd plures loco succedãt vnius. At his non obstãtibus,dispositio eius iuridica est: nam ratio,quam ad id decidendum habuit, æquitas est,quæ rigori præfertur.l.placuit.C.de iudic. l.1.ff.de institor.actio. Iniquum etenim nimis esset,vt patronus,qui solùm vnam viuus vocem habebat,plures voces in suos transferret hæredes: tot,scilicet,quot hæredes instituerit.cõtra tex.in l.traditio.ff.de acquirend.rerum domin. Per hoc enim essent fraudati cõsilio,vel saltem reipsa cõpatroni superstites:quorum voces in consequentiam extenuarẽtur sine facto ipsorum propter maiorem numerum vocum dictis hæredibus competentium. Quod absurdum esset,& contra text. in l.venditor.§.constat.ff. communi. prædiorum.l. id quod nostrum.ff.de regul.iur. Est etiam huius alia ratio,nempe,ne detur occasio viam fraudibus cõtra patronum superstitem aperiendi. Alioquin enim posset patronus instituere plures hæredes, qui si plures in præsentatione voces haberent, faciliter absolueretur ius præsentationis patroni superuenientis.ex mente gloss. magnæ in dict. clemen. Plures.vbi Cardina. quæstio. 4. quam omnes sequuntur,teste Roch.de iure patrona.in verbo,ipse vel is,quæst.2.nu.4. ¶ Est & alia tertia ratio,nempe,quia hæres repræsentat personam defuncti. Si tamẽ quilibet hæredũ vocem haberet in capita, repræsentaret vnusquisque vnum defunctum

ctum in solidum: quod iniquum esset, imò falsissimum. Proinde succedunt in stirpes, non in capita.

Ex quibus infero intellectum, ac veram decidẽdi rationem ad authen. cessante. C. de legitim. hæred. & ad. l. 5. tit. 15. part. 6. & ad l. 8. in ordin. Tauri: vbi plures filij fratris patruo defuncto succedũt vnà cum viuo in stirpes, & non in capita. Ratio mentalis, & potissima ea est, quia veniunt iure sui patris, qui, si viuus esset, illud ius in bonis fratris, & patrui eorum haberet.

Alia etiam, & quarta ratio potest assignari, Quia, scilicet, fictio non potest plus operari, quã veritas. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapi. At in rei veritate vnus erat patronus defunctus: per fictionem igitur in hæredum persona non possunt esse plures, sed omnes defunctũ vnũ repræsentabunt. Fictio præterea non fit, nisi ex æquitate. l. postliminium. in prin. ff. de capti. & postlim. reuers. Aequitate igitur cessante, & fictio cessare debet l. qui in vtero. ff. de statu homi. Bart. in dicta. l. si is qui pro emptore. 2. oppositione. 1. partis, & in q. 6. Sed sic est, quòd si hęredes cum patrono in solidum, & non in stirpes succederent, iniquitas potiùs, quàm æquitas militaret. Merito igitur cessat successio filiorum in capita.

Quærere etiã libet, Vtrũ dispositio dict. clem. Plures. in collateralibus patronis succedẽtibus locum habeat? Cardin. ibi col. 1. tenuit, ꝙ non. Eius tamen salua pace, tenendum est contrarium, imò ꝙ sic, cum Roch. de Curte. verb. ipse velis, q. 2. nu. 3. Tum ex rationibus suprà dictis, tum etiam, quia omnes collaterales succedẽtes vni ex patronis loco vnius habentur, ac vnam tantum vocẽ habent, tanquam descendẽtes: tum etiam ex generalitate tex. in dict. clem. Plures, tum etiam ex rationibus assignatis à me superiori quæstione, quæ ita militant in collateralibus patronis succedẽtibus, vt in descendẽtibus. Eadem igitur in vtrisq; debet esse dispositio c. translato. de consti. l. fin. C. de consti. tu. pecuni. l. à Titio. ff. de verb. oblig. l. illud. ff. de acqui. hæred. Nota tex. in c. cùm dilecta. ibi, Eiusdem æquitatis similitudine prouocati, &c. ca. 3. de regul. iur. lib. 6. cum similibus.

Quæramus etiam, Vtrùm eodem modo procedat in pluribus hæredibus succedentibus ab intestato, quo, si succederent ex testamento? Respondendum est, procedere. Omnes etenim vnius habentur loco, habentque solùm vnam vocem propter identitatem rationis, de qua suprà. Tenent Anchar. Imol. & omnes in dict. clem. Plures. Curti. in dicto tracta. verb. ipse velis, q. 2. num. 5. quæ communis est opinio.

Quid autem respondebitur. Si res ad plures veniret, & in consequentiam ius patronatus ei annexum per viam contractus, venditionis, vel donationis? glo. verb. relicti. in dict. clem. Plures, tenẽt eandem decisionem habere locum. Idem fatentur ibi Cardina. Imol. & alij. Atque est cõmunis opinio, secundùm Curti. de iure patrona. verbo, ipse vel is, quæst. 2. num. 5.

Notãter etiam quis quærere posset, dato quòd verum sit, plures ab vno descendentes in patronatu succedere in stirpes, & non in capita, haberiq; vnius loco, per dict. clem. Plures. de iure patro. & ibi Panor. Cardi. & reliquos, & Roch. de iur. patr. verb. ipse velis. q. 2. debet ne pręferri præsentatus ab altero & patronis superstite ei, quem octo ex decem, qui successerant alteri patrono, præsentarunt: reliquis tamen duobus eundem præsentantibus, quem patronus superstes, cum reliqui octo non habeant, nec vnam integram vocem? An erũt pares ab vtrisq; præsentati, quasi quilibet habeat vocem integram? In hac quæstione Cassado. in decisi. 2. tit. de iure patron. asserit esse locum gratificationi, ex eo ꝙ data paritate meritorum, habent æquale ius: aliàs magis idoneus est præferendus. Quãdo autem sit gratificationi locus, videas omnino Andr. Tiraq. de iure primogeniorũ. 17. q. in 2. opinione. nu. 1. cum pluribus sequentibus.

Pulchra etiã est quæstio, Vtrùm illegitimè natis competat ius patronatus? Hanc discutit quæstionẽ in vtranq; partem elegãter Curti. in dict. tracta. verb. competens. q. 2. nu. 6. cum pluribus sequen. tetigit. Præposi. in c. lege. nu. 16. distin. 10. Pro cuius declaratione subdam aliquas assertiones. Quarum prima sit.

Filius illegitimus etiam naturalis, nõ est admittendus ad ius patronatus patris. Quod hodie communiter tenetur, & practicatur secundum Cæsar. Lamberti. de iure patron. 26. ar. 2. quæst. princip. 2. partis. 1. lib. nu. 2.

Secunda cõclusio. Quãdo consanguinei ad ius patronatus vocantur, non veniunt illegitimi. Ratio, quia illegitimi non sunt consanguinei. Anto. de Butrio in c. per venerabilẽ, qui filij sunt legit. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. col. fi. nu. 56. ff. ad Trebel. Nec dicũtur esse de domo patris sui. Bal. in l. fina. C. de verbo. signi. Si igitur in fundatione appositum est, vt ij venirent, qui essent consanguinei, ac de parentela, non venient prædicti bastardi, & illegitimi. Ita firmat expressè Rochus Curti. in tracta. de iure patro. verb. ipse vel is. q. 2. num. 13. Cæsar Lamberti. de iure patro. 27. art. 2. q. princip. 2. partis. 1. lib. fol. 129. col. 3.

Tertia conclusio. Legitimatus per subsequens matrimoniũ, verè legitimus est, venietq; cum alijs ad hæreditatem, ac ius patronatus ipsius patris. Probatur. Nam iste talis verè legitimatus est quo ad quoscunque effectus: etiam ad consequendos quoscunq; ordines ecclesiasticos, glos. in c. tanta

qui

qui filij sunt legiti. Quam ibidem singularem asse runt Panor. & Raue. Notauit Archidi. in c. Osius. 56. distinct. Guillel. Bene d. in c. Raynutius, verb. & vxorem nomine. num. 385. de testam. Quorũ opinio communis est, teste Deci. consil. 155. col. 2 nu. 3. Ac poterit talis legitimatus sine dispensatio ne in Episcopum eligi, secundùm gl. in c. innotuit de electi. Boer. decisio. 159. col. 2. Quæ etiam cõmunis est opinio secũdùm Philip. Deci. in c. cùm in cũctis. col. 2. nu. 9. de elect. Admittitur etiam ad emphyteusim ecclesiasticã, quam pater habuerat, acsi esset ab initio legitimus. Imol. in l. quod dicitur. ff. de verbo. obligat. Alexand. in dict. §. si quis rogatus. num. 18. & Ripa colum. 5. num. 47. & 66. Paul. Paris. consi. 13. num. 43. col. 5. lib. 2. Quãuis ad hanc ecclesiasticam emphyteusim minimè sit admittẽdus filius rescripto Principis legitimatus, secundùm Bald. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de institu. & substitu. Cuius opinio communis est secundùm Ias. ibi. & Cæsar. Lamberti. de iure patrona. 29. arti. 2. q. princip. 2. partis. 1. libri. num. 9 fol. 130. col. 1. versi. & ad hoc facit septimò.

Quarta cõclusio. Legitimatus à seculari Princi pe quoad bona, nõ censetur legitimus quoad ius patronatus: quia est spirituale. Differit circa hæc plura pro vtraq; parte Cæsar Lamberti. vbi suprà affirmatq; cõtrarium, imò quòd succedat, esse verum: Quod forsan procedere posset, quãdo ius pa tronatus in consequentiã hæreditatis veniret. Vt quando illa aliqua sibi fuit assignata, in qua erat ecclesia. Non tamen ex eo solùm, quòd hæres est sine re. In hoc enim casu tantùm legitimi venient, secundùm legem canonicam, cùm sit successio in ius spirituale, vel ei annexum c. quanto. de iudici. Adde Cæsar. Lamberti. vbi suprà. 28. art. 2. quæst. princip. 2. partis. 1. lib. vbi tenet, quòd legitimatus à Papa succedit in ius patronatus, & non aliàs.

Quinta conclusio. Fundans Ecclesiam de nouo aliquo ex modis, de quibus suprà, quibus ius patronatus acquiritur: etiam si sit bastardus, & illegi timus, consequitur ius patronatus. Probatur, quia hoc fuit indultum, vt hominés ædificarent, & erigerent ecclesias. Cessante tamen honore iuris retraherentur ab earum fundatione: quæ competit omni homini Christiano. c. piæ mentis, & c. frigẽ t ius. 16. q. 7. Quæ etiã opinio fauorabilis est eccle sijs, & religioni, ergo amplectẽda l. sunt personæ. ff. de religio. & sumpti. fune. Est etiã de mente Rochi de iur. patro. verb. competens. q. 2.

Quid erit autem iuris in meretrice? Dic eã etiã ex fundatione ius patronatus acquirere, ratione præmissa. Probat latè Curti. vbi suprà nu. 3. & n. 13. qui idem asserit de excommunicato.

Posset etiã dubitari, Vtrùm ius patronatus pos sit acquiri præscriptione, quemadmodũ alijs causis, de quibus in definitione diximus? Huic dubio tali conclusione respondendũ est. In ecclesia, quæ olim libera fuit, ius patronatus ecclesiastici acqui ri non potest à laicis. Ita tenet Archidia. in c. hortamur. 71. distinct. Ioan. Andr. in reg. quod alicui. de regul. iur. lib. 6. Cardina. in clem. Plures. q. 5. de iure patrona. & in c. querelam de electio. Vbi Panormi. dicit istam opinionem tanquam communiorem in practica fore seruandam. Idem Panor. in sua disputatione incipi. Augerio. col. 6. & in c. causam quæ. & ibi Felin. col. 3. de præscrip. Curti. de iure patron. verb. ipse vel is. q. 36. Philip. Deci. in c. cùm venerabilis, num. 36. de exceptio. & in consil. 117. & consil. 124. & in consil. 134. Felin. in tract. quando literę apostolicæ noce. patro. col. fi. Balb. in tracta. præscriptio. 1. parte. 5. princip. q. 9. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 1. lib. 1. parte, q. 10. art. 5. Quæ magis communis est opinio.

Hoc tamen est intelligendum in ecclesia, quæ verè apparet esse libera, nec à laicis est constructa nec dotata. Si tamen in dubio hoc sit, præsumendum est pro parochianis, & ratione possessionis, in qua se probant esse, & propter obsequia, aliaq; onera, quæ ecclesiæ ad vtilitatem eius parochiani quotidiè prestare solent. Quod ita patet ex Ioan. Andr. in dict. regu. quod alicui. & ex Panor. consil. 76. lib. 2. Bald. in dict. c. querelam col. 4. de decim. ex Deci. consi. 117. & 134. qui in hoc casu fatetur esse veram, & communem opinionem Ioan. Andre. Eam etiam sequitur Brunell. de legato. q. 23. versicu. secunda est opinio. Quæ absque dubio magis communis est.

Laico etiam competit ius præsentandi: non tamen eligendi, nisi ad hoc speciale priuilegium habuerit. Papa enim laicum quantumuis inhabilem potest habilitare. Imol. in c. dilectus. colum. 2. nume. 8. de præbend.

Item etiam populus, & parochiani poterũt ex præscriptione ius istud ad beneficia præsentandi clericos acquirere: vt patet in multis locis. Imol. in c. querelam. nu. 5. de electio.

Dubitatur vlterius, Vtrùm possit laicus habere ius patronatus in hospitali, in quo sunt fratres in cõgregatione? Respondeo, posse, secundùm Anton. & Imol. in c. inter dilectos, per tex. ibi col. 2. num. 4. de donatio. Quod est notandum, secundum eos.

In ecclesia tamẽ collegiata nõ potest laicus habere ius patronatus, secundùm eundem Imol. vbi suprà. per text. in c. nobis. de iure patrona. c. cùm cætera. & c. sacrosancta. de electio. Eo enim ipso, quòd ecclesia collegialis constituitur, datur, & competit ipsi collegio ius eligendi sibi prælatum. c. 1. de electio. Quo ad honores tamen, & similia, poterit habere: non tamen quo ad præsentationem

nem prælati, vt declarat Panormi. & alij in dict. c. nobis. Cardina. in c. suggestum. eodem tit. Curti, de iure patrona. verbo, in ecclesia. q. 2. Cæsar Lāberti. eod. tracta. 1. parte. 2. libr. 5. quæst. princip. Alex. consi. 74. lib. 4. l. 1. titu. 15. part. 1.

Quid autem erit in alijs beneficijs eiusdem ecclesiæ collegialis: competetne ius præsentandi patrono laico. Dicendum est competere. Panor. in ca. quod sicut, & in c. sacrosancta. & in c. ecclesia Vulterana. col. 3. de electi. Quæ communis est secundum Imol. in c. cum dilecta. col. 2. num. 4. de concess. præbend. Roch. de iure patro. in dicta q. 2. Cæsar. Lamberti. dict. artic. 3. q. 5.

Ius autem præsentandi præfatum ad ipsam ecclesiam collegiatam potest patronus laicus habere, si tempore constructionis, aut dotationis ecclesiæ id sibi ius ex Episcopi consensu reseruauerit, ac exceperit. Cardin. in clem. 2. §. fin. ad fin. de iure patro. Roch. Curti. dict. verb. in ecclesia. q. 2. & Lamberti. dict. q. 5. principal. col. fina. tex. in dict. c. nobis. ibi, De sua iurisdictione.

Poterit etiam præscriptione patronus laicus habere ius præsentādi in ecclesia collegiali. Quo casu est admittenda opinio Ioan. Andre. quæ communis est, in dict. reg. quod alicui. Quod est optimum ad intellectum dict. c. nobis. ibi, De sua iurisdictione obtineat. Atq; ita competit Regibus Hispaniæ. De hoc infra dicemus in l. 2. in glo. 1.

Dubium tamen est, Quantum temporis ad inducendam præscriptionem requiratur in iure patronatus? Responde, quod in ecclesia libera requiritur titulus vna cū quadraginta annis: eo, quod in hac præscriptione præsumptio iuris, & quidē grauis, ac specialis sit contra præscribētem. Panor. cōsi. 106. col. 2. li. 2. Domini. cōsil. 123. col. 1. Alexā. cōsi. 75. col. 3. lib. 4. Bald. de præscriptio. 3. par. 5. princip. q. 9. versi. tertia cōclusio. Quorum sententiam verā hoc casu reor, ac profiteor: quicquid Deci. cōsi. 134. col. 3. & Corne. consi. 47. col. 2. lib. 3. dixerint, asserentes in hac præscriptione titulum non esse necessarium. eo quod ius commune non resistit quasi possessioni præscribentis, cum ius patronatus à laicis obtineri possit.

Vlterius etiā dubitari posset, Vtrum ius patronatus possit contra patronum alicuius ecclesiæ nō liberæ præscribi? Respondendum est, posse aduersus primum, & verum patronum. text. in c. cura. de iure patro. Cesar Lambert. de iure patro. 2. parte. 1. libri. 11. q. arti. 1. Et tenēt omnes doctores superiori quæstione relati, excepto Archid. quē defendit Panor. in dict. c. querelam. col. 4. de elect.

Quæritur etiam, Quāto tēpore ius patronatus à laico aduersus alium patronum laicum præscribatur? Responde, Quadraginta annis cum bona fide etiam sine titulo. Singulariter Frederi. de Sen. consi. 234. Sensit Bal. in l. 2. col. 2. C. de seruitu. & aqua. Corne. consi. 47. incip. In præsenti cōsultatione principaliter. col. 2. n. 5. lib. 3. Alex. cōsi. 75. col. fin. lib. 4. Deci. consi. 134. incip. Viso pūcto, & pro tenui facultate mea. col. 3. lib. 1. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 1. lib. 2. par. quæst. 11. art. 5. Paul. de Citadin. in tracta. de iure patron. 6. parte. q. 17. art. 3. Nec requiritur ad dictam præscriptionem longissimi temporis titulus, nisi quando ius cōmune resistit possidēti, vt in ca. 1. de præscrip. libr. 6. Non resistit autem ius commune laicis habere ius patronatus in ecclesia, cum ex eisdem caussis regulariter quæratur ius patronatus laicis, ex quibus quæritur clericis. c. piæ mentis. & c. frigentius. supra citata. c. quoniam. & c. quod autem. de iure patrona. Atq; ideo ius laico modo prædicto quæritur. Quamuis Domini. de sancto Gemini. cōsi. 123. col. 1. nume. 3. velit titulum, & quadraginta annos, vel immemoriale tempus requiri. Sunt & alij aliud sentiētes, nempe ius patronatus præscribi aduersus laicum patronum decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes. Ioan. And. & Domini. in c. vnico. ad fin. de iure patrona. lib. 6. Flori. in l. seruitutes prædiorum rusticorum. ff. de seruitu. Roch. Curti. de iure patron. verb. ipse vel is. num. 93. q. 36. versic. & ista conclusio. Quorum tamen opinio mihi non placet. Nam & si aduersus laicum decennij præscriptio procedat: hoc tamen locum nō habebit aduersus ecclesiam, de cuius fauore semper agitur. Interest enim eius sibi non mutari patronos.

Quæstio etiam non minus elegans est, Vtrum possit à patrono ius patronatus in præiudicium filiorum, ac legitimorum hæredum renuntiari? Archid. in dict. c. vnico. de iure patro. lib. 6. & Alex. consi. 13. num. 10. lib. 5. tenent posse. Quod verū est in iure patronatus descendente ab ipso renuntiante. Secus tamen est in eo, quod à genere descēdit, transitq; ordine successiuo ab alio in aliū possessorem: nam hoc casu, prior in gradu sequentibus præiudicare non potest. glo. singula. in l. peto. §. fratre. verb. ex familia. ff. de lega. 2. quæ asserit, Quod si res alienari prohibita cunctis de familia consententibus alienetur, possunt illi, qui postea nascuntur, alienationem reuocare. Guillelm. Benedi. in repe. c. Raynutius. verb. & soboles quā gestabat in vtero. nu. 49. de testam. Nicola. Boer. aurea decisio. 12. nume. 4. Hanc etiam sententiam tenent Anchar. & Franch. num. 4. versi. in gl. verbo, eidem. in dict. c. vnico. in prin. de iure patron. libr. 6. Carolus Molinæ. in additio. ad Alex. cōsi. 18. col. 2. libr. 5. Couar. libr. 2. variar. resolu. c. 18. num. 10: qui reprobat Cæsarem Lambert. contrarium tenentem. Probatur etiam. Ius patronatus competit filijs, vel alijs vocatis beneficio fundatoris. l.

ris.l.vnum ex familia.§.primo.ff. de lega.2. Successor igitur fundatoris non poterit reliquis praeiudicare.l.si duobus. §. sinautem sub cōditione. & in authen.res quae.C.communi. de lega. & fideicommissis.

Offert se nobis & aliud dubium, Vtrùm in beneficij permutatione requiratur patroni consensus? Respondendum est, requiri.glo. communiter approbata in cap.vnico.de rerum permuta.lib.6. verbo, collationem. Negari enim nō potest, quin beneficium vacet cap.vnico.suprà proximè allegat. At in prouisione vacantis requiritur patroni consensus: aliàs enim irrita est ordinatio, & praescriptio.cap.decernimus.16.quaest.7.cap. ex insinuatione.& cap. penulti. de iure patrona. Adde Cassane.consi.17.num.1. Requiritur ergo in permutatione patroni consensus.

Singularis etiam est haec quaestio, Mulier habuit in dotem quoddam castrum, aut bonorum vniuersitatem, cui ius patronatus competebat: cū quo castro, vel vniuersitate fuit ad eā ius praesentandi translatum: dubitatur vtri cōpetat ius praesentandi, marito ne, an vxori? Videtur, ꝙ marito. Nam in ipsum trāslatum est ius, & fructus rerum dotalium. Sed ius patronatus cōpetit ratione vniuersitatis: ergo & ius praesentandi competere debet.c.ex literis.de iure patrona. Praetereà rei vēdicatio datur ratione dominij.§.omniū. Instit. de actio.in rem actio.ff. de rei vēdica. quae competit marito.l.doce ancillam. C. de rei vēdica. Dos etenim penes illū sit oportet, qui sūpportat onera matrimonij.l.si dos.& ibi Alexan. n.2. ff. ad l. Falcid. Ergo & ius patronatus, & sic praesentādi, competet ei, per praedicta. Facit quod notat Lāberti.de iure patrona.7.art.5.q.princip.1. partis. 1.libri.nu.10.& in 2.art.10.q. principal.2. partis. 1.libri. vbi quinq; argumentis suffragatur, opinioni: ac deinde à nu.7.adducit alia fundamēta in contrarium. At in nu.12.iterum istam complectitur. Quae communis est opinio.

At vltra relata per Caesar. Lābertin.videtur, ꝙ vxor habeat ius patronatus, nec transeat in virū. Licèt enim maritus durāte matrimonio dominus rerum dotalium iuris fictione dicatur: vxor tamē verè domina est, & naturalis: nec potuit fecisse lex, vt omnino veritas supprimeretur.l. in rebus. C.de iure doti. Est enim ipsius vxoris proprium matrimonium.dict.in rebus.§.volumus.

Facit etiā, Nam vxor durāte matrimonio, potest illud vendicare, si maritū ad inopiam vergere viderit.l.vbi adhuc.C.de iure doti. Bart.in.l.si cōstante.ff.solu.matri.Gom.in §. fuerat.Inst.de actio. Quod ei minimè liceret, si domina rei dotalis non esset. Quare iste est casus, in quo duo sunt eiusdem rei in solidum domini. Propterea in casu nostro consulerem, vt maritus praesentaret, cōsentiente vxore: vterque enim potest praesentare. Licèt enim vxor verè sit dotalium rerum domina, huiusmodi tamen dominium, durante matrimonio, obumbratur.dict.l.in rebus. per quam maritus plenam dotis administrationem habet. & per dict.l.doce ancillam. Hanc quaestionem proposuit Roch. de Curte de iure patron. verbo, ipse vel is.num.60.q.28.

Dubitabilis etiam est quaestio, Vtrùm in iure patronatus, in quo primogenitus est vocatus, patruum nepos excludat? Videtur dicendum, quòd sic. Nā primogeniti filius dicitur primogenitus, non solùm fictè, sed etiam verè. Panormi. consil. 85.col.penul.versi. itē pars remanet in filio.lib. 1. Deci.in authen.praetereà col.12.num.20.C.vn de vir & vxor. Est etiā optimus tex. in c. quaeritur.§.item opponitur.22.q.2.vbi probatur, quòd succedens in locum primogeniti, possit sine mendacio se dicere primogenitum. Quem tex. ad hoc dixit optimum Gregorius Lopez in l.2. titu.15. parti.2.verb.*si dexasse fijo, o fija.* Nepos ergo natus ex primogenito praeferēdus est in tali iure, ex vi repraesentationis. Hanc quaestionem tractauit Bal.in l.cū antiquioribus.C.de iure deliber.ac tāquam arduā, & difficilem indecisam reliquit. Ias. etiam in l.maximum vitiū.nu.4. C. de libe. praeteri. qui plures ibi istam quaestionem discutiētes adducit. Hanc etiam opinionem in maioratu tenet post Oldral.decis.Capel.Tolosan.433.incip. An ius primogeniturae. vbi Stephan. Aufre.testatur hanc veram, & communem sententiam. Eandem etiam dicit communem, & aequiorē Bartholom.Cassane.plures alios referens in consi.53.incipien. *François de Roudboys.* versi. vndecimò facit illa vulgata, & communis opinio. Idem etiam refert plures eandem sententiam sequentes, in catalog.gloriae mund.5.parte.considerati.42.versi.prima fuit opinio Ioannis Andre. Discutit latissimè Tiraquel.in tract.primogenitorū. q. 40. Pro qua opinione est l.2.tit.15.parti.2.& l.40. in ordina. Tauri.& ibi Ioan.Lup.n.3.& Gome. q.12.n.65. & verior videtur haec opinio secundum Couar. alios ad id citantem in pract.quaest.cap.38.

Non tamen desunt, qui contrariam partem tuentur, quos refert Cassan.in dict.considerati.42. versi.secūda opinio.& Ioan.Lup. loco praeallег. Quae magis communis est, secundùm Alex. consil.4.incip.Ponderatis verbis testamēti. col.3. n. 11.lib.4.quem refert Nicola.Boer. qui plures ad idem adducit, in consuetu. Bituricen.tit. de testamē.§.2.col.3. Videtur etiam hāc in isto casu praeferendam opinionem. Maior enim est affectio ad patruum, qui est in priori gradu, quàm ad nepotē, qui est in dispari. At quando prioritas gradus cōsideratur,

sideratur, non admittuntur nepotes cum patruo: imò patruus eos excludit. l. 3. §. si duo. ff. de legiti. tutor. Bal. in l. cùm ità. §. in fideicommisso. q. fin. ff. de lega. 2. Tiraquel. in tracta. de vtroq; retract. lib. 1. §. 11. gl. 7. nu. 1. & 2. Licet enim aliàs nepos filium aui, patremq; suũ repræsentet: non tamen id procedit, cùm sit mentio de proximiore. l. si libertus præterito. §. si libertus. ff. de bon. liberto. Nec tũc comprehẽditur sequẽs, licèt is sit, qui soleat proximiorem repræsentare, per tex. in l. iubemus. in prin. iuncto. §. vlt. C. ad Sen. cons. Trebel. vbi Bal. per illum tx. inquit, quòd licèt vbi fit mentio de filijs, cõprehendantur nepotes, qui succedunt in locum illorum. per. l. liberorum. ff. de verb. signif. at vbi de filijs, & de gradu mentio fit, nepotes minimè comprehendũtur. Ergo, cùm nomen primogeniti, vt proximioris, gradum denotet, meritò nepos sub eo non comprehendetur.

Item patruus ad successionem sui patris, aut nepotis, vocatur: vt patet, præter leges nostras, ex sententia Apostoli ad Galat. 4. & ad Rom. 8. dicẽtis, Filius, ergo hæres. gl. in l. necessarijs. verbo, teneatur. ff. de acq. hæred. Nepos verò iure quodam singulari, ob id, scilicet, quòd patrem repræsentat. per. §. cùm filius. Instit. de hæred. qualitat. & differ. Firmius autem est ius, quod venit iure cõmuni; quàm quòd iure singulari. l. eius militis. §. militia. ff. de testam. milit.

Item nulla successio datur filio viuente patre. l. 2. §. interdum. ibi, Improbum esse Iulianus existimat eum, qui solicitus est de viui hæreditate. ff. de vulg. & pupill. Si ergo patri nullum erat ius acquisitum, nec erit nepoti concedẽdum. Adde quæ de repræsentatione notat Guillel. Benedict. in repe. c. Raynutius. verb. & vxorem nomine. 5. nu. 56. de testam. tamen concludendum est etiam in iure patronatus præferẽdum esse nepotem patruo. ex Couarr. in pract. quæst. c. 38. nu. 13. & in anniuersarijs pro anima relictis cum clausulis vinculi & restitutionis ad instar maioriæ. Ita Anto. Gomes. in dict. l. 40. Tauri. quæst. 11. num. 65. ad fi. & ita seruatur.

Possumus etiam & aliam mouere quæstionem, Vtrùm ius patronatus, patrono monasterium ingresso, transferatur in monasterium, saltem viuente patrono monacho: an tanquam patrono mortuo, transferatur in nominatum à fundatore? Videtur, quòd transferatur in monasterium. Probatur. Ius patronatus transit in hæredem. sed monasterium habetur pro hærede, cõpetit igitur ei ius illud patronatus. Quod verum est, nec negari posset casu, quo ius patronatus sit annexum vniuersitati bonorum, ad quæ monasteriũ venit: ergo in consequentiam veniet ius patronatus. Quod, vt pateat euidentiùs, ponamus aliquod exemplum: nempe, Petrus habet castrum, & in eo ecclesiam, cuius ipse ius patronatus habet: vẽdito castro, vel titulo pro hærede translato, transitum facit etiam ius patronatus in emptorem, seu hæredem: vel, vt suprà diximus, in fiscum. Multò igitur fortius in monasterium, quod capax est iuris patronatus. At si iuris patronatus qualitas non adhæreret certæ rei, sed esset personalis: extincta persona, cuius industriam elegit fundator, tacitè nominasse crederem alium descendentẽ, seu collateralem, aliãve quamlibet personam. Extincto etenim vel naturaliter, vel ciuiliter patrono, extinguitur & quo ad eum ius præsentandi, transitq; in nominatum verè, non autem in nominatũ per fictionem, quemadmodum esset monasteriũ. Ita tenet Bellam. cõsil. 33. Refert, & sequitur Tiraq. de primogeniorũ. 3. n. q. 10. asserẽs per monachationẽ ius patronatus in secũdò genitum, & sic in successorẽ trãsire.

Videtur tamen, quòd transeat in monasterium Nam monachus se, suaq; omnia per ingressum religionis trãsfert in monasterium. authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. Ergo & ius patronatus trãsferetur, vt dictum est, cum transeat cum vniuersitate bonorum titulus pro hærede. clem. fin. & ibi glo. verb. hæredes, de iure patro. Alexan. in l. quã uis. nu. 4. ff. ad Trebell. Calcan. consil. 74. num. 8. Ias. in l. 1. nu. 71. ff. de lega. 1. & in l. venia. num. 2. C. de in ius vocan. Præsentabit itaq; Abbas monasterij. Cæsar Lamberti. de iure patro. 9. artic. 8. q. princip. 1. partis. 1. lib. nu. 7. & Paul. Citadi. 9. parte. quæst. 1.

Quando autem quis simpliciter est patronus, industria personæ videtur electa: si igitur monachus fiat, Abbati competet ius præsentandi, non ipsi, cum non habeat nec velle, nec nolle. c. religiosus. & ibi glos. verb. non habeat. de electi. Morte igitur ciuili patroni secuta, transit ius patronatus in vocatum successiuè ad præsentandũ in eius defectum, argum. tex. in. l. inter artifices. ff. de solutio. ca. fin. de offi. deleg. Probatur. Fundator enim constructor, vel dotator, in limine fundationis, cõstructionis, vel dotationis, quascunque conditiones, reseruationes, & pacta iuri communi nõ contraria potest apponere: vt probat optimè, lateq; Cæsar Lambert. de iure patro. 9. q. princi. 1. partis. 1. lib. Vbi ergo dispositum est expressa nominatione patroni: ab ea nominatione recedendum non est. Quod colligitur ex Couar. lib. 2. variarũ resol. c. 18. nu. 10. quẽ vide, & nota. & Cardin. consil. 48. in princ. At vbi fundator capellæ non vocasset ad instar, vt aiunt vinculi, censeo, quòd transeat, cum successori præiudicare possit. c. vnico. de iure patron. lib. 6.

Dubitari posset etiam, Vtrum laicus possit hoc ius patronatus habere in ecclesia collegiata? Dicẽ-

dũ est, q nõ. per tex. in. c. nobis. de iure patro. nec valet consuetudo in contrarium. tex. in. c. Massana, & in. c. sacrosancta, de electi. Cæsar Lamberti. de iure patro. in. 3. ar. 11. q. princ. 1. partis. 1. libri. & ibid. in sequenti artic. notat idẽ in monasterijs.

¶ Vnde infero, quòd si ecclesia patronata in collegiatam erigatur, patronus amittit ius patronatus, per iura superiùs allegata. Tũc enim patronus præsentare nõ potest: sed duntaxat consensum electioni factæ præstare: qui tamen de necessitate non requiritur. vt innuit casus in dict. capit. sacrosancta. ad fin. Quod nota perpetuò: quotidianum enim est, & pulchrum remediũ ad eximendum ecclesiam ab huiusmodi seruitute iuris patronatus. Notabis tamen hæc habere locũ in præsentatione prælati: non autẽ in alijs de collegio, quorum præsentationem posset habere laicus. Sic itaq; est intelligendus tex. in. d. cap. nobis. & in cap. sacrosancta, in cap. Massana. Ita tenet Ioan. And. in cap. postulasti. de iure patronat. vide Lambert. locis præcitatis.

hijos ayan vn yãtar, y vna pẽsion a, la que a su padre perteneſcio de tal yglesia, y no mas: y que la repartan entre si, segun deuen de derecho. Y si algunos de los patrones demandare mayor parte de lo cõtenido en esta ley, y por ella prendare, o tomare alguna cosa, que pertenezca a la yglesia, o a los beneficiados della: que demas de las penas contenidas en el derecho, que por esse mesmo hecho cayga en pena de trezientos marauedis. La tercia parte para la nuestra camara. Y la otra ter-

Forsan etiam dubitabis, Possitne quisquã in ecclesia collegiata capellam inuito patrono erigere? Hanc quæstionem declarat Pau. de Citadin. de iure patron. in. 4. causa adquirendi. & in fin. parte tracta. explicat, quibus causis ius patronatus extinguatur.

Non minùs elegans, ac dubitabilis est quæstio, Vtrum possit quis ad ecclesiam, antequã vacet, præsentari? Asserendum est, q non. Nam qua ratione ante vacationẽ beneficia conferri prohibentur, eadem & præsentatio fieri prohibetur. c. nulla. de concel. præben. Quod ita disponitur ibi, ne quis mortem proximi desiderare videatur, in cuius locum, & beneficium se credit successurum. Quæ ratio militat etiam in præsentatione.

Ex quibus constat, non posse fieri promissionẽ obligatoriam de facienda præsentatione ad beneficium vacaturũ. c. fi. de concess. præbẽ. Cui tx. est addendus Roch. de iure patro. verb. honorificum. 5. & 6. q. Collectar. in. c. nobis nu. 2. de iure patro. & Paul. de Citadin. de iure patr. 3. art. 6. partis. q. 42. nu. 73. qui circa hæc plura discutit.

Quæro etiam vlterius, Quid remedij casu, quo præsentatum ordinarius admittere nõ vult? Responde, posse præsentatum ab eo appellare, qui potestatem habet instituendi, recusatque sine legitima recusationis causa. Facit ad hoc tx. in cap. pastoralis. & ibi gl. verb. appellauerint. & in cap. fin. de iure patro. & in c. concertationi. & in. cap. à collatione. de appella. lib. 6. Atq; Episcopus tenetur huic appellationi deferre, secundum glo. in. d. c. pastoralis. Quia patrono perseuerãte, nec variante, acquiritur ius præsentato: cui fit iniuria, si non admittatur ab Episcopo, à quo in tali casu meritò poterit appellare. Quod, vt iam dixi, teneas: quãdo sine iusta causa recusaret. secùs enim est, si legitima. gl. in. c. nullus. de iur. patr. Eo enim casu superior nec instituet, nec poterit ad id inferiorem cogere, argu. c. literis. & ibi glo. 63. distin. cap. Archidiaconum. 85. dist.

Notabile etiam est dubium, Vtrum ex lege data in fundatione testatoris, quòd, scilicet, ibi celebrentur missæ per præsentandum, censeatur sacerdos, & non clericus inferioris ordinis præsentandus? Dic esse sacerdotem præsentãdum. Ita tenet singulariter Andre. Barba. in cons. 35. col. 7. lib. 2. quem refert, & sequitur Cæsar Lamberti. de iure patrona. 27. art. 7. q. princip. 1. partis. 2. libri. n. 1. fol. 230. Quod est notandum. Late Rochus Curt. de iure patronat. verb. honorificum. nu. 26.

a ¶ *Y vna pension.* Concord. l. 7. §. fi. tit. 13. lib. 6. infrà. Ea nempe ratione, quia omnes loco vnius sunt habendi ex Labeonis Iureconsulti responso. in. l. cui fundus. ibi, Et omnis numerus eorum, qui in locũ eius substituuntur, pro singulari persona est habendus. ff. de condi. & demõstra. Et Vlpia. in. l. planè vbi transferre. in fin. princip. ibi, coniuncti vnius personæ potestate funguntur. ff. de lega. 1. vbi glo. verb. potestate, dicit, vt id solũ ambo præste-

præstetur, quod vni soli præstaretur. & facit infr. de dote prælega. l. 2. responso secundo. & C. de impuber. & aliis substitu. l. fin. & infrà eodem. l. huiusmodi. §. si Titio. & suprà. de hæred. instituē. Si Titius. & suprà de vsufruct. accrescen. l. si quis. Hactenus Accursius in. d. glo. cuius dictum notabile est ad comprobationem decisionis istius legis.

¶ *Lo que fuere ordenado en la fundaciõ.* Nota statutũ patroni in fundatione ecclesiæ, seu capellaniæ fore seruandum capitulo præterea.

cia parte para los beneficiados de la yglesia, o monasterio. La otra tercia parte para la justicia, que hiziere la execucion de la dicha pena. Pero q̃ si el patrono mostrare, que en la fundacion del monasterio,

de iure patronat. vbi Panormi. num. 3. dicit, Tenementi, quòd patronus nõ potest exigere aliquod seruitium ab ecclesia patronata, nec aliquid temporale, nec aliud grauamen inferre, nisi reperiatur illud cautũ, vel fuerit reseruatum per Episcopum tempore fundationis Ecclesiæ. Asserit etiam, se per illum tex. principaliter consuluisse populum ius patronatus habentem non posse à presbytero certos cereos in recognitionem iuris patronatus exigere: eo quòd illud non fuerit in fundatione reseruatum. Ad idem est text. in capitulo quinto. de censib. vbi probatur ad voluntatem fundatoris non solùm posse censum, seu pensionem imponi patrono persoluenda, verùm & alteri tertio. Ex quo tex. Panorim. elicit argumentum in numero tertiò, quòd licitè testator grauat heredem, vel legatarium ad exhibendam vnam procurationem singulis annis aliquibus fratribus. Quod vsu maximè receptum est: oritur enim inde, vt ibi patet, obligatio.

Ex quibus infero, Patronum in creatione beneficij adijcere onus, vt, scilicet, semper ad id præsentandus ex suo genere sit, dummodo presbyterari velit, atq; idoneus sit. Domi. in. c. cùm in ecclesia tua. col. 1. nu. 3. de præbẽd. lib. 6. qui citat ad ho. c. cùm dilectus. de consuetud. & c. abbate. de verbo. signific. Facit quod in simili casu consuluit Calderin. in consi. 4. sub tit. de iure patro. Potest etiam apponere conditionem, nempe q̃ istud ius patronatus non transeat nisi ad heredes sanguinis: & sic extranei, non consanguinei, nec de parentela manebant exclusi. Bal. in. l. 2. C. de in ius vocan. Feli.

in tract. quando literæ Apostolicæ præiudicẽt patrono. columna secunda. versi. corroboro. Roch. Curti. de iure patrona. verbo, ipse vel is quæstione octaua. numero decimonono. Gregor. Lopez in. l. 8. verbo, *de estraños.* tit. 15. parte 1. Paul. Parisi. consi. 48. columna. 1. libro. 4. vbi verissimum existimat, quando tali dispositioni consensit Episcopus. Quod cõmuniter receptum est à doctoribus.

o yglesia estaua, que cada vno de sus herederos ouiesse el dicho yantar, o otra cosa, Mandamos que en el tal caso, o otros semejantes se guarde lo q̃ fue ordenado en la fũdació[a] del monasterio, o yglesia.

Quod adeò procedit, vt aliter facta præsentatio, nempe de nõ habente prædictam qualitatem generis, parentelæ, seu consanguinitatis expressam in fundatione, est inualida. Cardina. consil. 48. incipient. Quidam nobiles duo, aut plures, Rochus de Curte. de iure patron. verbo, ipse vel is, quæst. 33. num. 77. Paul. Parisi. dict. consil. 48 incipient. Certum est, quòd patronus. num. 7. libro. 4. Tradit latissimè plura, quæ, quia circa hanc materiam frequentiora sunt, videre poterit. Cæsar Lambertin. de iure patrona. 9. quæst. principal. 1. partis. 1. libri. numero primò. cum. 109. sequentibus. folio. 74. columna secunda. Quilibet enim in traditione rei suæ poterit legem, quam vult, etiam si rem ecclesiæ tradat, apponere. cap. verum. de conditio. apposit. l. in re mandata. C. mandati. Nec tamen desunt qui dicant hoc casu fore digniores inquirendos, si fuerit opus, etiam extra illam prosapiam, generationẽ, seu parentelam.

Vsus tamen, & ratio in contrarium proclamãt, Sufficit etenim inter designatos, & vocatos præstantiorem eligere: Quod intellige, nisi solùm vnus, vt putà sanguine proximus sit appellatus, & vocatus. Cum enim tali fundatori, ac institutori non incumbat munere suo, ac officio distributionem facere, sintque illa sua bona, non est astrictus dignioris habere rationem: Quod etiam cum moderamine intellige. Si enim designatus omnino esset indignus, alius substituendus venit: quia nemo, etiam de sua substãtia, potest sacerdotium, seu beneficium contra naturale ius, ac diuinũ creare. Iniqua enim esset talis institutio, si gubernationem aliquam, vel curam habeat animarum, ac in

ex obstat, ne dignior eligatur. Vt si quis prouentibus suis monasterium fundaret, eo vinculo, vt Prior, vel Abbatissa non nisi ex genere suo, aut patria crearetur, non est in contumeliam legis diuinæ talis conditio seruanda. Dominic. Soto de iust. & iu. lib. 3. q. 6. art. 2. pag. 158. versic. mox alia via arguitur. Faciunt quæ not. Panor. in cap. postquã num. 4. de elect. confirmatur clarè in Concil. Triden. Sess. 24. c. 18. vers. quod si ius patronatus laicorum fuerit. Si tamen circa hãc iuris patronatus materiam libuerit aliquas videre quęstiones vltra Rochum Curt. Paulum de Citadinis, & Cæsarem Lambertinum in suis tractatibus de iure patronatus, vide Ioannem Friburgensem in summa de cõfess. lib. 1. tit. 1. quæst. 80. vsq; ad quæst. 92. & Archiepisc. Florentinum. 2. part. tit. 1. c. 5. §. 24. & 3. part. tit. 12. per totum cum suis. §§. Calderinum consil. 1. cum. 19. subiectis isto tit. de iure patron. & in Rota noua secundùm impressionem nouissimam. eod. titu. vbi poteris causidicus sine labore plures quæstiones contingibiles ad hæc reperire.

¶ *Ley. II. Que los Reyes son patronos de todas las yglesias de sus Reynos.*

¶ El Rey don Alõso en Alcala. Año de mil y ccc. y lxxxvj.

¶ Lex. II.

¶ *Costumbre antigua.* Concord. l. 18. tit. 5. part. 1. & l. 3. & l. 19. versi. *De las prelacias.* tit. tertio. lib. primò. suprà. & in curijs Toleti anni. 1525. l. 53. & alia in extraordinarijs, data in oppido de Madrid. 27. die Februa. incip. *Don Carlos.* anni. 1543. & cõtra exteros est Pragm. anni. 1539. data. 20. die Nouemb. in dict. oppido de Madrid. quæ omnes sunt in collectione breui Pragmaticarum extraordinariarum. anni. 1544. Idem statutũ est circa beneficia patrimonialia, quæ sunt in isto regno, præsertim in Episcopatu Burgensi, Palentię, & Calagurritanensi. in. l. 53. aliàs. 54. in curijs Toleti, anni. 1525. & Prag. 52. Pinciæ. anni. 1523. & Pragmat. 110. in comitijs de Madrid anni 1528. & in Pragma. 67. in curijs Pinciæ. anni. 1537. & in Prag. extraordinaria. 13. data in illustri oppido Pinciano, anno. 1543.

Circa declarationem harum legum debes scire, ꝙ ius eligendi Episcopos, seu alios prælatos competebat Papæ & prouisio beneficiorum inferiorum ecclesiarum pertinebat Episcopis. glo. in capitulo quanquam. verbo. deuolueretur. de electio. libro sexto. capitulo primò. 22. distin. Panormit. in capitulo primò. notabi. 1. de electio. Ioã. de Selua in tracta. beneficiorum. 2. part. q. 22. nu. 9. Post eà verò de iure nouiori ius eligẽdi Episcopũ, fuit Capitulo, & Canonicis concessum ecclesiæ cathedralis. c. cùm ecclesia sutrina. de causa poss. & proprieta. c. cõstitutis. de appell. c. cùm terra. & c. ecclesia vestra. c. Cumana. c. in Genes. c. cõgregato. c. cùm in veteri. & ca. bonæ. 2. de electio. Specul. de electio. §. 1. & est Regia lex hoc ipsum docens.

ADDICION.

¶ *Acerca desta ley se vea la ley. 1. tit. 6. lib. 1. Recop.*

COstumbre antigua [a] es en E-

17. incipi. *Election.* tit. 5. part. 1. ibi, *que el Dean y los Canonigos que en ella se acertasen, &c.* Et hoc procedit non solùm quando vacat per mortem, verum etiam quando per priuationem: vtroq; enim modo electio pertinet ad Capitulum, & Decanum. c. ad petitionem. de accusa. Panor. in. d. c. cum ecclesia sutrina. Hodie tamen per reseruationes Papæ, & regulas cancellariæ Apostolicæ aliter prouidetur in ecclesijs cathedralibus, & aliquibus collegiatis. vt notat Panor. in. c. 1. de electio. & tenor regulæ cancellariæ Innocentij octaui Papæ. 2. in ordine, sequens est.

Item reseruauit specialiter omnes ecclesias, & Patriarchales, Archiepiscopales, necnõ omnia monasteria virorum, valorem ducentorum Florenorum auri, communi existimatione excedẽtia, quotiescunque illis vti voluerit.

Est tamen dubium, Vtrum in electione Episcopi debeant interuenire aliæ personæ, tam ecclesiasticæ, quàm seculares simul cum electoribus? Et videtur, quòd sic, c. fin. 63. dist. vbi clerici debent interesse electioni, item religiosi. c. obeũtibus. ea. distinctio. 63. Nam quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari. d. ca. fin. ibi, ne plebs inuita, &c.

Pro declaratione autem facio sequentes cõclusiones. Prima sit. Electio prælati ad solos Canonicos ecclesiæ cathedralis, sine eo, quòd interueniãt cum eis aliæ personæ ecclesiasticæ cuiuscunq; religionis sint, vel seculares, competit: nisi aliud sit de priuilegio, vel consuetudine introductum. c. cum ecclesia sutrina. de causa posse. & proprieta. c. Cumana. vbi est singul. glo. verbo, iam præscripta. de electio. glos. in. c. cum in ecclesijs. verbo, si cõmodè. de præbend. in. 6. Ex qua infertur Innocen. dictum esse verum in capitulo secundò. de iosti. dicentis, ius eligendi Episcopum solis Canonicis. & non alijs etiam habentibus dignitatem sine canonia competere. Bertrachi. in tracta. de Episcop. libro primò. parte 3. quæstione secunda. nume. 2. Hoc tamen, consuetudine in cõtrarium cessante, est intelligẽdum. tex. in. d. c. cum ecclesia sutrina.

Secun-

Secunda cõclusio. In electione Episcopi de cõsuetudine non seruatur, quòd religiosi intersint, ideò non sunt necessarij, nec admittēdi. Panor. & Philipp. Deci. in capitulo nullus. numero decimo septimò. de electio.

Tertia conclusio. Populus non est vocandus ad electionem prælati: & absq; eius assensu valet electio. Constat, quia populus est incapax, cùm electio sit ius merè spirituale, quod tribuit ius electo: quod ius non residet in laicis. ca. Massana. de electi. c. causam quæ. de præscri. Panor. in. c. querelam. nu. 6. de electio.

Quarta conclusio declarans nostram legem, sit. Consensus Principis secularis in electione prælati non requiritur: nisi ei competeret ex concessione Apostolica. Panorm. in cap. cum terra. notab. 5. de elect. Deci. in. c. nullus. n. 19. de elect.

Olim enim in electionibus prælatorum Regis consensus erat necessarius. probat tx. in. c. cū longè. 63. distinct. & capit. cum inter vniuersas. ibi, Per quos à nobis vice regia postuletis assensum, & apostolicæ cõfirmationis gratiā requiratis. & in capit. cùm terra. ibi, Quo facto, non prohibemus, quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuerint, requiratur assensus. & in. c. innotuit, ibi, Faciebant etiam ad id non modicum concors Capituli Vigoriēsis electio, petitio populi, assensus Principis, votum tuum, suffraganeorum suffragia. & in capitulo. quod sicut. ibi, Cùm in ea nihil attentatum fuerit in præiudicium regiæ dignitatis. de electio. Idem probat Ioan. Lupus de beneficijs vacantib. in curia. §. 9. ca. Reatina. vbi glo. licentia. 63. distinct.

Ex quo infertur, valere consuetudinē, quòd vacante episcopatu, canonici, vel electores nō procedant ad electionem, nisi prius denuntiēt mortē prælati Regi nostro Hispaniæ, & eius cōsensum, & approbationem habeāt. Innocen. in. c. quod licut. de electio. & ibi notat Pan. nu. 7. Panor. in. c. cum terra. col. fin. nu. 4. & in. c. cum inter vniuersas. notabil. 4. nu. 4. & in. c. nullus. de electio. si ex iure competebat Regi: de facili per talem consuetudinem iuri nō aduersam potuit recuperare suū ius, quod regale est. vt dixi in. l. 3. col. 121. ti. 3. suprà isto lib. 1. Item Reges Hispaniæ ius, & quasi possessioné habent ab eo tempore, cuius initium memoriam hominum excedit, nominandi, aut eligendi eos, qui à Romano Pōtifice Episcopatibus sunt præficiendi: ita quidē, vt nisi à Rege nominatus, nemo possit his dignitatibus insigniri. Et præscriptione seclusa, priuilegio speciali concessum est Regibus Hispaniæ, vt testatur se vidisse Gregorius Lop. in. d. l. 18. verb. *antigua costumbre.* titu. 5. part. 1. hisce verbis. Habet etiam Rex Hispaniæ iure patronatus, quas ego vidi, & tenebis menti ad declarationem huius legis. & dict. l. ordina. Hactenus ille. Et vltra eum dic hoc priuilegium competere Regibus Hispaniæ á concilio Toletano, 12. c. 6. sub Agathone, aut Leone secundo Romano Pōtifice anno primo Heruigij Gothorū Regis, qui Hispanias obtinebat natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, anno. 685. authore Roderico Archiepiscopo Toletano. lib. 3. c. 12. & doctore Didac. Couarr. in reg. possessor. part. 2. §. 10. n. 6. de reg. iur. lib. 6. vbi reprobat Ioan. Igneum in repe. l. necessarios. §. nō aliàs. nu. 356. ff. ad Sillanian. dicentē, Non etiam gloriari debēt Hispani propter dictū c. lōgè. 63. distin. Quoniā Hispani Reges ex concessione Carolo facta obtinēt, qui postquā Adrianum huius nominis primum Pontificem à tyrannide Desiderij Longobardorum Regis liberauerat, Hispanias Mahumetica prauitate imbutas Christianas fecit, potitus eis Hispaniæ Rex insinuatus est: eo medio illud ius regale cōsecuti sunt. Sententiam cuius probare conatus est Ioan. Ferrald. in tract. de insignibus Regum Franciæ. 9. iure à quo Carolus Grassalius, & ipse Gallici nominis dissentit, minimè citato Ioanne Igneo. lib. 2. regal. Franciæ. iure. 3. & sic ius præsentandi competit ex priuilegio Pontificali.

Dubicatur tamē. Vtrum Papa possit derogare istud ius patronatus, & prouidere prælaturas, & beneficia vacātia sine præsentatione patronorum laicorum? Respondeo, posse. gl. in clem. 2. verbo, Apostolicis. de præbē. Archiadia. in. c. piæ mēcis. 16. q. 7. Innocen. in. c. cum dilectus. de iure patro. Panor. in. c. 3. versi. 2. nota. & in. c. illud. ad fin. eo. tit. & in disputatio. incip. Augerio. col. 5. Ioā. Andre. Dominic. & Franch. in. c. 2. de præbend. lib. 6. Feli. in tract. quando literæ Apostolicæ noceant patro. col. 2. Roch. Curti. de iure patro. verb. honorificum. q. 3. Anchar. in. c. quoniam. de iure patro. Cæsar Lamberti. de iure patron. 1. lib. 3. partis. q. 9. art. 2. quorum opinio communis est.

Quod procedit, quādo de derogatione iuris patronatus laicorū Regum, Ducum, Marchionum, vel Comitū expressè appareret in literis. In dubio tamen nō est præsumendum voluisse illud derogare. Lapus allegatio. 96. & reg. Innocētij 8. cācellā. 40. hoc probat Cæsar Lamberti. de iure patron. 2. lib. 11. art. 9. princip. 2. partis. num. 1. fol. 371. col. 1. Couar. libro practicarum quæst. c. 36. num. 1. qui firmat hanc sententiam cōmunem esse. Ampliatur locum habere, etiā si in literis Apostolicis fuerit dictum, Ad cuiuscunq; præsentationem, seu collationem beneficium pertineat: nihilominus non comprehēditur beneficium, quod spectat ad præsentationem laicorū. Lapus allegatio. 84. nu. 6. & allegatio. 96. nu. 3. Anchar. Domin. & Frāch. in. c. cum in illis. §. 1. de præbend. lib. 6. Ioā. Andr.

in.c.dilectus,de offic.lega. Lambert. in dict. q. 9. art.6.& 7. Felin.in tract.quando literæ Apostolicæ noceant patro.col.3.& est opinio communis. Secùs tamen est, quando ius patronatus est clerici, ratione ecclesiæ ei concessum: non tamen si ex suo patrimonio. Nam in hoc æquiparatur laico.c. cùm dilectus.vbi Hostien. Ioan. Andr. Innocen. Cardi.& Panor.de iure patrona.lib.13.tit.15.partit.1.& ibi Greg.Lopez. Couarr. vbi sup. & ista est communis,& vera opinio.

Dubium etiam est, Vtrùm ex reseruatione beneficiorum veniant ea beneficia,quæ sunt de iure patronatus laicorū: Dicendū est,minimè cōprehēdi, nec affecta censeri. Et sic quamuis in curia decedat habens beneficiū tale, sine præsentatione patroni non est prouidendum, nec censetur in curia vacasse, quo ad reseruationē.gl.insignis in.c.licet. verbo,collatio.de præbēd.lib.6. Lapus allegatio. 96.Petrus Rebuff.in tracta.nominatio.q.8.n.22. & in practica beneficio. pag. 168.in.3. parte signaturæ.verb.necnon iure patronatus.nu. 20. quo loco hanc fatetur communem opinionem esse.

Distinguitur autem ius patronatus ecclesię à iure patronatus laicorum in hoc,quòd illud acquiritur, quoties ex ecclesiæ bonis ecclesia cōstituitur vel dotatur:aut deniq; ratione ecclesiæ, vel dignitatis ecclesiasticæ cōpetit alicui:hoc verò à rebus proprijs, & secularis patrimonij originē ducit. gl. notab.in clem.2.verbo,præsentare.de iure patro. Panor.in.c.illud.eo.tit.Feli.in sæpe alleg. tracta. quando literæ Apostolicæ.col.7.Roch.de Curti. de iure patrona.verb.ius. q. 7. Cæsar Lamber. de iure patro.lib.1.q.1.art.5.glo.in.c.dilectus.de offic.legat.Paul.Paris.consil. 128.lib.4. Petrus Rebuffus in tract. nominatio. q. 8. versic. Et dicitur patronus ecclesiasticus.num.22.

Ex quibus infertur summum Pōtificem posse derogare ius patronatus concessum regibus, & alijs, dummodo constet de eius volūtate:quia habet plenum ius in beneficijs.c.2.de præben.clem. 1.vt lite penden. Facit gl.in.c.per principalem.9. q.3. dicens Papam posse etiam absq; causa priuare clericum suo beneficio. Barba. in tract. de præstātia Cardi.1.par.q.1.nu. 45. Hippol. sing. 634. & adde quæ notat Deci.in.c.fin.de confirm. vtili vel inutil. ergo poterit tollere, cùm respectu Papæ sit ius patronatus gratia, respectu vero aliorū dicatur ius. Feli.in.c.super eo.col.1.de offic.delegat. Papa ergo, secundum eum, non tenetur admittere præsentatum:& si vellet, posset illum excludere, seu repellere.

In Hispania non admittuntur derogationes iuris patronatus, nec admitti consueuere:imò suprema regis tribunalia,& qui regio nomine illic iustitiæ ministerio præsunt, statim apostolicas literas examinātes propter publicam vtilitatem, earum executionem suspendūt, earundem vsum grauissimis pœnis,& cōminationibus interdicētes. vt patet in d.l.53.in curijs Toleti. Anni. 1525. Idē in regno Frāciæ fit secundùm Rebuffum in pract.beneficiorum in.3.part.signaturæ.verb. necnon iure patronatus.nu.12.& nu.36.& in tract.nominationū.q.15.nu.2.Carol.Molinæ.in regu. cācellariæ Apostolicæ.de infirmis resignantibus.nu.32. & Couar.in practicis quæstio.c.36.nu.3.vbi plura in praxi huius materiæ quotidianæ proponit.

Quæro etiam, Vtrùm dominus noster rex, & alij habentes ius præsentandi,& eligendi, teneantur, eligere digniorem, omisso digno.

Respondeo cōclusiuè, quòd tenetur, aliàs peccaret mortaliter.

Primò probatur.ex.c.licet.8.q.1.qui est Hieronym.super Leuit.c.8. Præfert nāq; historia sacra, ꝙ quando Aaron iussu Dei in sacerdotem vnctus fuit.cōgregata fuit omnis turba ante foras tabernaculi. Super quibus verbis ait Hieronym.ꝙ licèt dominus de cōstituendo principe præcepisset singularemq; elegisset, tamē cōuocatur etiā synagoga:requiritur ergo, inquit, in ordinando sacerdote etiam populi præsentia, vt sciant omnes, & certi fiat, quòd qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminētior, ille eligitur ad sacerdotiū: & hoc attestāte populo, secūdū illud Apostoli, Oportet aūt illū & testimonium habere bonū ab his, qui foris sunt.

Item & secundo. D. August. super illud Iacobi 2. Nolite in personarum acceptione habere fidē domini nostri Iesu Christi. vbi dicit glossa Augustini, Nō est putādum leue esse peccatum in personarū acceptione habere fidem domini gloriæ. Quis enim ferat eligi diuitē ad sedē honoris gloriæ Ecclesiæ, cōtēpto paupere instructiore, & sanctiore? Ausculta verbū, ad sedē honoris glorię ecclesiæ. Chrysost.li.2.de sacerdotio.admonet enim de suo nomine ecclesiasticos pastores, quòd tantò debent meritorum interualla ante stare gregi, quanto præstat excellentia pecori pastor. In cuius sententia beatus Bernard.de cōsideratione ad Eugeni.permulta eademq; egregia congerit.

Tertio.tex.est in.c. Metropolitano.63.distin. vbi ait eligendum fore optimum.

Quartò est tex.singul.in.ca. vt nostrum. vt eccles.benefic.vbi in reprehensione episcopi apponitur, quòd non ex affectu carnali, sed stricto iudicio debuit ecclesiastica beneficia in persona magis idonea dispensare.

Quintò, Iustitia distributiua dat vnicuiq; quod suū est.§.iuris præcepta.insti.de iust.& iu.& Aristot.5.Ethic.c.3. Ius enim, inquit, quod est in distributionibus, ꝓ dignitate quadā esse oportere, digni-

dignitatem autem nō esse eandem omnes fatētur.
Sexto facit optima ratio. Nā postquā in dispēsa tione beneficiorū ecclesiasticorū, & aliorū muneꝛ rū secularium nō habetur exacta meritorū ratio, ne mo est qui literarū studia sequatur, nemo qui alijs, bonis moribus imbuatur, quàm qui apud curiam Regis fuerint aptiores: ibi inquirentes auxiliū ho minū principaliū, & de latere Principum, qui eos, moribus & vita apud Principē falsē exornent, vt experientia docet: potius enim ex carnali, quàm diuino adhæc procedunt affectu. Vnde quāta ma la ecclesię Iesu Christi eius sanguine erectę, & fun datæ succreuerint, & hœresum pestes, & animarū neglectus apertissimè restātur: & omnes popula res cōquerūtur, publicè hoc omnibus manifestan tes: & clamāt contra electores, quemadmodū san guis iusti Abel clamauit ad Deū cōtra Caim. Anti quitus in primitiua ecclesia rogati, & nō rogātes admittebātur ad huiusmodi officia, & beneficia, quæ instituta fuere pro gubernāda rep. Christia na. Iā tamē abūdat illiteratis, & impatientibus ab- sq; misericordia, quod absq; lachrymis, etsi aper- tius intellectu habeo, explicare non possum. Ro- mani & infideles viros virtute & moribus imbu- tos quærebant ad gubernanda corpora, quæ san- guine, & carne tātū obtrudebātur suę reip. & prin cipes Christiani hoc facere nō procurent, cùm de animarum salutatione totius reipublicæ sanguine Christi redempta tractetur, quę quidem pendet à bono rectore, episcopo, beneficiato, & similibus. Quod si non fecerint, ipsi viderint, cùm fidelis iu- dex sit in cœlo incorruptissimus, qui eis secundū sua bona, vel mala opera & negligentia retribuet.

Præterea & septimo quod non solū dignis sed etiam dignioribus sint conferenda beneficia & munera publica, aliàs eligēdo dignū misso dignio ri quod mortaliter peccent, firmat B. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. & q. 185. art. 3. & quodli. 6. art. 9. & quod lib. 8. art. 6. Ioan. Maior. in 4. sent. q. 8. & q. 9. Caie ta. 2. 2. q. 62. ar. 2. Archiep. Florēt. 2. par. ti. 1. c. 20 §. 1. Roch. de Curt. de iure patr. verb. honorificū. q. 15. Syluest. in sum. verb. electi. 1. q. 16. Io. Lop. in rep. c. per vestras. §. 26. nu. 12. latissimè Cæsar Lamber. de iure patro. 2. lib. 3. art. 10. q. prin. par- tis. tomo. 5. fol. 252. col. 4. & faciunt quæ notat Re buff. in pract. beneficio. pag. 39. nu. 62. sub rubri. requisita ad collationē bonam. & insignis vir Do mini. Soto lib. 3. de iust. & iur. q. 6. art. 2. & Couar. regul. peccatum. 2. par. §. 7. nu. 4. de regul. iur. lib. 6. nouissimè id nunc probant.

Vtrùm autē pręsentatio & electio facta de di- gno valeat in vtroq; foro tam seculari quàm con scientiæ est dubium? Dicendum est validam esse, quamuis peccēt dicti electores, vt præmissum est gl. in. c. cōstitutis. verb. magis. de appella. & gl. in c. 3. de offi. cust. & gl. in. c. 3. de iure patro. & gl. in c. licet ergo. 8. q. 1. est tex. in. c. monasterium. 16. q. 7. & c. quia propter. iuncto. c. cùm in cunctis. de electio. c. nisi cum pridem. §. ne pro defectu. de renunt. text. in d. c. constitutis. vbi Panormit. & Franch. hoc notant de appell. & Cæsar. Lamber. vbi sup. nu. 1. & est communis opinio secundum Couar. loco præcitato. nu. 3. S. Thom. 2. 2. q. 65. artic. 3. & in quodlibetis suprà allega.

Hoc tamē intellige, quando dignior est præsen tatus vnà cum digno. Nā tunc præferendo dignū digniori, procederent prædicta. Itē si dignus fuis- set præsentatus à maiori parte patronorū erit cō firmandus omisso digniore. gl. & docto. in. c. 3. de iure patrona. Imol. & Card. in cle. 2. de iure patr. & est opinio cōmunis secundū Deci. consi. 129. in cip. diligenter cōsideratis. col. 1. nu. 2. & est magis cōmunis secundū Couar. vbi supra. §. 6. num. 4.

Dignus autē electus sine sua culpa omisso dig- niori erit tutus in conscietia & in foro fori, quāuis eū præficiēs peccauerit. Ioan. Maior. in. 4. dist. 15 q. 8. Caiet. 2. 2. q. 185. artic. 3.

Quęro quis dicitur dignior? Respōde quòd dig nior in hac materia nō simpliciter dicitur ille, qui doctior sit, vel sanctior, sed is, qui iuxta munus, & rem, cui præficiēdus est, aptior eius ministerio ap paret. siquidem quādoq; qui sanctus vir, & bonus est, ac prætereà diligentior est ad curam animarū vel ad aliud munus, ad quod est præficiendus, erit præferendus viro sanctiori, qui non ita diligens: eaq; ratione non ita aptus sicut prior administra- tioni eius muneris cui est præficiendus. Sanctus Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. versi. ad tertiū. & est opi- nio cōmunior ab omnibus recepta. Adde Grego. Lop. in. l. 5. verb. digno. & sup verb. otro. t. 15. p. 1.

Est tamen dubium, Vtrum eligens dignum te- neatur ad restitutionem damni illati hac occasio- ne digniori? Videtur quod sic: nā qui est causa dā ni tenetur resarcire illud damnum passo. cap. fina. de iniur. l. de di. §. quanquam. ff. de condi. causa da- ta. vbi constat, quod impediens alicui aliquā vti- litatem, tenetur ei ad interesse per actionem in fa ctū pro illa vtilitate. Ad idē est. l. quoties. ibi, qui cū abstulerit. C. de actio. tributo. lib. 10. facit, nā iustitia cōmutatiua hic versatur. Cum respublica seu fundator iuris patronatus euocauerit ad sua munera vel ecclesiā illum qui dignior fuerit: si er- go iste talis effectus fuit laboribus, ęrumnis, & ex pensis, vt tale posset brabium cōsequi, hoc acto, ciuitas seu respublica tenetur illū honorare, & præ mio tali afficere. l. vnicuiq;. C. de proxim. sac. scri- nio. lib. 12. ibi. vnicuique qui in sacris scrinijs mili tat, sui loci merita seruari oportere cōstituim°. Si ergo patronus digniorē scienter omisit, malitio- se fecit, ac tenebitur. argumento tex. in. c. pastora-

lis.ad fin.de iure patro.ibi,veruntamen constitui-
mus,vt episcopus,qui præsentatum idoneum ma-
litiose recusauit admittere,&c.Item suadetur.Pa-
ria sunt ab aliquo auferre quod suum est, & eidẽ
nõ dare,quod ei debetur: sed qui digniori nõ de-
derit munus,& res cõmunitatis,quæ ei debentur,
negat rem debitam ei soluere:ergo tenetur ad re-
stitutionem,acsi ab eo abstulisset quod eius pro-
prium erat.confirmatur ex S.Tho.2.2.q.62. art.
2.ad.4. vbi sic dicit. Si verò iam firmatũ sit quòd
alicui detur præbenda,&aliquis propter indebitã
causam procuret,quòd reuocetur, idem est acsi iã
habitã ei auferret: & ideò tenetur ad restitutionẽ
æqualis,tamen secundùm suam facultatem. sensit
Paludan.in.4.sent.d.15.q.2.concl.4.art.2.expres-
sius Caiet.ad Sanctum Thom.loco præcitato.ver-
sic.ad confirmationem dicitur falsum esse. & in
sua sum.verb.acceptio.pag.19.

Contrariam sententiam, imò quod ad nullam
restitutionem teneatur conferens beneficium di-
gno,omisso digniore,quãuis peccet eligẽdo scien-
ter idoneum,relicto idoniore, defendit Adrianus
Papa in 4.senten.de restitut.§.Quia iam determi-
natũ est.fol.135.col.1.versi. pro decisione huius
quæstionis ponam duas conclusiones.Domin. So-
to.lib.4.de iust.& iur.q.6.art.3. pag. 347. col. 2.
probatur,quòd tunc non peccatur contra iustitiã
commutatiuã: appellamus enim dignum ratione
præbendæ. Si ergo ecclesiæ minister applicatur
pro quantitate sui stipendij, non fit ei iniuria con-
tra rigorem iustitiæ cõmutatiuæ,vt debeatur ei re-
stitutio. Dixi contra rigorẽ: quia sempe fit ei ali-
qua iniuria contra fidelitatẽ, postquam alius dig-
nior poterat ei prouideri,tum quia ista nõ est me-
ra iustitia distributiua: quoniam, & si sacerdotia,
& præbendæ debeantur dignis, & ditiora digni-
oribus,hoc tamen non est propter ipsos, sed pro-
pter ecclesias,quibus ministeria debentur. contra-
ria tamen accipienda sunt: quando illa est mera iu-
stitia distributiua,scilicet qua distribuuntur bo-
na,quę ciuibus ob suã suorumq; causam sunt insti-
tuta. & est verior & ęquior opinio secundùm Co-
uar.in.d.regul.peccatum.2.part.§.7.num.6.

Hinc infertur idẽ affirmandũ de cõferendis ma-
gistratibus secularibus, qui administrãdæ iustitiæ
seruiũt.Debentur enim dignioribus per distribu-
tiuã iustitiã:sed tamẽ si illi prętermittãtur,restitu-
tio non est facienda prætermissis, sed populo,
qui stipendia contribuit,& damnum accipit, iniu-
ria afficitur.Soto.lib.4.de iust.& iur.q.6. art.3.
pag.348.col. 1, vbi agit de scholaribus suffragia
præstantibus,aut alij aliter impediunt ne dignior
cathedram consequatur, an teneãtur ad restitutio-
nem. dicam infrà,in.l.2.tit.10.isto lib.1.

Quid autẽ si pręsentet indignũ, & fuerit appro-
batus relatione patroni à Papa,vel alio ecclesiasti-
co prelato?vt fit hodie,q Papa cõfirmat presenta-
tũ à rege ad prelaturas per solas suas literas pręsen-
tatiuas,in quibus electum à se cõmendat. Respon-
deo dicendũ.Qui scienter,seu crassa ignorãtia est
causa immediata,quòd quis consequi valeat præ-
laturam,aliudue munus ecclesiasticum,tenetur ec-
clesiæ instaurare quantum de operis ad salutẽ re-
rum & animarum necessarijs ex hoc ecclesiæ sub-
tractum fuerit. Adrian.in.4.senten.de restitut. §.
suprà citato.fol.156.col.2.vers.2.concl.vbi opti-
mè hoc probat.Ratio ea est,quia quicũq; sua cul-
pa occasionẽ damni dederit, totũ damnũ dedisse
censetur.c.fi. de iniur. & dignus est præsentãdus.

Vtrùm pręsentãs indignũ priuetur ea vice præ-
sentandi dubiũ est,& videtur q sic.tex.in auth.de
sanctiss.episcop.§.si quis oratorij domus,ibi,tunc
sanctissimus episcopus quoscũq; putauerit melio-
res ordinari procuret,&c.colla.9. Item eligendo
indignũ quis est pro ea vice potestate eligẽdi pri-
uatus,& ad superiorem deuoluitur potestas cõfe-
rendi.c.si cõ promissarius.de electio.lib.6. Idem
est si vicarius indigno contulerit beneficium:non
enim poterit pro ea vice conferre digno, cũ fun-
ctus iam fuerit officio suo.d.cap.si compromissa-
rius.Rebuff.in concord.de collatio.§.si quis verò.
verb.dispositiones.expresiùs in pract. beneficio-
rũ.in forma vicariatus.nu.146.cum seq. pag. 75.
si ergo conferens beneficiũ est potestate confe-
rendi priuatus pro prima collatione.c. cũ in cun-
ctis.§.fi.de electio.c.cũ vitoniensis.eo.tit. glo. in
c.cum singula.§.prohibemus.de præb.lib.6.& in
pragma.sanctio.Gallica.tit.de collatio.§.q.si pre-
dicta.verb.priuati,& hoc si sciẽter. quòd in dubio
præsumitur electionem factam fuisse,cum episco-
pus tenetur de vita & moribus illius inquirere,
antequã ei conferat.c.innotuit.de electio. & Car-
di.Zabarel.conf.133.incipien.duo sunt. debet er-
go habere plenam notitiam eius cui confert.c. bo-
næ.2.in fin.& ibi Panorm.notab.12. de postula-
tio.prælatorum sicut qui cum alio contrahit, nõ de-
bet esse ignarus eius conditionis, cũ quo contra-
hit.l.qui cũ alio.ff.de reg.iur.sic. & is qui vult ali-
cui conferre. Sed quis hoc faciat,nescio:sed nõ es-
sent tot pecora Meliboei ecclesijs præposita, si
de his fuisset inquisitum,quod dolendum summo
opere & conatu est. si tamẽ constaret aliqua iusta
causa de ignorantia iusta excusabitur. c. postula-
stis.&.c.Apostolicę.de cleri.excomm. ministran.
Rebuff.in practi.beneficio.pag.49.tit.poenæ. cõ-
tra collatores indignis conferentes. num.2. igitur
idem dicendum in patrono, cum sit iustum vt in
eo puniatur in quo delinquit.c.an sit. & ibi gl. de
appella.cap.prouida. de electio. lib. sexto. l. 26.
tit.5. part. 1. & prædicta poena contra eligentes
indig-

indignum habet locũ etiam in electionibus laicorum. Bald. in cap. venerabilem. de electio. etiam si electio competat ex priuilegio. capit. secundo, & ibi Panormi. notabi. 1. de postul. præla. Gregorius Lopez in dict. l. 26. in verbo, *de aquella vez.*

¶ In hoc tamẽ dubio plures opiniones referuntur à Cæsar. Lamberti. de iure patro. 4. arti. 10. q. princip. 1. partis. 2. lib. 1. n. 1. cũ seq. & Gre. Lopez in d. l. 5. verb. *otro*. tit. 15. part. 1. Pro quo sit conclusio. Patronus ecclesiasticus ratione ecclesiæ & nõ patrimonij præsentãdo sciẽter indignũ est priuatus pro illa vice iure præsentãdi. gl. in ca. cũ vos. de offi. ordi. Arch. in c. vni. de præb. li. 6. & ista cõclusio ab omnibus recipitur, secũdũ Cæsar. Lamber. vbi suprà. nu. 15. quia patroni ecclesiastici sunt electores, & dicũtur per suã presentationẽ eligere. Ideo disposita in electione debẽt habere locũ in eis, & sic procedũt fundamenta à me adducta in principio præsentis quæstionis.

Secunda conclusio. Patronus laicus præsentando minus idoneũ si est intra quadrimestre tẽpus, non est priuatus, sed poterit aliũ præsentare, licet primus ab eo præsentatus fuerit iudicatus minus idoneus. de hoc est casus clarus in c. cũ vos. de off. ordina. & in hoc casu est intelligenda opinio. Ioã. And. ibi cũ sequacibus, volẽtibus, ꝙ multò magis præsentãdo aliquẽ nõ instituẽdũ debet posse variare præsentãs, quã cũ præsentat idoneũ: nã debet intelligi, quãdo non præsentauit indignũ, sed minus idoneũ, & adhuc est infra quadrimestre. l. 5. tit. 15. par. 1. quæ est opinio cõmunior: & isto modo intellecta non corrigit primam conclusionem.

Tertia conclusio. Patronus laicus præsentans scienter indignũ, est ipso iure pro prima vice priuatus iure præsentãdi, tex. in d. §. si quis oratorij. in authen. de sanctissi. episco. colla 9. Panor. in c. illud. nu. 8. & in c. cũ propter. nu. 6. de iure patro. & est verissima opinio secundũ eundẽ in ca. cum vos. col. 2. de offi. ordi. & cõmunis secũdũ Cæsar. Lamber. vbi suprà. n. 14. tenet Paul. de Citadi. de iure patro. 6. part. art. 2. nu. 5. & est cõmunior opinio secundũ Roch. Curti. verb. honorificum. q. 4. nu. 15. & Grego. Lop. in d. l. 5. tit. 15. part. 1. Et ista opinio habet locũ, quãdo præsentatus ex eo est indignus, quia nõ habet requisita apposita per fũdatorẽ in fundatione bñficij, quia erat præsentandus presbyter, & præsentauit puerũ. nã hoc casu fiet deuolutio ad superiorem, quia videtur delinquere, non obseruando intentionem fundatoris. Et hoc casu intelligo procedere opinionẽ Barba. consi. 33. incipi. scripsit psalmista. in 5. dubio. lib. 2. vbi quærit, Quid si patroni, qui secũdũ dispositionem fundatoris habebant præsentare sacerdotem ad ecclesiam, & præsentarunt clericum primæ tonsuræ, an sint priuati iure præsentandi pro illa vice. Et dicit ꝙ sic. Fortè tamẽ opinio, ꝙ intra quadrimestre tempus datũ ad præsentandũ possit laicus dignum cumulare, non obstãte incapacitate primi præsentati, est verior, & communior, & habet pro se legem partitæ. Et ad dictum. §. si quis oratorij, potest responderi vt gloss. & ibi Imol. in dict. cap. cum vos. Has tamen conclusiones feci, vt opiniones contrarias cõmunes concordare valeas. argum. c. cum expediat. de electio. lib. 6. ¶ Quibus autem differant patroni ecclesiastici, & laici, vide nouem differentias per Panormitanum in capitul. cum propter. columna secunda. numero quinto, de iure patronatus, & per Paul. de Citadi. de iure patro. 13. parte principali. l. 6. & l. 7. titul. 15. parti. 1. ¶ Quæro vlterius, Vtrum tempus quadrimestre datum secularibus patronis, & semestre ecclesiasticis ad præsentandum. c. vni. §. verum. & ibi concord. in gloss. de iure patro. lib. 6. currat à tẽpore notitiæ, an à tẽpore vacationis? Respondeo, quòd à tempore tantũ vacationis currere secundum cõmunem opi. Rot. decisi. 38. in antiq. & Cæsar. Lamb. in loco infra citato. col. 2. nu. 1. & col. fin. vbi dicit, quod ita obseruatur hodie, nam per ordinarium non admittitur ignorantiæ allegatio, vel impedimenti, sed lapso tempore ad præsentandum incontinenti ipse prouidet, dicit communem Rota antiq. decisi. 38. isto titu. in antiqui. & Cæsar. &c. quòd à tempore notitiæ currat patrono tempus. tenet Tiraquell. de retract. libro primo. §. 35. gloss. 4. numero septimo. vid. plures citat idem firmantes. Cæsar. Lambertinus de iure patronus. 8. articul. prima quæstione principalis. secundæ partis. 2. libri. fol. 263. columna secunda. cum sequentibus. Adde Paulum Parisiensem consil. quadragesimo primo. columna prima. nume. vndecimo. lib. quarto. Ioan. Nicola. in tracta. beneficio. titul. tertio. num. 34. pagin. 146.

spaña q̃ los Reyes de Castilla cõsientan las electiones [a], q̃ se han de hazer de los Obispos y perlados. Porque los Reyes son pa-

a ¶ *Consientan las elections.* Videtur non posse procedere ex Panormita. sententia in cap. t. cum terra. vlti. notabi. de electio. qui per illum text. vult, quòd cõsuetudo, vt electio dependeat à facultate seu voluntate principis, vel alterius nõ valet si tñ cõsuetudo habet vt requiratur assensus post electionẽ, valet cõsuetudo, nõ tamẽ debet induci re-

tractatio electionis, si ille dissẽtit sine iusta causa, & legitima. Sed Hispaniæ Rex habet illud ius regale ex priuilegio sedis apostolicæ, vt dixi in gl. 1. ideo nõ obstat, & Gre. Lo. idẽ annotauit in. l. 18. t. 5. p. 1. verb. *Costũbre*. ¶ Sed est dubiũ, Quid sit electio? Dic esse vocationẽ alicuiꝰ personę ad prælaturã, vel societatẽ fraternã canonicè factã. Ita Host. in summã istius tit. §. 1. gl. in c. vnic. verb. vera postulatio. đ postul. pla. lib. 6. Panor. in rub. eo. tit. n. 2. Deci. in rubr. de elect. n. 1. Boeri. decisio. 1. n. 1. Petrus à Braxio. in directo. elect. 1. parte. c. 1. nu. 2. vbi probat electiones omni iure esse cõprobatas. Eandem definitionem posuit. Angel. in summa verb. electio. in prin. Archie. 3. parte. ti. 19. c. 2. nu. 1. l. 17. tit. 5. part. 1. Colligitur etiã hæc definitio ex c. cum in cunctis, & ex c. cum ecclesia Vulterana, & ex c. quia propter. de elect. & ex c. olim. de arbitr. ¶ Dubitatur etiam, Quo in loco sit electio celebranda? Responde ꝙ in ecclesia cathedrali debet electio prælati fieri. ca. ꝙ sicut. & ibi Panor. nu. 2. de elect. Rota noua decisi. 288. sub isto tit. citat. c. cum terra, & c. in causis de electio. c. qua fronte. & c. constitutus. de appellatio. c. In nomine domini. 23. distin. vbi gl. verb. fieri locum id habere firmat adeò, ꝙ si alio, quàm consueto loco fieret electio, esset nulla. ¶ Locus autem consuetus oportet sit in ecclesia, in capitulo, vel in alio loco honesto. Panor. in. c. in causis. nu. 3. & in ca. sicut. nu. 2. de electio. Specul. de elect. §. 1. n. 11. versi. debent autem. Hostien. in sum. istius titul. §. vbi Bertachi. in tract. de episco. 2. p. 1. lib. n. 1. Archiep. Florent. 3. par. tit. 19. cap. 2. §. 2. Angel. ver. electio. §. 11. versi. in quo loco. ¶ Quæri etiã posset, Vtrum electio facta loco interdicto, sit valida? Panor. in c. 1. de postu. præla. respõdet, ꝙ licet Archidia. in. d. c. In nomine domini. 23. distin. teneat quòd non, tamen Hugo Vercel. Ioan. Andr. & cõmuniter Docto. tenent quòd valet electio, vel postulatio, quia sunt quidam cõtractus. Quod probatur per text. in. d. c. 1. Idem tenet Angel. in sum. verb. electio. §. 12. versi. vtrum in loco. Collectar. in cap. cum terra. num. 4. de electio. ¶ Vlterius etiam quæritur, Vtrum electio clandestina sit valida? Panor. in. c. 1. de clandesti. de sponsa. nu. 2. tenet quod non. glo. in cap. 1. vt ecclesiast. benefi. in verb. occulta. in fin. per tex. in cap. quapropter. in fin. de elect. Felin. in. c. consuluit. col. 7. nu. 20. de offi. delega. Rebuff. in concordata tit. de collatio. in princi. pagin. 19. versi. idem si fuerit extra curiam, vbi probat collationem beneficij noctu, seu clam factam valere. Selua. de beneficio. 3. part. quæst. 17. num. 4.

trones de la Iglesia, segũ se contiene en este nuestro libro en el titulo de los Perlados, y clerigos, y de sus priuilegios.

Quæro etiam, dato quòd in ecclesia ex iusta causa nõ potest electio fieri, mutaturq; propterea locus, Vtrum debeat in citatione seu edicto locus inferi, & causa mutationis? Respõdet quòd sic, secundum Speculatorem. de electione. §. primo. numero vndecimo. Bertachi. in tracta. de episco. 2. parte. 1. lib. numero tertio. quæstio. 3. argumen. text. in cap. bonæ. 1. de electio. cap. fin. de rescrip. & cap. 1. de dilatio.

Versatur etiam & aliud dubiũ, Vtrũ ex electione ante collationẽ beneficij dicatur quis in eo ius habere? Videtur non habere, eo ꝙ confirmatio requiratur. gl. in clem. vnica. verbo. dispositionẽ. de supplen. negligen. prælat. & in clem. quia contingit. §. vt autem. verb. electionẽ. de religios. domi. Si ergo ad actus perfectionẽ requiritur confirmatio, non est illi per electionẽ ius acquisitũ. glos. in c. sicut viri. 40. distin. Deci. in rub. de electio. Quę communis opinio est & verior, secũdum Ludoui. Gomes. post glos. ibi. in regul. cancel. apostoli. de triennal. possess. q. 35. col. 2. versic. Tamẽ istis nõ obstantibus ꝙ per solam præsentationem, vel electionẽ, sine confirmationem, vel institutionẽ non tribuitur ius in rę, sed ad rem: & sic quoddã præparatoriũ ad consequendũ beneficium. Facit. cap. cũ olim. ibi, vel confirmatione à nobis, vel ab ipsis, &c, de consuetudi. Nauar. in repe. c. accepta. opp. 6. num. 2. pag. 110. de resti. spoli. & quæ not. Boeri. decisio. 2. num. 47. & sic episcopus dicitur post consecrationem, cap. cum in cunctis. §. cũ vero. de electio. Conci. Triden. sessio. 23. can. 2. & sic ante consecrationẽ non vacabunt beneficia quæ habet cum plene nõ dicatur ius habere indignitate episcopali. vt consului in fauorem perillustrissimi ac Reuerendissimi episcopi Tudensis, Canonici Zamorensis tempore præsentationis.

His tamen obstat gl. in. c. quãto. 63. distin. quæ asserit per solam electionem electum cõsequi ius plenum prælaturæ. Quæ etiam opinio cõmunis est secundũ Ioan. de Selua in tract. de beneficio. 3. parte. q. 11. nu. 44. & in q. 1. nu. 5. eiusdem. 3. partis Bertachin. in tract. de episcop. lib. 2. q. 29. nu. 49. Deci. in. c. postquã. n. 3. versi. Secũdò noto. de electi. Felin. in. c. cũ Bertholdus. nu. 2. de re iud. Rota noua. decisi. 489. n. 2. Panor. in. c. transmissam. col. 3. nu. 3. de electi. Cæsar Lãberti. de iure patro. 8. arti. q. 5. princip. 2. partis. 2. libri. nu. 5. Facit. ca. 2. de in integrum. restitu. vbi electus potest defen-

dere

dere suã electionẽ, cap.cũ dilectus, de cõsuetudi. cap.cupientes.§.cæterũ de elect. lib. 6. Sed prior opinio verior est,& fortè magis communis: quæ procedit in electionibus collegialiter vel alio modo factis ab ijs,qui eas cõfirmare nõ possunt. Si tamen ab alijs fiat electio,qui potestatẽ habent cõfirmãdi,talis electio ius plenũ in re tribuit,cũ loco plenæ prouisionis habeatur, vt annotauit Felin.in cap.cã te.col.3.de rescript. Et in hoc casu procedit opinio cõmunis cõtraria vltimo loco relata. Nõ ita erũt cõmunes cõtrariæ:sed vnaquæq; in casu suo locum habebit fœdere doncordiæ.

Est & alia non minus elegans quæstio, Vtrùm electus ante confirmationem posit exercere ea, quæ pertinent ad administrationem prælaturæ? Responde quòd non ante expeditionem literarũ apostolicarũ,extrauag.1.§.præsenti.de electio.inter communes. Nec beneficia prouidere poterit. Ioan.de Selua.de benefi.2.part.q.15.

Nota tamẽ beneficia solũ ad prouisionẽ, & collationẽ episcopi spectãtia nõ transferri in capitulũ sede vacãte,sed episcopo reseruari.c.vni.§.1.ne sede vacan.lib.6.Ioan.de Selua.in tracta.de beneficio.2.parte.qõ.11.Cæsar Lãberti. de iure patrona.14.art.2.q.principa.1.partis.2.lib. nu.7. Ioan. Franciscus in tracta.de officio & potestate sede vacãte.2.par.q.1.Rebuff.in practica beneficiorũ, tit.de deuolutionibus.nu.71.Ad idẽ est tex.in ca. illa.ne sede vacan.& cap.1.de institu.lib.6.

Probatur vlteriùs.Nã episcopi nomẽ ex cõfirmatione venit,nõ ex sola electione,cap.1. de trãslatio episco. Nõ igitur istud nomen ei competet, ac per cõsequens nõ erit episcopus seu prælatus. ¶Hinc asseruit Bald.in.l.si nondũ. col. 1. num.2. C.de furt.nõ dici occidisse prælatũ, qui tantũ electũ,nec adhuc consecratũ occidit.glo.etiã in clemen.vni.verb.episcopis.de foro cõpeten. asserit nomine episcopi electũ tantũ & confirmatum venire.¶Confirmatur vlterius ex cap.transmissã.de electio.& cap.auaritiæ,eodẽ tit.lib.6.Quibus cõstat electũ non confirmatũ non posse quicquam exercere de his,quæ pertinent ad beneficium,seu prælaturã,ad quã est electus. Facit ca.is cui de electio.lib.6.Per prædicta igitur ante cõfirmationẽ nõ dicetur nec erit episcopus abbas,seu prælatus.

Hinc fit,vt electus ante cõfirmationẽ in habitu, non autẽ in actu dicatur episcopus.glos.in clemẽ. 2.verb.pontificũ,de celebra.missa.tex. & ibi Panor.nu.2.in cap.tua.de his,quæ fiũt à maiori parte capituli.& cap.tam literis.vbi Panormi.num.2 de testib.glo.in cap.1.verb.dedicãda. de religiof. domib. Quæ glos.firmat episcopũ in consecratione recipere nomẽ,quemadmodũ nouitius in professione. Citat Ripa in cap.cã te.nu.1. de rescript. Hinc etiã dixit gloss.in clem.1.verb.quemuis põtificẽ,de pœn.electos,nec tamen consecratos non esse episcopos.c.nulla ratio.62. distin. Nec ante susceptionẽ pallij dicitur electus Archiepiscopus ca.nisi.de autorita.& vsu pallij.

Hinc etiã est, ꝙ electus ante confirmationem non debet administrare:si autẽ administret, dicitur intrusus,ac iure priuabitur.cap.auaritiæ.de electio.lib.6.vbi Philip.Franc. cõscribit septẽ casus, in quibus electus ante confirmationẽ administrare potest.Et Rebuff.de pacific.possess.in 4. limita.nu.241.& in praxi beneficiorũ.titu. de miss. in possessionẽ,nu.10.pag.89.& latiùs ibidẽ pag.331 nu.7.regul.de subrogandis litigantibus. glo.4 n.7

Ex quibus notanter infero, Imperatorem ante confirmationem & consecrationẽ non esse Imperatorẽ,& sic carere administratione. l. bene à Zenone.ibi.Ex eo tempore valitura,quo motu diuino imperiales suscepimus insulas,vbi gloss.asserit. argumen. ꝙ non valet ante ipsius coronationem priuilegium.C.de quadrien.præscript.Barto.in.l. ex eo.ff.de milita.testam.per illũ tex. vbi electus non potest dici miles, antequàm sit in matricula descriptus.tex.in clem.1. ad medium. de iure iur. ibi,Ego H.rex Romanorum annuente Deo futurus Imperator, & ibi nor.glo. in verb. futurus. Bart.in procem.digestorum.num.15. tenet in Imperatorẽ electum non dici ante consecrationẽ Imperatorẽ.Ias.in.l.2.nu.5.C.de inoffic. testamen.

Temperandũ tamen est istud dictum,ac asserẽdum,quòd Imperator posit ex electione tantũ priuilegia concedere,& dicatur Imperator, contra prædicta. Quæ communis est opinio secundũ Deci.consil.194.nu.1.lib.1.& Hierony. Cagnol. in repe.procem.digestorum,nu.40. gloss. in c.legimus.verb.Imperatorem.93. distinct.

At vt veritas huius dubiæ quæstionis appareat, opportunum erit aliquas subijcimus assertiones. Quarum prima sit.

Ex electione sola,quamuis ex ea acquiratur ius ad rem electo ante confirmationem, nõ tamẽ poterit administrare,nec ea,quæ sunt iurisdictionis, nec ea,quæ sunt ordinis.c.auaritiæ.de elect.lib.6.

Ratio est,quia administratio non est ei cõcessa ante ingressum officij.l.obseruare. §. fin. de offi, proconsu. Paul.Castren.in.l.absenti. col.2.ff. de dona.num.2. Sed ante confirmationem caret ingressu:ergo & administratione.

Secunda conclusio.Electus nondum consecratus,tamen confirmatus poterit quæ sunt iurisdictionis ministrare gloss.in capit. transmissam. de electio.capit.cum in cunctis.§. Cum verò. & ibi. glo.de electio.quæ firmat,quod ante consecrationem nihil attingere debet.cap.qualiter. eod.titu. Quæ autem sunt ordinis episcopalis,poterit post consecrationem exercere.glo.in dict.c. transmissam,

fam.& cap.is,cui procuratio.isto.tit.lib.6. Ratio huius conclusionis est,quia episcopatus est ordo. cap.cleros.21.distinctio. Cōsecratio autē est illa, quæ cōfert ordinē, nō electio, secundum gloss. in procem.sexti.verb.episcopus.Panormi.in ca.quā to.de offici.ordin.Ripa.in cap. eā te. nu.5.de rescript.vbi subijcit aliquas declarationes,quādo electus sola electione consequitur ius prælaturæ,& administrādi,nō tamē exercitiū.cap.pastoralis,in fin.de rescript.quod consequitur per confirmationē.glo.in ca.quāto.63.distinctio. Panormi.in ca. transmissam.de electio.Felin.in cap.cum Bertholdus.col.2.de re iudi.Adde Rochum Curti.de iure patro.verb.honorificum.q.39.num:70.

Quod tamen fallit in abbatia. Abbas enim ex electione consequitur ius, quia poterit conferre minores ordines, licèt non sit consecratus:Abbas enim minores ordines confert.ca. cùm contingat. de æta.& quali.Domi.in.c.is cui.de elect.libro.6. Ripa in cap.eam te.num.9.de rescript.

Potest etiā ante benedictionē vti baculo pastorali.Cardin.in clem.attendentes.§.statuimus.col. 2.de statu monach.Et mitra,secūdū Host.& Ioan. Andr.in.c.cū inter monasteriū.de re iudi.Firmianus in tracta.de episcop.in.4. par.2. principa.lib. 1.q.1. ¶Est & aliud dubiū,cui cōpetat iure cōmuni ius conferendi beneficia? Responde, Episcopo loci, vbi beneficia sunt.c.omnes basilicæ.16.q6.7 cap.2.de conces.præben.c.ordinarij. de offi.ordina.lib.2.per regulam tamen cancellariæ apostolicæ Pauli tertij de mensibus reseruatis habet Papa sibi reseruatos octo menses ad prouidendum,reliqui quatuor ad ordinarium pertinent.Dicit enim regula, *Omnia & singula beneficia ecclesiastica,cum cura,& sine cura,qualitercūque qualificata,secularia, & ordinum quorūcunque regularia, vbilibet existentia,in singulis Ianuarij,Februarij, Aprilis, Maij,Iulij, Augusti,Octobris,& Nouembris mensibus,&c.* Item Dominus Paul.Papa Quartus zelo iustitiæ & rectæ gubernationis motus,ne grex sibi commissus pereat ex defectu proprij prælati, concessit sex menses alternatiuè per singulos annos prælatis residentibus in suis episcopatibus,& diœcesibus:cuius tenor,qui adhuc typis non est traditus, quanquam à plurimis desideretur,talis est,

Reseruatio mensium Apostolicorum,& concessio alternatiuarum omnibus ordinarijs in suis ecclesijs,seu diœcesibus residentibus.

Sanctissimus † in Christo pater & Dominus noster Dominus Paulus diuina prouidentia Papa Quartus (qui certis modo & forma tunc expressis antea reuocauerat quascunque gratias præuentiuas emanatas à suis prædecessoribus ad beneficia vacatura) cupiens prouidere de beneficijs ecclesiasticis clericis pauperibus, & alijs personis benemeritis, reseruauit generaliter dispositioni suæ omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia, & regularia, quorumuis ordinum, qualitercūque qualificata, & vbilibet existentia, quomodolibet vacatura extra Romanam curiam, aliàs quâm per resignationem singulis mensibus Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, Aprilis & Maij, in antea vsque ad quinquennium à die publicationis præsentis constitutionis computandum, quomodolibet pertinentia ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliā dispositionem, quorumcunque collatorum, & collatricum, secularium, & regularium: non tamen Cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ, aut aliorum comprehensorum sub concordatis initis inter sedem apostolicam, & quoscūque alios, & acceptatis & obseruatis inter eos, qui debuerunt illa acceptare & obseruare, quæ lædere nō intendit. Et voluit quòd in supplicationibus, seu cedulis gratiarum, quæ fient, etiā motuproprio, de dictis beneficijs tūc vacātibus fiat mētio dispositiuè de mense vacationis illorū: alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ. Et quòd priuilegia, & indulta apostolica de disponēdo de huiusmodi beneficijs quomodolibet concessa quibusuis personis, & collegijs cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, etiam cum clausulis derogatorijs derogatoriarum, ac fortioribus, & insolitis, decretisque irritantibus, & alijs nullatenus suffragentur aduersus reseruationem huiusmodi. Decreuitque in præmissis sic iudicari debere per quoscunque, &c.

Et

† *Sanctissimus* Cōfirmata est per Piū Papā V. in Anno 1565. suæ promotionis vt habetur ad finem suarū regu. cancellariæ, vbi agit de mensibus reseruatis Papæ, & de confirmatione istius alternatiuè pro Episcopis residentibus & dicit ad finem ac Episcopi, archiepiscopi, & Patriarchę præfati intra tres menses à die publicationis præsentis cōstitutionis cōputand. seu alternatiuā huiū acceptare, vel recusare corā notario publico, & testib⁹ declarare teneātur alioquin lapso trimestri alternatiua huiusmodi illis nullaten⁹ suffragetur, quā singu. nota.

Et insuper sanctitas sua volēs gratificari ordinarijs collatoribus, concessit eis (quotiescūque, apud eorum ecclesiam, seu in eorum diœcesibus resederint) facultatem liberè disponēdi de quibusuis dignitatibus personatibus, administrationibus, officijs canonicatibus, præbēdis, ac alijs beneficijs ecclesiasticis, cum cura, & sine cura secularibus, & regularibus quorumuis ordinum pertinentibus ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quanuis aliā dispositionem eorum, quæ in antea vacare cōtigerit in singulis mensibus, Augusti, Octobris, Decembris, Februarij, Aprilis, & Iunij) dūmodo non fuerint aliàs reseruata generaliter dispositioni apostolicæ, vel affecta ex generali reseruatione apostolica: etiam si præsentationes, nominationes, vel electiones aliorum consueuerint præcedere quæ salua sint, non obstāte prædicta reseruatione: quam, & decretum in ea contentum noluit habere locū quoad eos: dūmodo non se intromittant de collatione & prouisione beneficiorū pro tēpore vacantiū in reliquis sex mensibus, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, quæ ex tunc: prout ex ea die, & econtra reseruauit, vt præfertur, dispositioni suæ, decernens irritum, &c.

Est etiā & alia quæstio. Pensio cōstituta fuit in ēpatu, vel abbatia tēpore noīationis factæ à rege de epō vel abbate: nō tñ eo tēpore, quo bullæ fuerūt expeditæ, fuit à rege patrono declaratus pensionarius: at lapso biēnio, fuit iterū noīatus pensionarius, & expeditæ bullę. Dubitatur à quo tpe debeatur pēsio? Rñdeī, q̃ literis nō expeditis, quāuis gr̃a iam fuerit concessa per supplicationē pēsio nō debetur, saltē in foro fori, vsque quo literę fuerint expeditę gl. regulæ Innoc. 8. cācel. 25. ad fin. vbi dicit, Itē per hāc regulam practicatur, q̃ licèt vnus cōsentiat in cancellaria, in certa pēsione persoluēda, tñ nihilominus nō tenetur eā soluere, nisi bullis pēsiōis expeditis, & intimatis. Idē pbat Rebuf. d̄ pacific. possess. nu. 26 Ludo. Gome. elegāter, in regu. cācellariæ, de nō iudicādo iuxta formā supplicationis. q. 14 quod est singulare: quāuis qñ literæ apostolicæ expediuntur, soleāt retrotrahi à tpe dati cōsensus à prælato in pēsionē: alias aūt nō essēt retrotrahēdæ. Adde quod ea quæ cōstituta sunt in erectiōe seu fundatiōe quorūcūq; bñficiorū, aut alijs cōstitutiōibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa onera sunt iniūcta in bñficiorū collatiōe seu in quacūq; alia dispositione, nō est derogādū, & aliter puisio subreptitia cēseatur, vt habetur in Con. Triden. sessio. 25. c. 5. pag. 280.

¶Ley. III. *Que ninguno tenga encomiendas en los abadengos saluo el Rey.*

ADDICION.

¶Esta ley se contiene en la ley. 6. tit 6. lib. 1. Recopil. y alli se quita la pena de la maldiciō que esta ley pone.

NO Pueda auer encomiēda en los abadengos en estos Reynos, saluo el Rey a quien pertenesce [a] guardar y defender los monesterios y abadengos, assi como su patrimonio real: porque todo lo que tienen y posseen fue dado por limosnas de los reyes nuestros

¶Lex. III.

a ¶*Saluo el Rey a quiē pertenesce.* Cōcord. l. 5. ti. 3. supra isto lib. 1. & cū. §. fin. concord. l. 9. titu. 2. eod. lib. & vtrobiq; nōnulla notāda scripsimus. Hic inquirēdū est & vltra. Iá diximus, q̃ exteri sunt inhabiles ad obtinēdū beneficia ecclesiastica, in isto regno. Remanet nūc dubiū, Vtrū habēs beneficiū ecclesiasticū ex dispēsatione possit illud antiquū cū nouo permutare? De qua quæstiōe in facti contingētia subiecta dubitaui: nā apud Deū nulla est acceptio personarū: quare oēs sunt capaces de iure ad obtinēdū beneficiū: dum tamē idioma loci, quæ bñficiari prætēdūt, nō ignorēt, vt colligitur ex regul. cācella. 19 Inno. 8. & ibi glos. Sed prohibitio, & incapacitas est priuatio & pœna. Barb. col. 23. in rubr. de fide instru. c. is qui. de sentē. excom. lib. 6. Nō igitur, nisi lege caueatur, est imponenda.

nẽ da.c.odia.đ reg.iur.lib.6.& dict.cap.is qui. Secundò quia ꝓhibitus cõsequi beneficiũ de nouo nõ est ꝓhibitus antiquũ cũ nouo permutare. Domi.& franc.in cap.2.de excel.præla.lib.6. Faciũt pro cõfirmatione quæ notat in permutatione Andr. Tiraq. de retra. lib.1.§.30.glo.2.nũ 27.cũsequẽti. Si ergo ꝑmutatio est minoris prçiudicij, cũ vnũ cũ alio cõpẽsetur, cõsequẽs erit, ꝙ possit. ¶Cõtraria tamẽ sẽtentia verior est: q̃ dispẽsatio est stricti iuris. Nõ igitur vlterius, quã ad beneficiũ habitũ ex collatiõe, debet extendi, quæ est necessaria ĩ permutatione. Negari enim nõ potest, ꝙ bñficiũ vacet ꝑ ꝑmutationẽ, c.vnico. de rer.permuta.li.6. Cõfirmatur etiã ex Archid.in c.1.col.fina.đ fili.presbyte. li.6.quẽ sequitur Petr⁹ Andre. Gãmar⁹ in tract. đ permuta.benefici.2.p.nu.72. Colligitur etiã ex Petr. đ Vvaldens. in tract. de permuta. benefi. n.51.qui asserunt bñficia, quę vacare nõ possunt, vt quia sunt vnita, vel extincta, & supp̃ssa post mortẽ eis præsidẽtiũ, vt patet in cap.cũ accessissent. de cõstitutio. nõ posse permutari. Sed exterius habet priuilegiũ habẽdi istud beneficiũ. Nõ igitur aliud ex vi permutationis habere poterit. Secus tamẽ est, si naturalis esset.

nueſtro progenitor fizo en las cortes de Segouia en el año del ſeñor de mil y trezientos y nouenta años: Ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante todos los pleytos que vinieren de grado en grado ante nueſtros Oydores, en los quales dieren, y pronunciaren ſentencias confirmatorias, que de las tales ſentencias no aya alçada, reuiſta, ni ſupplicacion para ante nos, ni para ante los dichos nueſtros Oydores: pero que ſi los dichos Oydores dieren ſentencias en los caſos ſobredichos, en que reuocaren todas las ſentencias paſſadas, o alguna dellas: aſsi de los Alcaldes de nueſtra chancilleria, como de otros juezes, y Alcaldes: y la parte contra quiẽ fuere dada la tal ſentencia alegare faſta diez dias ante los Oydores que eſtuuieren en audiencia por eſcripto, que la tal ſentencia es agrauiada que ſe deue emendar: y exprimiendo los agrauios, los oydores tornen a reueer el dicho pleyto: y ſi hallaren la ſentencia ſer agrauiada, que la emienden. E ſi hallaren que el agrauio alegado no es verdadero: o no lo alegare por eſcripto dẽtro de los dichos diez dias, que confirmen ſu juyzio, y ſentencia. Y de la tal ſentencia confirmatoria, o reuocatoria, que en grado de reuiſta dieren, que no aya appellacion ni alçada, ni reuiſta, ni ſupplicacion: y que la parte que no ouiere alegado agrauio verdadero, que pague la quarentena parte de la coſa demandada para la confradia de la dicha chancilleria, tanto que la dicha quarentena parte no ſea mas de faſta quantia de mil marauedis: y ſi el pleyto fuere començado nueuamente ante los Oydores, que de la ſentencia que dieren no aya appellacion, ni alçada para ante nos, ni para ante otro alguno: mas la parte que ſe ſintiere agrauiada de la dicha ſentencia, pueda ſupplicar della [a] a los dichos Oydores, expri-

a ¶ *Supplicar della.* Adde. l. 25. titulo tertio. ſupra iſto libro ſecundo. Sed quæro, Vtrum remota appellatione, cenſeatur etiam remota ſupplicatio? Videtur quod non: ex gloſſ. in capitulo. ex literis. verb. *ſupplicauit.* de in integr. reſtitutio, tenente, quod vbi quis eſt prohibitus appellare, non cenſetur inhibitus ſupplicare. gloſ. eſt ſimil. in. l. vni. verb. non poſſit. ff. de offi. præfecti præto. Bald. in. l. fin. §. vltim. C. de temp. appellat. Iaſo. in authent. quæ ſupplicatio. num. 6. C. de precib. impera. offe. Curti. iunior in. *l.* imperiũ ff. de iuriſdi. omni. iudic. Hippol. Marſil. in ſingula. 647. & in practi. cauſa. crimin. §. opportunè. numero. 67. Sed hoc procedit, quando à ſententia non poteſt interponi appella-

exprimiēdo los agrauios en escripto dentro de veynte dias. E si en el dicho termino no supplicare, y los dichos agrauios no exprimiere, que la sentencia quede firme, y no sea oydo mas. E si supplicare dentro de los dichos nueue dias[a], y los agrauios exprimiere, los Oydores, o alomenos los dos dellos con el prelado tornē a ver, y librar en grado de supplicaciō el dicho pleyto: y de la sentēcia, que assi dieren en grado de supplicacion, que no aya mas alçada, ni supplicacion a nos[b], ni a

tio, propter dignitatem, & excellentiam personæ, quæ sententiam pronuntiauit: quo casu potest ab ea supplicare, per dictam gloss. cum suis sequacibus: & est text. hic de iure regni. Sed quando de iure communi non potest appellari, nec etiam supplicari poterit ad superiorē, nisi beneficio ætatis, vel matrimonij fauore. Innoc. in dict. capit. ex literis. Iaso. & Hippoly. in locis præcitatis. facit glo. fina. in. l. qui licitam. C. vt lit. pend. Quæri etiam potest, supplicatio intra quātum tempus à die latæ sententiæ debeat interponi à parte? De iure communi est text. in authentic. quæ supplicatio. C. de precib. imperat. offerendis. quæ ponit decem dies l. 6. ibi. *desde que la sentencia fuere dada por el Rey, ò por el adelantado mayor de la corte fasta diez dias puede pedir merced la parte, que se tuuiere por agrauiada, que le oya sobre ella.* titul. 24. parti. 3. l. 1. titulo. 17. lib. 3. infra. l. 42. capitul. 23. fol. 32. pragmatic. Regum catholicorum. Montaluus in Reperto. ad illum librum ordinament. verb. supplicatio

Quid autem in rege recognoscente Imperatorem insuperiorem? Bald. in. l. 1. §. primo. in fin. ff. de offic. præfecti præto. dicit, quòd à sententia talis regis supplicari poterit ad Cęsarem. Dicit etiā, quòd si regnum est ecclesiæ, potest supplicari ad apostolicum.

Supplicans autem à sententia debet se præsentare in gradu supplicationis corā Rege intra quadraginta dies à tempore emissæ supplicationis. leg. 10. in curijs factis Segouiæ. Anno. 1532.

Notandū est præterea, quòd a sentētia, in qua auditores pronuntiant posse, vel nō posse supplicari, non poterit pars à tali pronuntiatione supplicare. pragm. extraordinaria. 2. in compilatione facta Anno. 1543. & ibi im eadem inpressione pragmati. 1. de Madrid Anni 1539. ponit cuius quantitatis, & valoris debeat esse causa, à qua possit supplicari cum pœna mille quingentarum duplarū. & dicit, quod causa debet valere tres mille duplas auri *de cabeça*, & si fuerit supplicatio super possessione, debet esse æstimationis sex mille duplarum auri *de cabeça* in proprietate: alias non erit admittenda. ¶ Item si causa supplicationis fuit cōmissa auditoribus, mortuo ex eis vno, superstites, dum tamen fuerint quatuor, poterunt causam determinare. pragmatic. 3. Caroli Cæsaris data Ratispona. Anni. 1541. & quinque auditores possunt causam supplicationis videre, & finire. l. 6. in curijs Segouien. Anni. 1532. ibi. *Y porque los pleytos de mil y quinientas doblas se puedan ver mas breuemente, mandamos que quando a los del nuestro consejo se cometiere la causa, cinco dellos la puedan ver, y determinar.*

Itē non supplicatur à sententia, in qua auditores se pronuntiant iudices esse, vel non esse. l. 42. cap. 10. lib. Pragmatic. Regum catholicorum.

Est tamen dubium, Vtrùm sit allegandum in causa supplicationis, quemadmodum fit in appellatione? Respondendum est, quòd hæc supplicatio ex eisdem actis iudicari debet, nec recipiuntur partes ad producendū aliquid aliud, vt ex eisdem actis iudicetur. Rebuff. in constitutiones regias tractat. de supplicatio. seu errorum propositionibus. numer. 80. tomi primi. pagina. 518. l. 42. capit. 34. libr. pragma. Regum catholicorum.

a ¶ *Supplicare dentro de los dichos nueue dias.* Aliàs viginti. aliàs decem secundū. l. 42. c. 23. lib. pragm. regum catholico. & sic vbi dicit nostra lex, *nueue.* & vbi dicit viginti. debet dicere decem dies. vt patet ex his quæ dict. c. 23. disponit. & dixi sup. in. 1. gl.

b ¶ *No aya mas alçada, ni supplication a nos.* Posset tamen dici de nullitate. text. vnicus in Clementi. 1. de re iudic. vbi text. dicit, quòd vbi latæ sunt tres sententiæ conformes, licèt non impediatur executio, potest tamen de nullitate agi, & postea auditur, & facit pro hac sententia illa. l. de Segouia: quæ licèt tollat appellationem, & supplicationem, non tamen tollit nullitatem; & sic relinquit eam sub dispositione iuris communis. & sic

los dichos Oydores. Pero si la parte, que se sintiere agrauiada supplicare de la sentencia, que los dichos nuestros oydores dieren, quando el pleyto fuere començado nueuamente ante ellos: que la parte pueda alegar lo que no alego a, y prouar lo q̃ no: y entre tanto no sea hecha execucion b hasta q̃ el dicho pleyto sea fenecido por la segunda sentencia, que los dichos nuestros Oydores dierẽ. E si el tal pleyto començado delante los nuestros Oydores, y fenescido por su segunda sentencia c, de la qual no puede auer appellacion, ni supplicacion, como dicho es, fuere muy grande è cosa ardua: en tal caso q̃remos, q̃ la parte, que se sintiere por agrauiada de la dicha segunda sentencia, pueda supplicar para nos dẽtro en otros veynte dias d. Pero es nuestra merced, que porq̃ la malicia de aquellos q̃ supplicãn por alõgar los pleytos, no aya lugar, que la parte, que supplicare de la dicha segunda sentẽcia dada por los dichos nuestros prelados, que se obligue, y de fiadores dentro de los dichos veynte dias ante los dichos Oydores de pagar mil y quinientas doblas si por aquel, o aquellos a quien nos lo encomendaremos, fuere hallado, q̃ la dicha segunda sentẽcia de los dichos nuestros Oydores fue bien y derechamẽte dada. E si no se obligaren, y los dichos fiadores no die-

seruatur in practica apud auditores regios tan consilij regis, quàm cancellariæ, vt fui informatus à viro fide digno. & ita etiam procedit. l. 42. ca. 27. in pragma. regum catholicorum.

a ¶ *Que la parte pueda alegar lo que no alego.* Secus est de iure communi. auth. quæ supplicatio. C. de precib. imperat. offeren.

b ¶ *No sea hecha execucion.* Cõtrarium statutum est in authen. quæ supplicatio. ibi, sententia non aliter executioni mandabitur, nisi victrix pars dignam fideiussionem præbuerit tantum restituendi cũ legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sentẽtia resoluatur. Nisi sub hac forma supplicatio porrigatur executio causæ sine fideiussione procedit, retractationis iure illi seruando, qui se grauatum putauerit, vt intra bienniũ supplicari possit Imperatori. C. de precib. imperat. offer. l. fin. titu. 24. part. 3. cõis tñ. obseruãtia est, quòd no mandetur executioni, q̃n non sunt tres sñiæ conformes. Grego. Lop. in. l. 4. in verb. *Los juyzios.* titu. 24. part. 3.

Dubitatur etiam, Vtrum à sententia confirmatoria lata per dominos de consilio regis, in qua cõfirmarunt sententiam alicuius ex iudicibus curiæ, qui dicuntur (*Alcaldes de Corte*) seu (*de rastro*) possit supplicari saltim cum pœna, & fideiussoribus, de quibus in hac lege. Fuit pronũciatũ in cã ardua, quòd nõ est admittenda supplicatio, adhærendo rigori verborũ istius legis, quãuis esse recipiẽdã supplicationẽ iuri & æqtati vẽ cõsentaneum secũdũ Greg. Lopez in. d. l. 4. verb. *O del adelantado.* qui insigniter loquit in hoc dubio, qđ est singulare ad intellectum huius legis.

c ¶ *Fenecido por su segunda sentẽcia.* Idẽ est in sentẽtijs latis à consiliaris. l. 25. tit. 3. suprà isto libr. 2.

d ¶ *Dentro en otros veynte dias.* Dubiũ singulare circa intellectũ huius materiæ se offert. Vtrũ minor cõdemnatur per secundam sententiam auditorum,

rum, qui non supplicauit infra viginti dies, possit restitui ad interponendam secundam supplicationem cum pœna mille quingentarum duplarum? Videtur admittendum esse, quia minor & læsus reperitur non supplicando: ergo cōpetere debet restitutio aduersus lapsum temporis, ad interponendam supplicationem. Minori enim læso enormiter conceditur restitutio, siue fuerit læsus in gerendo aliquid, vel in omittendo. textus est in. l. ait pretor. in princi. & in. l. etsi sine. §. penul. ff. de minori. l. 1. C. si sæpius in integ. rest. postul. ca. ex literis, & cap. cōstitutus. de in integr. restitutio. Ergo minori est cōcedenda restitutio ad proponendam secundam supplicationem. Secundò cō probatur. Nā eo ipso, quòd non potest supplicare elapso tempore viginti dierum, dicitur læsus. text. cum gloss. in. l. si minor. §. primo. ff. de minoribus. ergo potest restitui. Tertiò hoc probat Bartol. in. l. fina. colum. fina. C. in quib. causis in integrum restitutio. vbi dicit, quòd eo ipso, quod quis perdit beneficium appellandi, dicitur læsus. & citat dictam. l. si minor. §. primo. ergo restitutio ei competere debet. ¶Item quamuis verum sit, quòd de iure regni & communi non liceat nisi semel supplicare. l. si quis aduersus. & ibi Bald. ad hoc notat. C. de precib. imper. offerend. l. 4. titu. 24 parti. 3. tamen per hanc. l. 8. in causis multum arduis permittitur secunda supplicatio infra tempus viginti dierum à tempore latæ sententiæ computandorum, & cum cautione, & fideiussione millium & quingentarum duplarum. Et ista lex ordinamenti vigorem Imperialis legis obtinet, & non statuti, vt probat text. in. c. ad nostram. de probat. facit quod notat Bart. in. l. 2. in fin. ff. de bono. posse. & Bald. in. c. cùm venissent. de eo qui mitti. in poss. vbi dicit, quod licèt verbū ius, simpliciter platum intelligatur de iure Romano, & communi, sed si istud verbū proferatur a Rege Angliæ, intelligitur de iure Anglicano superiori, quo regulat omnia inferiora, id est, de eo iure, quod emanat de ore Regis, quia in suo regno monarcha est, & totum continens. Quo supposito est dicendū, quod minori competit dicta restitutio. Idem etiam dicendum est de ciuitate, republica, vel castro, quæ æquiparantur minori. textus gloss. & doctores in. l. respublica. C. ex quibus caus. maio. Panormitan. in capitul. primo. de in integrum restitutione. l. fina. titul. decimo nono. parti. sexta. minori autem licèt currant ipso iure dilationes iudiciales vel legales, conceditur restitutio in integrum. text. in dict. l. etsi sine. §. fina. ergo esto quod currat dilatio legalis. 20 dierum concessa ad supplicandum secunda vice in hac lege minori, tamen restitutio de iure ei competit. ¶Præterea appellatio, & supplicatio æquiparantur. Hostiensis & Cardinalis in capitul. ex literis. de restitutio. in integrum. gloss. in. l. vnica. C. de senten. præfect. præto. quam approbat Angelus qui dicit, quòd idem tempus est statutum ad supplicationem prosequendam, quod est ad appellationem. text. in. l. fina. §. pen. C. de tempor ap

ren en el dicho termino, que no puedan supplicar, ni les sea otorgada la dicha supplicacion: y si fallaré la dicha sentencia ser bien, y justamente dada: y fuere confirmada por aquel, o aquellos, a quien nos lo encomendaremos: q̃ la parte, que assi supplicare, o en cuyo nombre fuere supplicado, que sea por esta nuestra ley condenado en las mil y quinientas doblas segun se obligo. Y esta pena sea partida en tres partes: la vna parte para aquel, por quien fue dada sentencia. Y la otra tercia parte para los dichos oydores, que dieron la sentencia. Y la otra tercia parte para nos. Y en el caso que la sentencia segunda fuere dada, y fuere supplicado pra ante nos, q̃ no sea hecha execuciō de la dicha segunda sentēcia hasta que sea dada la tercera sētencia cōfirmatoria, por aquel, o aquellos a quien nos lo encomendaremos.

por.appella. Sed in appellatione dispositum est, quòd minor.qui non appellauit intra tempus à lege statutũ ad appellandum, possit restitui in integrum,vt appellet.l.& si sine.§.pen. ff. de mino. l.1.titulo.25.parti.3.ergo & in supplicatione dicẽdũ est,quòd minor,vel ciuitas, si non interposuerunt supplicationem intra tempus à lege ista statutum,quòd possint,ac debeant restitui. Suadetur:nam si minor appellauit, & non prosequutus est appellationem, conceditur ei restitutio in integrum,ad prosequendam apprellationem desertam.gloss.Barto.& Paulus in.l.1.C.si sępius in integrum resti.postul.omnia enim fatalia currunt minoribus,sed contra ea, datur eis restitutio. Bar. & Bald.per tex.ibi in dict.l.1.C.si sæpius in integr.restit.Ergo ita dicamus in quæstione proposita,quòd licèt tempus ad supplicandum assignatũ ab hac lege regia currerit minori seu ciuitati, detur tamen eis restitutio.

Pro hac parte facit. Quando duo sunt æquiparata à lege antiqua, dispositum in vno per legem nouam,declaratur per id, quod est dispositum in alio per legem antiquam.gloss.est,& ibi Barto.& Bald.in.l.siquis seruo.C.de fur.alia in.l. quòd verò.ff.de legi.leges enim nouæ,& exorbitantes recipiunt semper interpretationem passiuam de vno casu ad sibi similem.text. &, ibi Bart. & alij in.l.1.§.lex falcidia.ff.ad legem Falcidiam.& in.l. cum ex oratione.ff.de excusatio.tuto. & text. in l.lege duodecim tabularum.C.de suis & legi. Notat.Bart.in.l.omnes populi.in.6.quæstione principal.ff.de iustitia & iure:Sed,vt suprà dixi,appellatio,& supplicatio æquiparantur per legem antiquam,hoc est,per legem fina.§.pen.C.de tempore appellatio.& ibi Salic.Ergo dispositum in vno à lege noua Segobien.hoc est,in supplicatione,vt possit infra tempus viginti dierum supplicari,declaratur per id,quod in reliquo est dispositum à lege antiqua:vt sicut in appellatione, si non est appellatum infra tempus à lege statutũ,datur minori,vel vniuersitati restitutio in integrum, vt suprà dixi:ita & detur in supplicatione.

Vlterius facit. Eo casu,quo ex natura causæ nõ admittitur appellatio,minori læso conceditur restitutio.gl.& ibi Bart.& Bald.& Docto.communiter in.l.vni.in gloss.fina.C.si de moment. possessio.fue.appella. Ergo, & ita dicimus in nostro proposito in supplicatione, quòd esto quòd non admittatur supplicatio secunda iure communi,quia lapsum est tempus ad supplicandum: admittatur tamen restitutio,quæ est petita ad supplicandum.

Suadetur etiam.Qui non potest opponere exceptionem,quæ est excipientis defensio,pôt officium iudicis implorare.text.est,& ibi Bart. Paul. Cast.& Ang.in.l.planè.& in.l.si.in fin. verbis. ff. de peti.hæredi.& tex.in.l.3.§.fin.& ibi etiã Bart. ff.nautæ,caupo.& stabu.Idem etiam per dicta iura tenent Anto.& Abb.in.c.item cum quis. de resti.spol.Hinc dicit Angel.in dict.l.plane. ꝙ si ex forma statuti nullus debet admitti ad aliquam exceptionem,nisi personaliter compareat,prout dicit esse statutum Perusij,poterit implorari officiũ iudicis, vt ex officio capiat informationes: quòd iste inquisitus sit clericus,vel ille occisus erat bãnitus,& ex forma statuti potuit impunè offendi. Hinc etiam dicit idem Ange.& Fulgo. & moderni.in.l.nam & posteà.§.Si damnetur. ff. de iure iuran.quòd si alicui est præclusa via excipiendi, putà quia lapsus est terminus à iudice,vel à lege,potest iudicis officium implorare, vt se informet de tali exceptione: & dicit, quòd in hoc aduocatus debet esse bene cautus.Ita ergo ex prædictis dicẽdum est in nostro proposito,quòd licèt minor, seu ciuitas nõ possint vti supplicationis remedio: quia lapsum fuit tẽpus ad supplicandum: possunt tamen officio iudicis se iuuare: & sic petere restitutionem in integrum ad supplicandum: quæ officio iudicis expeditur.vt in.l.quòd si minor. §.fi. ff.de minorib.

Facit etiã. Certũ est, quòd generalis exclusio remediorũ,vel beneficiorũ intelligitur de his quę cõpetunt de iure cõmuni,non verò de his quæ de iure speciali.gl.est nota.in.l post quã liti. C.de pact.Quæ cõfirmatur ex duob⁹.Primò: quia lex generaliter loquens, nũquã intelligitur derogare casum,in quo aliquid specialiter est statutũ.gl.est in auth.de hæredi.ab intesta.in prin.coll.9.in verbo,vacantibus.& gl.& Bar.& alij communiter in l.sciendum.in prin.ff.qui satisd. cogan. & idem tenet Bar.in extrauaganti.ad reprimendã. in verbo nõ obstantibus.Secũdò facit,& melius: quia in generali derogatione nõ intelligitur derogatum priuilegijs,& iuri speciali.tex.est iuncta gl.in.l.decurionibus.C.de silentia.li.12.& hoc idẽ tenet Bal. per eũ.in.c.1.in fine.quo.temp.mi.in vsi.feu. idẽ Bal.id.c.ecclesia sanctæ Mariæ.in.2.co. de cõstit. & idẽ Bal.per tx.ibi.in.c.cũ ordinẽ.fi. col.de rescrip.Ita ergo ex prædictis dicamus in nostro proposito,ꝙ licèt minor,vel ciuitas, sint generaliter exclusi à supplicãdo: quia nõ supplicarũt infra tẽpus legis Segobiensis,illa tñ generalis exclusio nõ debet eam excludere à remedio,quod de iure speciali,per beneficium restitutionis sibi competit.

Cõfirmatur suprà dicta vlterius. In generali exclusiõe remediorũ,vel iuriũ à lege facta, nũquã intelligitur excludi beneficiũ restitutionis in integrũ, quod datur minori.gl.est in.d.l.postquã liti. C. de pact.Ex qua dicit ibi Iaso,ꝙ si statutũ disponat,ꝙ nulla exceptio possit opponi cõtra instrumentũ publicum,

publicū potest peti restitutio in integrū à minore. Hoc idē tenet idē Iaso in.l.1.in prima c. versi. prædicta pódera.ff.de iurisdi.omnium iud. vbi etiā pro hac allegat ipse.gl.solēnem.in l.vna in gl. pe.C.si de momenta.posse.fuerit appel. licèt contrarium firmauerit.Bald.in.l.in causæ.1.in princi. ff.de mino.& dubicauerit Alexā.in.l.arbitro.col. 3.n.11.ff.qui sat.dar.cog.quāuis corruptè Bald.citauerit ad opinionem primam Lud.Gomes. in regu.cancell.de non toll.iure quæsi.q.6.col.2. vers. Similiter si statutum prohibet.cum Bal.ibi dixerit denegandam esse restitutionem in integrum, & male. Ita ergo in nostro proposito dicendū est, ꝙ licèt dicta lex ordinamēti de Segouia dicat,ꝙ si infra viginti dies secundò nō sit supplicatum, vel nō sit præstita cautio,& fideiussio duplarū, quòd non possit ampliùs supplicari, & ꝙ si supplicatio fuerit interposita,ꝙ non audiatur:& sic per hoc videtur generaliter excludere remedium supplicandi:non tamen videtur excludere beneficium restitutionis in integrum competens minori, vel ciuitati ad supplicandum:& sic per eum bene possunt, & debent admitti ad supplicandum.

Prætereà pro hac parte adduco gl.nota.in.c.coram.de in integr.restitu.quam ibi approbant Panor.& doct.in glo.fina.vbi gl.dicit,ꝙ exclusus ab aliquo iure,vel beneficio vna via,hoc est, de iure communi,non est exclusus quominus illud possit petere alia via, hoc est,de iure speciali,per beneficium restitutionis in integrum. Hoc idem tenet gloss.in capit.cùm quid.de regul. iur. libro.6. pro hoc etiam facit gloss. iuncto text.in dict.l. postquàm liti.C.de pact. Habens enim plura iura,licèt sit exclusus ab vno,non per hoc excluditur à reliquis,vt in.l.voluntariè.& ibi notata per Doct.maximè Cinū.C.de excusa.tuto.& in.l. Si domus.cum alijs.ff de seruitu.vrba.prædio. Sic ergo dicendū est in nostro casu,ꝙ licèt minor sit exclusus à supplicando vna via,hoc est,de iure communi,quia non est supplicatio secunda interposita infra tempus statutum à lege ordinamēti de Segouia:non per hoc excluduntur à supplicãdo alia via,hoc est,de iure speciali per beneficium restitutionis in integrum,quæ eis competit.

His adstipulatur. Nam notissimū est, quòd ista secunda supplicatio,quæ permittitur ab ista lege ordinamenti de Segouia,debet interponi ad personam ipsiusmet principis,vt patet ex dispositione eiusdē legis. Tunc sic. Eo casu,quo de iure communi non admittitur appellatio , nec supplicatio, potest concedi à Principe beneficiū restitutionis in integrum contra sententiam,ei, cui aliàs de iure competit,si est læsus.tx.est in.l.minor autē magistratus.§.1. ff. de mino. ibi , Sed & pro Sennio Seuero cōtra res bis iudicatas in integrum restitui Diuus Seuerus,& Imperator Antoninus permiserunt in auditorio suo examinari. Et tex.in. c.cum ex literis.de in integr.restit. Ex quo dicit ibi notabiliter Abb. ꝙ licèt tertiò non possit appellari,vt in.c.suam.de appel.nec etiam supplicari , vt in.l.vna.C.ne liceat tertio prouocare, potest tamē Principi supplicari,vt per viam supplicationis debeat examinari tertiò ista causa,& ꝙ potest Princeps hanc supplicationem ex benignitate admittere. Sic ergo dicēdum est in nostro casu,quòd licèt non possit de iure communi admitti secunda supplicatio, quia non fuit interposita infra tempus statutum à lege ordin.de Segouia,admittatur tamen per beneficium restitutionis in integrum, quod de benignitate debet concedi minori, seu ciuitati.argumen.in.d.l. minorantem.§. primo.ibi, Non audiuerunt incoloratè restitui desiderātem aduersus fratrem,&c.

Confirmātur supra dicta ex mnu. determinatione Bal.in.l.1.C.de condi.indebiti,2.co. versic. oppono quartò.vbi dicit,ꝙ si victo potest imputari culpa,vel negligentia in non appellãdo , quia non vidit acta,& ideo fuit negligens in appellando:& multò fortiùs,si vidit:& si de iniustitia patuit, & nō appellauit,si constat euidenter, ꝙ sñia est iniusta,semper datur restitutio in integrū,etiā maiori viginti quinq; annorum,& restitutio competit secundū eum ex clausula generali , ex quodā capite,ne fiant illicitæ extorsiões,vt in.l.illicitas. in princ.ff.de offic.præsidis.& dicit hoc esse verū & valde notandum.allegat ipse gl.in.l.seruo inuito.§.Cùm prætor.ff.ad Trebel.quam dicit approbare Guiliel & Cin.ibi. Faciunt etiam quæ notāt Hostien.& Abb.in.c.2.de purga.vulg.vbi dicūt, quòd si sentētia est lata cōtra ius litigatorū, & trāsiuit in rē iudicatam,licèt non debeat iure ordinario retractari per viā appellationis , possunt tamē contra eam petere restitutionem in integrum, ex clausula generali.arg.c.ex literis.de in integ. rest. & eorum,quæ notantur per gl.in.l.si fideiussor.§. in omnibus.ff.manda.idem tenet Anto.in.c. cùm Bertoldus.16.colū.versicul.duodecimus casus. de re iu.facit etiam tex.& quæ ibi per eū no. Bart.in l.cùm fideicōmissum.ff.de cōse. Si ergo,vt ex prędictis patet,quando sententia est euidenter iniusta,& ex actis de iniustitia constat,maiori, qui nō est ita priuilegiatus,datur restitutio in integrū cōtra eam,à fortiori debet dari in nostro casu minori,seu ciuitati restitutio in integrum ad supplicandum:licèt non supplicauerit in tempore cōgruo: & per hoc sententia trāsiuit in rem iudicatā : cùm ipsi ciuitati suo iure,quia respublica & vniuersitas est,datur restitutio in integrum , quando est læsa enormiter:vt in.l.respublica.C.ex quibus cau.maio.vt suprà dixi.

Finaliter

Finaliter pro parte minoris seu ciuitatis facit multũ in proposito. Nã certũ est, q in dubijs opinionibus debemus eligere viam, per quam vtrique parti cõsulitur, & minus est onerosa. tex. est. & ibi per eum no. Paul. de Cast. & Ludouicus Ro. & Alexan. in. l. 1. ff. si quis cautio, facit tex. in. l. ex his. ff. de his, qui in frau. credi. ibi. Quia ea ratione nemo fraudatur. Ex quo etiam dicit Paul. de Castr. in. d. l. 1. quòd si dubiũ est, Vtrũ appellatio sit deserta, in dubium iudicandũ est non esse desertam, quia vtrique per hoc consulitur: cũ neutrius ius læ datur, quando habetur pro non deserta: quod tamen læderetur, si haberetur pro deserta. Hoc idẽ tenent ibi Ludo. Ro. & Alexan. Ex quo etiam infertur, quòd quãdo dubiũ est inter partes, possit ne appellari, iudex debet appellationi deferre. ita tenet Specul. in tit. de appellatio. in verb. ex ratio nabili causa. quam ibi approbat Ioan. Andr. Abb. & doct. cõiter. Idẽ tenet Innoc. & Bald. in. c. pasto ralis. §. præterea. de offic. deleg. & hoc etiã eadem ratione, quia ex delatione appellationis vtrique parti, & appellanti, & appellato consulitur, quia vniuscuiusq; iustitia manet illæsa. Sic ergo videtur dicendũm in nostro proposito, q esto q essemus in casu dubio, scilicet, Vtrùm debeat admitti minor ad supplicandũ secũda vice, vel non per beneficium restitutionis in integrum, attamen iudicandum est posse supplicare, & dictam restitutionem in integrum ad faciendum sibi cõpetere: cùm appareat læsum esse enormiter ex actis, etsi infra tẽpus quadriẽnij. infra quod sibi datur restitutio in integrũ. vt in. l. fi. C. de tempo. in integr. resti. pe. in cap. 1. & 2. de resti. in integ. lib. 6. & in. l. fi. tit. fi. in. 6. part. Imò, & si lapsum esset quadriennium ratione enormissimæ læsionis, quæ cõstaret ex actis. quia non est secũda vice supplicatũ, posset peti restitutio infra tempus triginta annorũ. gl. c. 2. de in integr. rest. in. 6. iuxta gl. sing. in. c. 1. de in integrum. restitu. libr. 6. quam approbat, & valde cõ mendat Abb. in. c. 1. in. 2. not. de restitu. in integr. & Anto. & Innoc. & idem Abb. in. c. pe. de rebus ecclesiæ non alienandis. Hoc idem disponit lex fin. titulo. fina. in. 6. par.

Non obstant etiam ea, quæ contra minorem possent obijci ad impediendum dictam supplicationem. Primò non obstat ista lex ordinamenti de Segouia, si ex ea se velint iuuari aduersæ sentiẽ tes in eo, quod dict. l. dicit, *E si no se obligaren, è los dichos fiadores no dieren en el dicho termino, que no puedan supplicar, ni les sea otorgada la dicha supplicacion.* Ex quibus verbis videtur, quòd si infrà tempus viginti dierum nõ sit supplicatum: & cũ pœna & cautione, & fideiussione, non possit postea supplicatio interponi: & quòd si fuerit interposita, non debet admitti. Nam ad hoc dico, quòd illa lex debet intelligi in maiore viginti & quinque annorum, cui tantum permissum est supplicare secundum ordinem statutum ab illa lege: sed non loquitur in minore, vel in vniuersitate aliqua ciuitatis, Castri, vel similis, quibus datur, vt suprà dixi, si sunt in non appellando, vel supplicando, enormiter læsi, restitutio in integrum ad appellandum, vel supplicandum. Licet enim sint exclusi a lege per verba generalia legis ab appellando, vel supplicando de iure communi: non per hoc excludũ tur, quin possint appellare vel supplicare de iure speciali, per restitutionem in integrum: quia, vt etiam suprà dixi exclusus à iure cõmuni per verba generalia, non est exclusus à iure especiali restitutionis in integrum, si sibi competere potest, vt tenet gloss. in. l. post quàm liti. C. de pactis. Et faciunt quæ suprà adduxi ad eius confirmationem. Quibus vnum est addendum, scilicet, quòd si per legem, vel statutum tollitur aduersus sententiam omne remedium dicendi cõtra eam, non per hoc intelligitur sublata restitutio in integrum. Ita tenet Barba. consilio nono. in prima parte consiliorum. & ipse dicit idem tenere Fran. de Albergo, in l. fina. C. de præscrip. longi tempo. & hoc idem dictum pro sing. referunt, & sequuntur moderni in c. bonæ. de appel.

Nec obstat etiam lex vigesimatertia in legibus de Madrid, ibi, *Que los juezes, a quien las cometieremos, las vean, e determinen de los mesmos autos del processo, sin recebir escripto, ni peticion, è sin dar logar a otras nueuas allegaciones, ni probançar, ni escripturas, ni dilaciones, ni impedimentos por via de restitucion, ni de otra manera alguna.* Ex quibus verbis videtur, quòd non possit restitutio peti à minore, vel ciuitate ad supplicandũ. Sed certè, si rectè considerentur, nil obstant: eò quòd illa lex tantum prohibet super negotio principali aliquid posse agi in casu, in quo supplicatio esset admissa: & hoc casu dicit, q causa ista supplicationis determinetur sine nouis allegationibus, & petitionibus, & per viam restitutionis in integrum. &c. Non verò disponit aliquid circa ipsam supplicationem: & sic non prohibet, quòd eo casu, quo supplicatio non fuit interposita tempore congruo, & prout debuit, à parte, cui aliàs de iure competit restitutio in integrum, non possit supplicari, petita restitutione ad supplicandum, & ideo casus iste tanquam à dict. l. omissus, remanet in dispositione iuris communis, vt per hoc habeat locum supplicatio per viam restitutionis, vt posteà causa determinetur secũdum illam. l. Casus enim omissus haberi debet pro omisso, vt in. l. si verò. §. De viro. ff. soluto matrimonio. & in. l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis.

Præterea, quòd illa lex de Madrid loquatur

in casu

in casu suprà dicto, patet ex alia: nam loquitur circa determinationem ipsius causæ principalis: non verò circa determinationem articuli nostri, scilicet, Vtrum debeat admitti ipsa supplicatio per viam restitutionis. Quod patet ex eius verbis, ibi. *E que las causas que en este grado de supplicacion cō la fiança de las mil è quinientas doblas fueren por nos cometidas, q̃ los juezes, a quien las cometieremos, las veā, y determinen de los mismos autos del processo, sin recebir escripto, ni peticiō. &c.* Ponderāda sunt verba, *è que las causas, &c.* Ex quibus patet, quòd illa lex tantum prohibet restitutionem circa probationes, & petitiones, & allegationes faciendas circa determinationem negotij principalis: non verò circa ipsam supplicationem interponendam.

Præterea pondero etiam verba alia eiusdem legis de Madrid. ibi, *E lo que en el dicho grado se sentenciare por los juezes, a quien fuere cometido, se execute, quier sea la sentencia dellos cōfirmatoria, o reuocatoria, en todo, o en parte, o añadiendola, o menguandola.* Ex istis verbis euidentissimè patet, quòd ille tex. tantùm ponit normam circa sententiam proferendā in negotio principali, cùm loquatur de sententia, per quam addi, vel detrahi aliquid potest sententijs prioribus: non verò loquitur de sententia interloquutoria, quę profertur super repulsione supplicationis, eò quòd nō sit tempore congruo supplicatum: quia per istam aliquid addi non potest, nec detrahi negotio principali: sed præparatur causa ad finem negotij principalis.

Et ex his respondetur ad ea, quæ notat Bart. in l. solent. ff. de ali. & ciba. lega. fina. colū. versiculo. Item quæ verò. Vbi dixit, quòd dispositū in causa principali, habet locum in alijs causis incidentibus, vel emergentibus circa eam, vt putà, si dixit ipse, si statuto caueatur, quòd in causis damnorum datorum sufficiat probatio per iuramentum, quicquid illam causam tangit quocunq; modo, incidenter potest per iuramentum probari. Allegat ipse text. in l. cum hi. in principio. ff. de transa. Et per eũdem tex. hoc idem tenet Paul. de Cast. in dict. l. cum hi. Et Bal. in l. 1. in 2. col. versi. sed pone, statutum. C. de rebus credi. Vnde, si ex suprà dictis diceretur, quòd cum d. l. de Madrid prohibeat peti restitutionem in integrum in causa principali, videtur etiam prohibuisse in alijs causis incidentibus, vel emergentibus circa eam: & sic in ipsa supplicatione interponenda videtur quòd non debeat admitti restitutio, quæ petitur ad supplicandum. Nam dico, quòd illud procedit, quando causæ, quæ incidunt, vel emergunt, tangũt ipsum negotium principale, & decisionem eius, vel articulum aliquem, ex eo tangentem eum, vt in exemplo Barto, & sequacium. Sed in nostro proposito articulus iste restitutionis ad supplicandum: & vtrùm debeat iure admitti supplicatio, vel non, non tangit ipsam causam principalem, nec partē eius, sed respicit iste articulus ordinationem iudicij, & præparationem causæ. Et de iure certū est, quòd statum concernens decisionem causæ principalis, non extenditur ad articulū causæ non tangentem ipsam causam principalem. Quòd sic ostēdo. Certum est, quod à sententia, quæ definit negotium principale, quæ dicitur definitiua, vt notat gl. in l. qui restituere. in gl. fin. ff. de rei vendicatio. & ibi Bal. Et Alexand. in rubrica. de re iu. 2. col. licet appellare. etiam sine expressione causæ. text. est in l. 1. 3. §. fin. ff. de appella. cum alijs. tamen à sententia interloquutoria, quæ est illa, quæ definit articulum incidentem, vel emergētem, qui non tāgit negotium principale, vt tenet gl. & Bald. in d. l. qui restituere. & Ioannes de Imo. in l. si finita. §. non autem. ff. de damn. infect. non licet de iure ciuili regulariter appellare: & quando appellatur ab ea, debet exprimi iusta causa. tex. est, & ibi notat. Bar. in l. ante sententiam. ff. de appella. recipi. & text. in c. super eo. de appellatio. iuncta clemē. appellanti. de appella. Ecce igitur, qualiter id, quod est statutum circa id, quod definit negotium principale, non habet locum circa articulum emergentem, non tangentem eum. Et ideo sic dicemus in nostro proposito, quòd lex illa de Madrid, cum loquatur circa determinationem negotij principalis, non debet extendi, nec habere locum in nostro articulo emergente, qui ipsum negotiū principale non tangit aliquo modo vt omnibus manifestum est.

Præmaximè, quia, vt dixi, articulus noster concernit præparationem decisionis negotij principalis: & hoc casu etiam est notum, quòd ea, quæ sunt statuta in decisorijs iudiciorum, non habent locū in præparatorijs. Quod patet. Nam in decisorijs, vbi est dies, & pœna, nō potest mora purgari. vt in l. Celsus. ff. de arbi. tamen in præparatorijs, etiam si sit dies, & pœna, potest mora purgari, vt in l. & si post tres. ff. si quis cautio. vbi Bar. & alij nota. Idē Barto. & communiter legistæ in l. si insulam. in octaua oppositione. ff. de verborum obligat. patet etiam ex hoc, quod ex hac ratione lex illa de Madrid loquēs in decisorijs causę principalis, non debet habere locum in hoc articulo præparatorio ipsius decisionis. ¶ Nec obstat, si ex aduersa parte dicatur, quòd restitutio in integrum contra appellationem omissam tunc admittitur, quando petens ad eam docet se esse læsum enormiter: vt quia probat omisisse probationem facere, quam potuisset. text. est iuncta gl. in l. nam & postea. §. & si minor. ff. de iure iur. & ibi Bar. Bal. Ange. Sali. & moderni. idem tenet Paul. de Castr. post Bald. in l. fin. C. in qui. cas. restitu. in integr.

non est

non est concessa. Et ita videtur in nostro proposito dicendum, quòd non debeat admitti minor ad supplicandum per viam restitutionis, nisi doceat testibus se esse enormiter læsum, vt quia probationem aliquam omisit: & quia hoc docere non potest in hac instantia, cùm nullæ probationes, nec allegationes de nouo audiantur, vt probat dicta. l. de Madrid. Ex hoc videtur, quòd non competat in nostro casu restitutio in integrum ad supplicandum. Nam ad hoc dico, quòd esto, quòd hic testibus, vel noua probatione non possit probari læsio, tamen ex actibus processus satis de læsione enormi, & enormissima constat. Qua ratione hoc sufficit, iuxta gloss. & quæ ibi notantur per doctor. in. l. prima. C. qui, & aduersus quos. & per Alexandrum in. l. vna. C. vt quæ desunt aduoca. part. iudex suppleat. Quia non debet esse minoris fidei probatio probata læsionis enormissimæ, quæ ex actis apparet in nostro casu, quam læsio probanda testibus, quando læsio non apparet ex actis.

Non obstat etiam, si ex aduersa parte dicatur, quòd in consilio Regali fuit aliàs bis, vel ter denegata restitutio ad supplicandum secunda vice, secundùm legem de Segouia. Vnde ex hoc videtur causatus stylus, vel consuetudo circa hoc: & ideo videtur, quòd talis stylus, vel consuetudo debeat obseruari, iuxta ea, quæ not. Bartol. in. l. fin. C. quæ sit longa consuetudo: Et bene facit pro hoc lex fina. C. de iniurijs. ibi, Sed in cæteris mos iudiciorum, qui hactenus obtinuit, & in posterum seruetur intactum. facit textus & quæ ibi notantur per Doctorem in capitul. ex literis. de constitutionibus. Nam ad hoc dico, quòd hic stylus non facit ius, eo quòd tunc stylus debet obseruari, vt probant iura supra allegata, quando est in corpore iuris, vel non est contra ius. Et ita intelliguntur iura suprà allegata. Quando verò est contra ius, non debet obseruari: ita tenet Albericus in. l. prima. ff. de constitutionib. principum. referens Iacobum Butric. hoc tenere, reprehēdens aduocatos curiæ Romanæ: qui cùm deficit ius, dicunt, Talis est stylus curiæ: ego sic vidi iudicari à Papa in tali causa, vel taliter interloquutus est rex Franciæ. Idem tenet Abbas in capitul. ex literis. de constitutionibus. tertia colum. vbi dicit, quòd stylus curiæ facit ius, & potest allegari in decisionibus causarum, ex quo ius non reperitur in contrarium. Cum ergo stylus, qui posset prætendi ex suprà dictis duabus, vel tribus sententijs, sit contra ius, vt patet ex iuribus, & rationibus suprà adductis: & non sit in corpore iuris clausus, non debet facere ius generale, nec debet obseruari in nostra causa.

Nec etiam potest dici, quòd ex suprà dictis sit producta aliqua consuetudo: quia, vt dixit Ioannes Andr. in capitul. fina. sexta colum. de consuetudinib. non ideo est consuetudo, nec potest dici, quia sit semel, vel bis iudicatum: quia aliàs diceretur exemplis iudicare, contra. l. nemô. C. de senten. Sed alleganda est consuetudo, & probanda: ad hoc enim vt ex sententijs contra ius inducatur consuetudo, requiritur, quòd sit lapsum etiam longum tempus requisitum ad consuetudinem, vt tenet gloss. & ibi Baldus in. l. nemo. C. de sentent. Barto. in. l. de quibus. 10. colum. ff. de legib. idem Barto. in repetitio. l. secundę. in. 19. quæstio. C. quæ sit longa consuetudo. & est text. in. l. quinta. titulo secundo. in prima parti. Cùm ergo hic tantum sint duæ, vel tres sententiæ, in quibus fuit repulsa restitutio petita ad supplicandum secunda vice, & non sit transactum tempus requisitum ad inducendam consuetudinem, minimè potest dici inductam esse consuetudinem.

Nec obstat & si dicatur, quòd illæ sententiæ faciunt ius quoad omnes, tanquam latæ à Principe, vt in. l. fina. C. de legib. & in capitul. in causis. de re iudic. Nam ad hoc potest multipliciter responderi. Primò, quòd illæ sententiæ non sunt latæ à Principe, sed ab auditoribus sui consilij: & iura in Principe loquuntur, & non habent locum in alio eius inferiore, etiam si habeat potestatem condendi leges generales in loco illo, in quo sententiam, vel sententias protulerunt. ita gloss. nota. & ibi Angel. in. l. prima. in verbo. derogare oportet. ff. de ferijs. & idem tenet Alexand. de Imol. in. l. apud Iulianum. §. vtrùm. ff. ad Trebellianum.

Vel aliter & secundo potest dici, quòd esto, quòd dictæ sententiæ habeantur pro sententia Principis: adhuc non faciunt ius in nostro casu, eò quòd tunc etiam lata à Principe facit ius, quando est definitiua, vt in dicta. l. finali. secus verò quando est interloquutoria. ita gloss. in capitulo. in causis. de re iudica. & text. pro ea. & ibi Bartol. Paulus de Castr. & Docto. communiter. in. l. tertia. C. de legibus.

Nec obstat si dicatur, quòd esto, quòd sit interlocutoria, debet tamen facere ius, quia lata fuit cū causæ cognitione, vt tenet Ioannes Andr. Abb. & alij in capit. in causis. de officio delegat. Nam dico, quòd hoc non obstat: quia cùm hic sit lata contra ius, non facit aliquod ius generale: tunc enim faceret quando esset lata in casu aliàs à iure non deciso. ita tenet gloss. in. l. fina. C. de legib. & ibi Bald. & Salicet. communiter. Idem tenet Bald. in l. 2. ad fin. C. eodem. titu. Ideo esto, quòd esset sententia definitiua, non tamen faceret ius generale, vt dixit Bald. in dict. l. 2. in fin. verbis. & ibi etiam tenet Salicet. & Cinus: & idem tenet Ioannes de Imo. in dict. capi. in causis. dicit enim sic formaliter

ter, quòd d.l.fin.C.de legi. debet intelligi quando sententia est lata à Principe cum causæ cognitione,& est præter ius:sin autem esset contra ius, nō debet trahi ad consequentiam: quia legum correctio est vitanda, vt in l. præcipimus. C. de appell. cum alijs.hoc idem tenet ibi Caròm:& Anchar.& idem tenet Dominicus.c de quibus.20. distin. vbi dicit, quòd si sententia Principis est definitiua, si est lata contra ius,non est secundùm eam iudicandum: quia non præsumitur lata ad corrigendum leges: quia non præsumitur velle vnico verbo tollere: sed potius præsumitur fecisse contra ius litigatorum. idem tenet Præpo.ibi: & dicit insuper, quòd quando vult Princeps, quòd sua sententia faciat ius quoad omnes, debet exprimere causam in sententia.allegat Imo.in.c.vno. vt ecclesiastica beneficia.fin.col. Cùm ergo sententia, per quam denegatur restitutio, sit contra ius, vt contra iura supra allegata, nō faciūt legem generalem inter alias personas. Et per hoc patet, quòd supplicatio est cōcedenda minori per viam restitutionis.

Quæstio non minus vtilis, quàm dubitabilis se offert, Ponamus quòd minor supplicauit infr. 20. dies, non tamen se obligauit, vel non dedit fideiussores infra dictum tempus.20.dierum, dubium est. vtrùm possit petere restitutionem ad se obligandum, vel dandum fideiussores. Videtur quòd non: quia hæc lex requirit, quòd infra viginti dies interponatur secunda supplicatio, & se obliget & det fideiussores, & vltra procedit annullādo, si hęc omnia non intercessérint ibi, *e si no se obligaren, &c.* cū ergo aliquid fuerit omissum infra viginti dies, habetur perinde, acsi supplicatio non esset interposita.ergo non datur restitutio per prædicta.

Secundò, quia hæc lex loquitur cōditionaliter, & cōditio apposita à lege debet de necessitate impleri, & in forma nec potest scindi. Bald. in auth. matri & auiæ. C.quādo muli.tutel.offi.fung. poss. & conditiones debent specificè impleri.l.qui hæredi.ff.de cond.& demonstr.

Tertio quia hæc lex requirit tria copulatiuè infra viginti dies, scilicet, supplicationem, obligationem partis, dationem fideiussorum. ad veritatem autem copulatiuæ requiritur omnes partes esse veras.l.si hæredi plures.ff.de condi.insti. Tum & 4. quia hæc tria requirūtur copulatiuè.& sic est quid indiuiduū ex dispositione illius legis. Sed sic est, quod nihil facit, qui partē indiuidui facit, vt nota. in l.furiosum.C.qui testa.facere poss. Quintò quia illud dicitur perfectū, quod ex omnibus suis partibus constat.l.1.ff.de origin.iur. sed hæc supplicatio non habet omnes suas partes, ergo, &c. Sextò pro hoc l.si is qui quadringenta.ff.ad leg.falcid.& in diuiduis nihil censetur fuisse actum, cum aliquid restat agendum.l.cum Syllanianum.C.de his quibus, vt indig. reg. defieat. de regulis iuris.

Confirmatur.7. Nam vbi plura propter vnum, vtrobiq; vnum.l.illud.ff.ad leg.acquili. Sed tria de quibus suprà requiruntur propter vnum, id est, ad essentiam vnius supplicationis. ergo omnia tria cēsentur vnum, & debent concurrere: si ergo aliquid deest, totum corruit, ac si supplicatio fuisset interposita, quia tria requiruntur ad constituendum vnum, vt dixi.

Octauò facit. Nam licèt supplicatio, obligatio, & fideiussorum datio videantur diuidua, tamen quia ordinantur ad vnum indiuiduum, scilicet, ad vnam supplicationem perficiendam, totum hoc vnum indiuiduum dicitur. Bald. in l. si plures. colum.3.ff.de condit.instit.facit.l. si vnus. cùm sua materia.C.de testamen. His tamen non obstantibus, per fundamenta omnia adducta in superiori quæstione teneo, quòd restitutio cōpetat ad proponendam supplicationem in debita forma, quia si nō interposuisset in totum intra viginti dies, cōpetit restitutio ad proponendam: ergo si proposuit, & non secundùm formam iuris, argu.c. constitutus. de in integrum. restitu. cùm paria sint non proponere, vel minus bene, & inutiliter. cap. inter corporalia.de transla.episcopi.& in hoc casu procedunt argumenta proximè relata, quòd si fuerit proposita supplicatio à maiore non seruatis omnibus præmissis nostri text. quòd censeatur non supplicasse. Si tamen est minor, & potuit sentētia meliorari per supplicationem secundam, quod ex eo quia fuit læsus, sit restituendus ad eam interponendam in forma iuris.

Quid autem erit in hac quæstione. Supplicans dedit fideiussores infra viginti dies. auditores fortè putantes fideiussores non idoneos, iusserunt alios fideiussores dari infra alios viginti dies, an hoc potuerunt facere? Videtur quòd nō. quia hæc lex dicit, *e si no se obligaren, y los dichos fiadores no dieren en el dicho termino, no puedan suplicar.* Sic ergo tempus ponitur tanquam principale, & sic plura sunt in præcepto, scilicet, dispositio, & tempus. ergo, &c. l. Celsus. ff.de arbitri. & vtrunque impleri oportet, quia tempus appositum in lege est de forma, vt pulchrè Bald. in l. omnes populi. ad fin. ff. de iustitia & iure.

Item hæc lex vltra procedit dicens, *ni le sea otorgada la dicha supplicacion*, & sic est lex inhibitoria. superioris autem inhibitio annullat actum, vt notatur in cap. vt nostrum. de appellatio. sic ergo extra terminum supplicationis non potest dari satisdatio.

Item, quia tempus concessum à lege sine ministerio iudicis nō potest per iudicem prorogari: vt notant docto.in l.2.ff.de re iud.

¶ *Lex IX.*

a ¶ *Primeramente fueren conclusos.* Intellige si fuerit petitum. l. 40. cap. sexto. lib. pragmaticarũ Regum Catholicorum, vbi ampliat locũ habere in alijs judicijs, & adde. l. 6. in curijs de Segouia ann. 1532. & quando dicatur conclusum in causa, adde Robertũ Marant. in Specul. aduocato. §. quintus decimus actus. pag. 156.

¶ *Lex X.*

b ¶ *Los libren summariamente sin figura de juyzio.* Solus princeps potest causam cõmittere, quòd in ea procedi possit simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. casus est etiam in extrauagã. Ad reprimendum. sub titulo. quomodo in crimin. læsæ Maiest. vbi Barto. text. in cap. fin. de hæretic. libro. 6. Clemen. 2. de iudic. Clemẽ. sæpe. de verb. significat. capitulo in causis. de re iudica. capitulo ad petitionem. de accusatio. & capitulo. olim. & ibi Anani. eodem titulo. l. 25. titulo tertio. supra isto libro secundo, libro tertio infrà. & l. fina. titulo decimoquinto. eodem libro. ibi, *siendo hallada, y probada la verdad del hecho.* & ibi, *los juezes juzguen, segun la verdad que hallaren probada.* Prædicta verba, sola facti veritate inspecta, inducunt remotionem ordinis iudiciarij. Bald. in capitulo primo. §. inuestitura. de noua forma fideli. Roman. consil. 20. columna final. & consilio. 519. columna vltima. Philippus Decius in capitulo dilecti. columna secunda. de iudi. adde Hippolyt. singu. 172. Celsum. in tracta. clausularum, versicu. veritate inspecta. folio paruo decimosexto.

¶ *Ley IX. Que los pleytos que primero fueren conclusos, sean primero determinados.*

¶ El Rey y Reyna en Toledo.

ADDICION.

¶ *Acerca desta ley vease la ley 24. tit. quinto. lib. segundo Recopilat. adonde se declara que se haga tabla de quatro en quatro meses, de los pleytos que se han de ver en cada sala, y de los remitidos, y la orden que se ha de tener en ello.*

LOS pleytos conclusos, que en el nuestro Consejo, y en la nuestra audiencia, y en la nuestra carcel de la nuestra corte, y de la nuestra Chancilleria primeramente fueren cõclusos [a], Mandamos que aquellos sean primeramente determinados: saluo si nos expressamente mandaremos que se anteponga otro qualquier pleyto, o negocio, o si los nuestros Oydores, y Alcaldes, cada vno en su auditorio viere que por alguna legitima causa se deue ver, y determinar primero otro algun pleyto, o negocio, aunque sea postrimeramente concluydo: sobre lo qual encargamos las consciencias dellos.

¶ *Ley X. Que los Oydores oyan los pleytos por peticiones: y quantos dias se deuen assentar en el audiencia.*

ORDENAMOS, que los nuestros Oydores oyã los pleytos por peticiones, y no por libellos, ni demandas, ni por escripturas: y los libren summariamente sin figura de juyzio [b].

¶ Itẽ, que los juyzios y cartas que dierẽ, que se libren de todos los Oydores, o de la mayor parte de ellos: o a lo menos de los dos de ellos. E otrosi mandamos que los dichos Oydores se assienten a la audiencia tres dias en la semana, conuiene a saber, lunes, y mier-

coles, y Viernes.

¶Item mandamos: que los dichos Oydores no sean Alcaldes, porque mas desembargadamente puedan vsar de sus officios por si mesmos.

¶Item ordenamos, que del juyzio, que los dichos nuestros Oydores, o la mayor parte, o los dos de ellos dieren, no aya alçada de Nos, ni supplicacion alguna: saluo segun ay en la forma q̃ se cōtiene en la octaua ley deste titulo, que comiença, Siguiendo.

¶Ley XI Que las appellaciones de las cartas de commissiones del Consejo vayan a la Chancilleria.

ADDICION.

¶Acerca desta ley se vea la ley 10. y 23. tit. quinto, lib. secundo Recopilat. adonde se dispone, que no aya lugar lo en esta ley contenido quādo se guardare la forma q̃ alli se pone, y vease tambien la ley 24. tit. 4. lib. 2. Recopil. por la qual se confirma esta ley.

¶Lex XI. Adde l. 17. infra. isto titulo.

¶Lex XII.

Quæ tamen de venatione dicimus,intelligas,dūmodo venādi studiū nimiū nō sit,atq; immodicū, cuiusmodi solet nonnullis esse Principibus,qui nimio venandi studio detēti,rerū publicarū curam obliuioni tradunt,atq; ea,quæ necessaria sunt,minime curāt:vt refert Plutarchus in Apophthegmatibus Imperatorū,de Antiocho,qui cū in venatione quadā studio,feram persequēdi ab amicis, & seruis aberrasset,in casam quorūdam virorum ignotus intrauit,ac inter cœnandum,cum de Rege sermonem iniecisset , audiuit alias quidem bonū esse,sed amicis flagitiosis vtētē plurima negligere,& quæ necessaria sunt,sæpe nō curare.At ille tunc quidē tacuit:sed postquā satellites simul cū die ad casam illā venerūt,cognitus, allata purpura diademate,Nimirum,inquit,ex quo die vos sumpsi, heri quidē primum vera de me ipso verba audiui. Nimia igitur venādi sedulitas,tāquam hoc rēda pestis est fugienda,Quid enim,obsecro,aliud est Acteonis illa Poetarum fabula,qui in ceruum à Diana conuersus miserum fuit à canibus suis dilaniatus,quam Acteonem nimio venandi studio, canibusq; alendis,totam substantiam,patrimoniū que prodige consumpsisse, atq; ad summā inopiā peruenisse? Prodigos etiā vocat eos Cicero.lib.2. officio.qui venationū apparatu pecunias pfundūt

Venationes ergo possunt honeste nobiles exercere,vt ad bellum se aptiores reddant,promptioresque,& validiores efficiant,vt pote quos præ ceteris id deceat.

Quod autem venatio reddat hominē fortē, patet ex illo Genes.10.Nemrod erat robustus venator coram domino. Quo loco Nemrod venator dicitur,tamquam fortis,& bellator maximus. Ad hoc exiuit Prouerbium, Quasi Nemrod robustus venator coram domino. Legitur etiam Genes.25 Factus est Esau vir gnarus venandi.

Habemus iam venationē & corporis,& animi vires roborare:principibus,heroibus , ac nobilibus eam decori esse.Quæramus nunc, Vtrū sit omnibus hominibus venari licitum,ac decorum,ac deiure licitum? Huic quæstioni respondēdum est,nō licere omnibus:Ius enim Canonicū(quod passim patet)vt pote quod venationē summopere abhorreat,eam præcipue clericis sub grauibus prohibet pœnis:artem enim asserit eam pestiferā.c.qui venatoribus.cū quinq; sequentibus.86.distin.Nam quāquā honesta sit,& vtilis suapte natura venatio, tamē clericis interdicitur.c.quorūdā.74.distinct. clem.1.§.porrò.de stat.monach.& per totū tit. de cleri.vena.& in.c.1.ne cleri.vel mona. Vide etiā circa hęc tex.in.c.1.de cleri.percusso.vbi gl.quadruplicem asserit venationē, nempe,oppressiuā, adulatoriam,arenariam , & saltuosam. Quarum tres primas dicit interdictas,quartam vero,nempe saltuosam secularibus esse permissam. Hoc tamen limita:quia etiam laicis quandoque venatio prohibetur.Non enim licet eis diebus festis venationem exercere,ne venandi studio retrahantur à diuinis officijs,glo.& docto.in.c.Esau. & in dict. c.qui venatoribus.86.distin.c.an putatis. ead.distin.In episcopis tamen,& clericis presbyteris,indistincte prohibitum est, secūdū illam glo. Quod etiam in laicis procedit,si nimis sint venationi dediri

diri

diti. Licet tamen causa recreationis presbyteris, atq; etiam episcopo venationē aliquantulū exercere, secundum Archidia.in dict. c. qui venatoribus, quicquid velit glo.in dict.c.1. per illum tex. qui restringitur nempe, nisi id recreationis gratia fiat. Monachis tamē nec recreationis gratia licet: etiam si suos reditus habeant in venatione: debent enim id per alios, non per se facere, nec eis interesse, secundum docto.communiter. Qua etiam causa prohibetur eis venaticos canes per se, & alios tenere. Nec consuetudo loci, quæ clericis est venandi communiter, excusat eos: est enim quasi nutritiua peccati.arg.d.c. Esau.

Posset etiam & secūdo quæri, An venatio posit per Principes iuste prohiberi? Videtur φ non: eo quod venādi libertas iuris sit gentiū.l.1.&. l.3.&. l.quod in litore.ff.de acquir.rer.domi.§.feræ. Insti.de rer.diuis.l.1.in prin.ff.de acquir.posses. Sed quæ iuris sunt naturalis, Princeps tollere nequit. §.sed naturalia quidem.Inst.de natur.genti.& ciuil.c.fin.6.dist.in.ergo per Principem venandi libertas tolli non potest. Vt enim etiam probatur in dict.l.quod in litore.& in dict.§.feræ.& in dict. l.1.&.3.& in dict.l.1.in prin. quæ natura nullius sunt, vt feræ, pisces, volucres, aliaq; animalia his similia, eo quod Deus Optimus Maximus in hominum vsum, & cibum omnia creauit. Genes.c.1. dominij prioris occupantis efficiuntur.

At his non obstātibus, negari non potest, quin à Principe posit venatio prohiberi, iusta tamen imminēte causa. Triplici enim de causa.pōt à Principe prohiberi, vt late probat Domi.de Sot.lib.4 de iusti.& iur.q.6.arti.4.pag.353.col.1.2. & seq. Primū potest prohiberi per viā gubernationis: feræ etenim, ac volucres nō solū ornamēto sunt, ac decori Reipub. verū & necessitati deseruiunt. Secūdo Princeps cōmunia reipublicę loca prohibere potest, atq; proprio vsui dicare: nec requiritur ad hoc, vt quibusdā placet, populi cōsensus. Cōsonat enim æquitati, vt pro sua dignitate animi recreandi gratia venationē habeat paratam. Tertio, Quādo venatio est in loco nō cōmuni oppidi, sed proprio domini priuati, quo suā venationē custodit. Ita tenet Tiraq.de nobilit.c.37.n. 140. Tho. Grammati.decis.67.n.9. Cardin. Turrecrem.in.c. qui venatoribus.86.distin. & ibi bona glo. Caietan.in tract.17.quæstionū.c.12. Ioan. de Medin. de resti.q.12. Nā licet omnia iure naturę cōmunia sint, potest tamē à Principe in his, quæ in nullius bonis sunt, ita ius priuato cōcedere, vt pote qui in his dispensationē habeat, vt in posterū nō cōmunia, sed priuata maneāt.tex.in.§.singulorū. Insti. de rer.diuis.& in.l.1.ff.de acquir.rer.domi. Quod potest facere Princeps etiam sine corporali apprehēsione. Licet etiā id ipsi Reipub. quæ tale ius cōcedere pōt priuato, vt quę cōmunia prius erāt, ac in nullius bonis habebantur, in priuatū iure dominij trāsferātur. Omnia enim ab initio huius seculi fuere cōmunia: at humana lege distinctio rerū inter priuatos facta est. Nec licet cuiquā postea distinctionē occupare rem humana lege in distinctione cuiquā addictā: vt tradit elegāter Cōr.in li.de cōtract.q.10.cū sequētibus. Multa enim iure natura li licita sunt: quæ tñ inspecta vtilitate Reipub. per legem humanam æquissimè prohiberi possunt.

Aduertendum tamen est, non esse eandem rationem in magnatibus, vt possint sui gratia custodire venationem, atq; prohibere, quæ est in supremo Principe. Eo quod, si magnates haberēt plura loca singuli suis territorijs sibimet solis reseruata, intolerabile fieret Reipub. grauamen.

Negandū tamē nō est, quin sicut Princeps, qui potestatē habet legis cōdendæ, ex varijs causis venationē prohibere potest, inferiores etiam ab eo, dū tamen iurisdictionem habeant, idē prohibere possint ex causa iustissima ad tempus aliquod per edictum: legē enim hi statuere nō possunt. Ad tēpus aliquod, inquam, quia perpetuo non licet ei, qui superiorē recognoscit. Ita sentiunt Ioan. And. Cardi. & Anto.in.c.non est.de decim. Caiet. etiā in summa.verb.venatio. Quod tñ intellige, vt sentiunt ibi prædicti patres, nisi id ius per immemorialem, & legitimam præscriptionē acquisierint.

Aduertendum etiam est, quod licet, vt iam probatum est, & patet in.§.feræ. & ibi Ioan. Fab. & Christopho. Porti.& Ange. Aret. Instit.de rer. diuis.& l.per agrū.C.de seruitu.& aqua. non posit quis alienū fundū, vel pratum inuito dño intrare: fallit in itinerante, & peregrino, cui licitū est trāsire, atq; herbam ad sui equi pabulū capere, per tex. & ibi glo. Bal.& Cardin. Alexā.in.c.1.§.fi.de pace tenēda. Hoc enim est de iure diuino.c.1.& ibi Cardi. Alexan.& Feli. 1.distin. Quare si dominus fundi reperiat itinerātē equū suū in prato pabulantē, non poterit ex eo quicquam exigere, etiā si diues sit, dummodo id non ex paupertate, sed ex necessitate fecerit: nempe, quia nō reperiebat hospitiū propinquū, & equus erat fessus: nec tenebitur eo casu pabulās aliquid soluere secūdum Cardin. in dict.§.fin. Ea nempe ratione, Quia necessitate imminente, res fiūt de æquitate cōmunes. c. sicut ij. 47.dist.c.3.de furt.l.2.§.pe.ff.ad.l. Rhodi.de iact. Faciūt notata per Bal.in.l.2.C.de ope.libe.

At quia de iure naturali feræ, aues, pisces, cæteraq; animalia de iure naturali ab initio communia fuere, ne nimium ab eo iure recedamus, cauēdum est, ne omnino populus à venatione cohibeatur, nec pœnæ acerbæ statuantur: illud enim non existimatur furtum, aut latrocinium, perinde ac si domus compilaretur. Quare non dubito, quin rude

le sit ingredientes loca venationis gratia vetita corporali pœna plecti:satis enim existimarem esse,si duplum soluerent,aut triplum , plagasq; & instrumenta perderent.

His sic de venationis prohibitione notatis,Quæramus vlterius, Vtrum qui in alieno prædio venatur,ex venatione captum restituere teneatur?Cui quæstioni respondẽdum est, Quod si venatio vel temporis,vel venatoris gratia prohibeatur:vel ob aliam publicam,vel priuatam vtilitatem:non tamen ex eo , quod animalia propria sint alicuius, non est ex tali venatione captum in animæ foro restituendum. Leges enim hoc casu venationem prohibentes,non vetant ipsarum ferarum acquisitionẽ,sed venationis vsum.Patet, Nullum enim datur alteri damnum:siquidem feræ captæ nullius sunt, nec ex tali venatione cuiquam auferuntur quæ propria alicuius sunt.

Vnde constat clericos,qui venari per iura superius allegata,ac passim per Canones, qui venationem abhorrent,prohibentur, non teneri captum è venatione restituere:nam etiam si venentur illicite,nihilominus quę inde capiunt, sibi acquirũt nec in animæ foro restitutioni subiacẽt.Idem etiã est de laicis iudicandum,qui etiam prohibẽtur festo die venari.glo. & doct.in dict.c.Esau. & in. d. c.qui venatoribus.86.dist in.At si venentur, malè quidem agunt , non tamen quæ per venationem acquisierint,restituere tenentur. Ratione prædictæ conclusionis.

Posset tamen aliquis quærere, Nunquid dominus fundi post prohibitionem à se promulgatam, poterit intrantem fundum,se inuito, detinere,donec venationes restituat?Huic quæstioni respondet elegãter Angel.in.l.Diuus Pius.ff.de seruitu, rusti.prædi.Poterit tamẽ talis dominus agere contra illum actione iniuriarum:eo quod prohibente domino fuerit fundum ingressus. l. iniuriarum actio.ff.de iniur. Quod adeo verum est,vt possit dominus fundi volentem ingredi manu armata prohibere , ne ingrediatur,secundum glo.in.l.3. §.plane.ff.de acquir.rer.domin.

Vnde etiam constat,ꝙ licet venator inuito domino alienũ ingrediens fundũ,afficiat iniuria dominum,per.l.iniuriarum.§.vltimo.ff. de iniur. & l.Diuus.ff.de seruitu.rusti.prædi,&.§.sane. versi. plane.Instit.de rer.diuis.nihilominus ad restitutionẽ eorũ,quæ inde ceperit,inuito domino,non tenebitur in animæ iudicio.secundũ glo.Ange.& Paul.Castren.in dict.l.Diuus.glo.etiã in.l.3.ff.de acquir.rer.domin.Bart.in.l.i.§.omnia. ff.eo.ti.& Felin.in.c.omnes leges.col.fin.dist in.1.Quorum opinio communis est,secundum Ange.& Cantiũculam in dicto.§.feræ.Ratio potissima ea est,Quia & si vetitum id sit propter iniuriã,quæ prouenit inde agrum possidenti , non tamẽ propter huiusmodi prohibitionem,feræ etiam in agri dominũ, eiusq; possessionem transferuntur: quinimo iure naturali adhuc prioris occupantis fiunt. Vt enim animalia fundi efficiantur fundum iure dominij possidentis,requiritur vt ipse dominus occupet ea primo. Quare venator minime tenebitur ad restitutionem eorum animalium , quæ per venationẽ sibi acquisiuit,nec ea prius fundi dñs occupauit.

In contrarium tamen facere videtur.l.16.tit.28 parti.3.quæ probat quoad Iudiciale forum,animalia,quæ venator in alieno fundo capit , non effici capientis:sed esse domino fundi restituenda.Idem sentit glo.in dict.§.feræ.& Albert.in dict.l.Diuus. Ea nempe ratione , quod lex humana potest ex causa rerum,quæ in nullius bonis sunt,acquisitionem impedire.Quo casu res istas contra legem occupans non sibi acquirit:& consequenter ad earũ restitutionem tenetur.

Huic oppositioni certe nõ facilis est satisfactio Consonum enim est æquitati,vt humana lex possit aliquarum rerũ prohibitionem ex causa introducere.At his non obstantibus, dicendum est,& respondendum,veram esse oppositionem,si tamẽ prohibitio facta sit ne quis in alieno fundo, scilicet,priuati alicuius venari possit.Nam eo casu cęterem ex venatione capta animalia fore domino priuato fundi restituenda. Vel etiam casu,quo alicui soli venandi ius competat,nec eo inuito alteri.Si tamen prohibitio de non venando fiat in fundo publico reip. ac in vniuersum talis prohibitio fiat,tunc satis erit,quod ad pœnam legis,vel statuti venationem prohibentis à iudice condemnetur:nec tenebitur ad restitutionem animalium in animæ iudicio:nec debet iudex eum ad id necessario condemnare.

Negari tamen non poterit,licet ad restitutionẽ animalium captorum venator non teneatur, dato ꝙ non teneatur,etiam si fundus sit priuatus, quin teneatur domino,qui iure solitus erat in agro proprio venari,ad damnum per venationem ei illatũ. Ita tenuit in specie Ioan.de Medina. de restitutione.q.12.Imo etiã si prohibitio nõ fuerit expressa tenentur venatores ad damnum in fructibus,& segetibus domino fundi illatum. Quoad enim istud damnum sufficit tacita prohibitio.

Tandem concludendum est etiam ad restitutionẽ animalium ex venatione de fundo domini priuati captorum teneri venatorẽ , non secus, quã si domesticũ alicuius,ac mite animal capiant.Quod ideo verũ est,ꝙ acceptio iniqua est,ratione iustitiæ commutatiuæ,quæ damnum,iniuriamve proximo fieri prohibet.Quare poterit in hoc casu dominus agere contra venatorẽ actione furti. l. vsufructuarium.ff.de vsufruct.l.Pomponius. §. idem

Pompo-

Pomponius. ff. familiæ herciscun. §. gallinarum, Instit. de rerum diuisio.

Quinimo, etiam si prædicta domini priuati animalia fuerint extra locum, quo includuntur, capta, modò eundi, & redeundi consuetudinem nõ amiserint, ad eorum nihilominus restitutionem teneri venatorem minimè dubito. Propria enim sunt eius adhuc, qui ea inclusit. Ita tenuit expresse Ioan. de Medina dicta. q. duodecima. C. de restitutione. Quod verum est, etiam si nullam adhibuerit nec artem nec industriã venator ad extrahenda animalia de locis vbi includuntur. In altero tamen casu, nempe quo capiantur animalia in fundo publico reipub. vbi in vniuersum sit prohibitio, etiam si venator diligentiam, artem & industriam adhibuerit ad ea extrahenda, nihilominus ad eorum restitutionem minimè tenebitur, sed solùm ad cõdemnationẽ iudicis, vt paulò antè diximus. Ita etiam tenet Domin. Soto. de iusti. & iur. quæst. 6. art. 4. pagi. 353. col. 2. versic. at quò tandem.

Quam plurima alia possemus hic de venatione pertractare, quæ cõsultò omisimus. Quibus ea res curæ erit, congesta reperient plura passim: præcipuè per Angel. in. l. Diuus. ff. de seruitu. rusti. præ di. Plate. in. l. vni. C. de venator. fera. libr. 11. Ioan. Fab. in. §. feræ. Insti. de rer. diuis. Marti. Lauden. & Cardi. Alex. in. c. nemo. tit. de pace tenen. eundem Cardin. in. c. ius naturale. 1. distin. Matthæ. de Afflict. in consti. Neapol. & Sicil. lib. 3. rub. 1. nu. 9. Ioan. Turrecrem. in cap. quorundam. nume. 2. 34. distin. & in cap. qui venatoribus. 86. distin. Iacob. Areti. in. l. 3. §. Nerua. & ibi Alexã. num. 7. & Ias. nume. 12. & Ioan. de Imol. & Fran. Areti. ff. de acquir. posses. Cepol. in tracta. rusti. prædi. tit. 21. de aucupatione. Deci. cõsi. 197. volumi. 1. & in cõsil. 302. cuius superscriptio incipit, An, & quãdo cessionarius. colum. 6. versic. nec obstat quòd testes, Guillel. Benedi. in. c. Raynutius. verb. & vxorem nomine. 5. num. 312. & 332. de testamen. Iacob. Sanct. Georgio in suo tract. feud. verb. & cum venationibus. Ang. & Syluest. in suis summis. verb. venatio. per totum. Castan. in consuetu. Burgun. fol. 368. co. 4. nu. 13. Io. Bernard. in practica no. crimin. cap. 61. Optimè Suarez in allega. suis. allegat. 16.

¶ Ley. II. Si los caualleros tuuierẽ Monteros por merced, que los tẽgan en su tierra.

¶ El Rey dõ Iuan II. en Burgos. Año de liij.

ADDICION.

¶ La exempcion concedida en esta ley se reuoca por la ley. 22. y en otras dos siguientes titulo. 14. libr. 6. Recopila.

POr quanto algunos caualleros, y grandes hombres de nuestros Reynos tienen de nos por merced algunos monteros escusados [a]. Mandamos, que los ayan, y tengan de aqui adelante en sus tierras: y si en otras partes biuieren, y morarẽ fuera d las dichas sus tierras, q̃ no les sea guardada la tal exempciõ ni gozen della.

¶ Lex. II.

a *¶ Tienẽ de nos por merced al*[illegible]*nos mõtero. escusados.* Nota q̃ immunitas excusatioq; munerum à solo Principe cõcedi potest. l. immunitas. C. de agricol. & censi. lib. 11. l. vacuatis. C. de decurion. libr. 10. l. sunt munera. ff. de vacatio. mune. Barto. in. l. prima. C. de decret. decurio. lib. 10. & in. l. hi qui. ff. de iure immunita. Tradit Panor. in cap. peruenit. de immunit. eccle sia. & in capi. accedentes. de præscriptio. Ludoui. Roman. consil. 252. incipi. pro decisione proposi tæ consultationis. Paul. Parisi. consi. 68. incipi. Primò quæritur. col. 1. lib. 1. Est etiam. l. 3. *infra* eod. Gratia autẽ venationis (etsi inter *actus* belli *ascripserit* Aristot libr. 1. Politi. c. 5. sic *dicens*, Quapropter & bellica secundùm naturam quodammodo acquisitiua erit. Nam & venatoria pars illius est, qua vti oportet contra bestias, & cõtra eos homines, qui ad parendum nati sunt, nec volũt parere, quia natura iustum id bellum existat) non consequitur quis immunitatem. l. venatoribus. C. de excusa. muner. lib. 10. ibi, venatoribus immunitas ob hanc professionem solã nullo iure concessam probari potest. Probatur etiam hic, dũ dicit ista lex, *Tienen de nos por merced.* Priuilegium enim denotat commune ius in contrarium esse, siquidem priuatur lex, seu beneficium alicui concessum aliqua iusta ratione ab ipso Rege. Ex venatione venator collectã soluere tenetur. Luc. de Penna in. l. 3. C. d quib. muneri. vel præstatio. nemi. lice. lib. 10. co. 9. versiculo, Vigesimo tertio generaliter quæritur & ad decimam. cap. non est. de decim.

¶ *Hombres*

¶*Ley.III. Que los monteros moren donde suelē andar a monte.*

¶El Rey dō Iuan.II.en Madrid Año de xxxiij.

¶El mismo en Madrid. Año de.v.

ADDICION.

¶*Esta ley se contiene en la ley 1.titu.15.libr.6.Recopil. Y se modifica y declara por la ley.16.titul.14.libr.6. Recopil. adonde se dize que los monteros siruan por sus personas, y no excedan del numero alli contenido, para gozar de la exempcion.*

LOs nuestros monteros del numero, que por razon del officio se quieren escusar de los pechos, y repartimientos, segun las exempciones que de nos tienen: Mandamos, que moren, y sean tomados en los lugares donde nos acostumbramos andar a monte: y sean de los menores pecheros, o medianos, y no de los mayores. Y sean hombres expertos a, y acostumbrados en el dicho officio. Y no sean çapateros, ni sastres, ni vsen de otros officios semejantes. Ni sean otrosi labradores en las tierras, y lugares, donde nos no acostumbramos vsar monte.

¶Lex.III.

a ¶*Hombres expertos.* Adde.l.1.titul.4.lib.4. infrà.& vnusquisque tenetur esse expertus in sua arte: ars enim reddit homines aptos in omni casu.l.certi iuris.C.de iudic.vbi patet expertū,& si literatus nō sit, posse in iudicem assumi. Experientia enim rerū est efficax magistra.ca. quàm sit. de electi. lib.6.vbi Domin.col.1.infert, doctorē, vel artificem non dici effectualiter magistros, sine practica, & experientia. Experientia, etiā maximè cōfert ad sciētiā acquirendā, vt ait Terentius in Adelphis.

Nūquā ita quisquā bene subducta ratione ad vitam fuit.
Quin res, ætas, semper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, vt illa, quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Facit illud Ouid.6.Metamor.

Seris venit vsus ab annis.

Experientia deniq; est prouidentiæ magistra, vt eleganter asserit Tibullus, eleg.11.lib.3.

Venturam meliùs præsagit nauita mortem.
Vulneribus didicit miles habere metum.

Firmat Ouid.lib.2.de Ponto.

Da veniam quæso, nimioque ignosce timori,
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vna cibis æra subesse putat:
Sæpe canem visum longè fugit agna, lupumque
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoque saucia tactū,
Vanaque solicitis incitat vmbra metum.
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,
Pectore concipio nil nisi triste meo.

Ad iudicandum etiam debent homines literarum expertes constitui, qui ad minus per decem annos operam iuri canonico, vel ciuili, & regni operā dederint. l. 59. lib.prag. reg. catho.ibi, *Ordenamos, y mandamos q̄ qualesquier personas de nuestros Reynos que fuerē a estudiar en los dichos estudios o en otros estudios generales de fuera de nuestros reynos, q̄ no residan en ellos estudiando en derecho Canonico, o ciuil: a lo menos por tiempo de diez años, que no pueda auer, ni aya officio, ni cargo de justicia, ni pesquisidor, ni de relator en el nuestro consejo, ni enla nuestra audiencia, ni chancilleria ni en ninguna ciudad, ni en villa ni en lugar de nuestros reynos. Y mandamos a los del nuestro cōsejo, y a los Oydores de nuestra audiencia, Alcaldes de la nuestra casa, y corte, y chācilleria, y a los consejos, Corregidores, asistētes, alcaldes, alguaziles, o otras justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de nuestros reynos, y señorios, q̄ no dē officio alguno de corregimiēto, ni asistencia, ni alcaldia, ni otro officio de juzgado, ni receptoria, ni relator a ningū letrado, ni otro officio de justicia, saluo a aq̄llos q̄ vuierē estudiado enlos dichos estudios, en derecho canonico, o ciuil, por el dicho tiēpo delos 10. años Lo qual muestrē primero por fe del notario del estudio, ē que ayā alomenos edad de veynte y seys años. Y aunq̄ se los dē, mandamos a los tales, que no los acceptē: so pena q̄ dende en adelāte seā inhabiles para auer aq̄llos, ni otros.*

Ad idem est pragma. Caroli quinti olim Imperatoris, Hispaniarumq; Regis in curijs ab eo celebratis in

tis in oppido de Madrid. Anno. 1528. petitio. 50 incipi. *Supplican a vuestra magestad que los letrados.* Requiritur prçterea particularis omniũ legũ isti⁹ regni relectio. l. 1. in ordinatio. Taur. Ratio eã est, q̃ quilibet illius artis, quam profiteri contendit, sciens esse tenetur: aliàs enim erit in culpa. l. 2. §. Seruius Sulpitius. ff. de origi. iur. l. idẽ iuris. §. 1. ibi, Nec videtur iniquum, si infirmitas culpæ annumeretur: cùm affectare quis non debeat in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alijs periculosam futuram, &c. ff. ad legem Aquil. vbi notat, & inquit Bal. non debere equum ascendere, qui nescit equitare. Venatores ergo, nec nõ & quilibet alij in arte sua experti sint oportet. l. 1. suprà isto titu. Expertis autem in arte credendum est. l. septimo mẽse. ff. de sta. homi. l. 1. §. 1. ff. de ventr. in spicien. Bonifa. de Vtellin. in Clemen. Ex frequẽtibus. col. 1. notabi. 1. de senten. excommuni.

¶ Ley. IIII. *De los derechos que han de lleuar los monteros de Espinosa.*

¶ El Rey y Reyna en Toledo.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley 2. tit 15. lib. 6. Recopil.*

Segun Leyes antiguas de nuestros reynos los nuestros monteros de Espinosa hã de lleuar de los Iudios, que nos salieren a recebir por cada tora. xij. marauedis [a]. Y porque auida consideracion a los marauedis de entõces y de agora [b], estos derechos deuen crescer. Ordenamos, y mandamos, q̃ por los dichos. xij. marauedis. lleuen los dichos mõteros quatro Reales de plata de cada tora: y que no pidan, ni lleuen mas, sopena que el que lo contrario hiziere, este diez dias en la cadena, y torne lo que lleuare con el dos tanto: y sea repartido a los pobres: y si entraremos dos vezes en el año, en vn lugar, que no se pague este derecho mas de la primera vez [c].

Titul. XXIII.

De los gallineros.

ADDICION.

¶ *Este titulo se contiene en el titul. 16. lib. 6. Recopilat.*

¶ Lex. *IIII.*

a ¶ *Por cada tora doze marauedis.* Circa hunc articulũ non est cur immoremur siquidem iam infideles omnes, quibus hoc vsui erat, è tota sunt Hispania Dei Optimi Maximi beneficio in virtute inuictissimi Ferdinandi, quam summus Deus ad id ei concessit, radicitùs euulsi.

Simile verbum est in. l. 41. ibi, *Saluo el que lleuare la tora.* tit. 3. lib. 8. infrà.

b ¶ *A los marauedis de entonce y de agora.* Non facilè dissoluitur illa quæstio, qua quæritur, Quod sit tempus inspiciẽdum in solutione monetæ, promissionis, an solutionis? Hãc quæstionem tractat eleganter Bartol. in l. quod te. nume. 6. ff. si certum peta. & Roman. singula. 513. incipien. Quod tempus. vbi ad idem alios allegat. Tradit copiosissimè Nicolaus Boeri. decisi. 327. incipien. Nobilis Guillelmus.

c ¶ *Mas de la primera vez.* Verba simpliciter prolata de prima vice sunt intelligẽda. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione. Felin. in capitu. innouamus. numer. tertio. de treuga & pace. Quod facit ad decisionem huius text. ne, scilicet, pluries in vno anno ad hanc præstationem Iudæi teneantur, quæ seruitutis inducit speciem. capit. omnis anima. de censibus. Quare cum odiosa sit, erit & restringenda pro vna vice. Tum etiam quia fit in seruitium Regis, cùm fiat ob eius iucundum aduentum, vt in. l. secunda. titul. primo. libro primo. supra.

¶ *TITVLVS.* XXIII. *De Gallinarijs.*

a ¶ *Gallinas*

¶Ley. I. Que ningun gallinero tome gallinas, saluo los del Rey y Reyna, y Principe.

¶El Rey don Enrique. IIII. en Cordoua. Año de lv.

ADDICION.

¶Esta ley se contiene en la ley 1. titul. 16. lib. 6. Recopil. por la qual se confirma, y alli se prohibe que los tales gallineros, no tomen gallinas de los monasterios, ni de sus lugares. Y vease la ley 6. titul. 16. libr. 6. Recopil. adonde se prohibe, que los gallineros tomen gallinas, socolor de que son para el Rey. Y veale la tal ley 7. titul. 16. libr. 6. Recopil. do se manda porque precios se han de dar las gallinas a los caçadores del Rey. Y veale tambien la ley 5. titul. 16. lib. 6. Recopil. donde se prohibe auer gallineros en las audiencias.

DEFENDEMOS, que persona, ni personas algunas de qualquier estado, o condicion, preeminencia, o dignidad que sean no tomen, ni manden tomar gallinas, ni otras aues a algunas, en las ciudades, y villas, y lugares de nuestros Reynos saluo los nuestros gallineros b, y del Principe nuestro muy caro y muy amado fijo, y de los Infantes nuestros hijos: y que otros algunos no trayan gallineros, ni les sea consentido, ni permitido por las nuestras justicias. Mas que las gallinas, que ouierẽ menester, que las compren, y les seã dadas en precios razonables.

¶Lex. I.

a ¶*Gallinas, ni otras aues.* Nota quòd nomine animalium, non veniunt gallinæ, anseres, seu fasiani, secundum Guillelmum de Cugneo, & Florianum in lege. hæc actio. in fine. ff. si quadrup. paupe. fecis. dic. & Guillelm. in l. de quibus. ff. de legib. Bertachinus in suo indice. verbo, Gallus gallinaceus. versicul. Tertiò appellatione tamen auium veniunt. textus singularis in lege. auibus. ff. de legatis tertio. Et sic possunt volatilia etiam venire ex vi rationis, quæ est, vt Curiales possent vti pro suo victu pretio moderato in victualibus tàm auium, quàm alterius cuiuslibet rei. lege nona. ibi, *ni carne muerta, ni viua.* titulo septimo. libro quinto. infrà. De natura gallinarum vide Aristotel. libr. 6. de historia animalium, capitulo primo, quo loco inter cætera inquit, Gallina enim toto anno, præterquam duobus mensibus, parit. Magna etiam generosarum nonnullis fœcunditas, quando vel sexaginta edunt ante incubitum: quanquam ipsæ minus fœcundæ, quàm ignobiles sunt. ¶Item Hadrianæ paruo quidem sunt corpore, sed quotidiè pariunt: ferociunt tamen, & pullos sæpe interimunt. Color his varius. Nonnullæ etiam è cortalibus bis die pariunt. Iam aliquæ in tantum copiæ prouenerunt, vt effœtæ breui morerentur. Sed gallinæ, vt dictum est, perpetuò pariunt. Hactenus Aristotel. Notandum vlterius est gallinarum, & anserum non esse feram naturam. l. naturalem. §. Gallinarum. ff. de acquirẽdo rerum dominio. §. gallinarum. Institu. de rerum diuisione. l. vigesima quarta. titul. vigesimo octauo. par. 3 Ex quibus apparet gallinarum, & anserum non esse feram naturam, licèt aliquæ gallinæ, & anseres feri sint. Quare gallinę, atque anseres manent dominorũ, in quo cunque loco fuerint: & qui illa animalia detinent animo lucrandi, cõmittit furtum. Quo casu in re minima committitur furtum. capitul. fina. decima quarta. quæstione fina. gloss. in capit. de appellationibus verbo, minimis. de appellationibus. ¶Quæri tamen posset, quæ sit causa, quare pro re minima duorum aureorum, non detur actio de dolo. l. si oleum. ff. de dolo. & tamen pro vna gallina, vel etiam re minoris valoris datur actio furti? Responderi posset. Quia in furto non attenditur quantitas rei furatæ, sed animus furantis. textus in dicto capitulo. finali. & gloss. in dicto capitulo. de appellationibus. Et sic datur fundamentũ super iniquitate furis. Se-

ris. Secus in dolo, in quo consideratur quantitas, & super ea fundatur. Quæ ratio excogitata est vltra doctores, qui nimis in hoc laborarunt in. d. §. gallinarũ Notanda est etiã, & signãda, quia facit dicenti honorem, vt inquit Petrus Gerar. de Petra in singul. 19. incip. Scis quòd furtum.

a ¶ *Saluo los nuestros gallineros* Gallinarij dicuntur, qui gallinas curant Plin. lib. 10. c. 55. tradit quandam artem gallinarij cuiusdam dicentis quid ex quoque esset. Varro de re rustica. lib. 3. capit. 9. Inter duas ostiũ sit, quà gallinarius curator earum ire posit.

¶ *Lex. II.*

b ¶ *Mas quantia de la que fuere tassada.* Facit l. 1. suprà ibi, *Dadas en precios razonables* Et. l. 3. infrà. ibi, *Pagandolas a precios razonables.* l. 64. in curijs Caroli Cæsaris. anno. 1555. nouissimè ꝓmulgatæ a nostro Domino & Rege Philippo in curijs Pinciæ. textus in capitul. primo. de emptio. & vendit. ibi, & non carius vendant transeuntibus, quam in mercato vendere possunt. Quem text. intelligo, qñ illa maioritas iusti pretij egreditur latitudinem: secus si non excederet latitudinem iusti pretij, secundũ Conrad. de contracti. quæstione. 59. Pretium autem iustũ alicuius rei quale sit, in præsentia breuiter explanabimus. De inde, Vtrum taxa superioris inducat iustum pretium in rebus. Tertiò, & finaliter, Vtrum quis compelli posit rem suam distrahere per Principem, & in quibus casibus.

Ad primum. Iustũ rei pretium illud est, quod tpe celebrati contractus, præposita notitia, & communi hominum illius loci æstimatione, potuit inueniri, cessante monopolio, & quacũque alia fraude, & dolo ex parte alterius vtriusque contrahentium. Dixi, tempore contractus: quia valor merciũ illo tempore est considerandus. capitul. tertio. & ibi glo. verbo, tunc, valētem.

¶ *Ley. II. Que forma se deue tener que los gallineros no hagan agrauio.*

¶ El Rey y Reyna en Toledo. Año de lxxx.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley. 3. tit. 16. lib. 6. Recopil.*

Porq̃ auemos seydo informados, q̃ los nuestros gallineros q̃ andan en nuestra corte hazẽ algunos agrauios. Ordenamos, q̃ cada y quando nos, o qualquier de nos fueremos cõ nuestra corte a qualquier ciudad villa o lugar de nuestros reynos para estar en ellas algun tiẽpo, q̃ el nuestro mayordomo se junte con los del nuestro consejo, y aya informaciõ como valen las aues en aquella tierra, y comarca, y las tassen: y libren nuestras cartas para los nuestros gallineros, y para otro qualquier gallinero que con nuestra licencia è mandado ouieren de andar en nuestra corte, para q̃ en aq̃lla tierra, y comarca tomẽ las aues que fueren menester: y que de la dicha tassa no se puedan pujar, ni subir las aues en aquella ciudad, o villa, o lugar donde nos estuuieremos, ni en su comarca, ni en la tierra donde nuestras cartas se dirigẽ. Y mãdamos, q̃ ninguna persona, o personas no seã osadas de pedir, ni lleuar a los dichos gallineros, ni a otra persona alguna por las dichas aues mas quantia de la que fuere tassada [b] por los sobredichos durante nuestra estada: so pena q̃ aquel, o aquellos q̃ lo contrario hizierẽ, pierdã las aues q̃ vendieren cõ el do-

blo, y ſean para los preſos de la carcel de nueſtra corte. E porque los dichos gallineros no puedan hazer agrauios, ni cohechos. Mãdamos, que las nueſtras cartas, q̃ los de nueſtro conſejo ſobre ello dieren, vayan dirigidas a los concejos de las ciudades, y villas, y lugares, y en ſus comarcas, para que cada vno dellos elijan vn official de ſu concejo, que ande con cada vno de los gallineros y les hagan dar las dichas aues, y las hagan pagar: ſopena que el cõcejo que luego no puſiere la tal perſona, y la perſona que aſsi pueſta y elegida no aceptare, que pague por cada vez cada vno dos mil marauedis para la nueſtra camara, la execucion de lo qual todos los del nueſtro conſejo y los nueſtros Alcaldes, hagan luego hazer ſin dilacion, y ſin cautela alguna. Y que el gallinero, o regaton que en nueſtra corte, por mayores precios de los que fueren taſſados vendieren qualeſquier aues que por la primera vez pierdan las aues con el quatro tanto: y por la ſegunda vez otro tanto: y ſean deſterrados de la corte perpetuamente.

rem. de emptio. & vendi. tex. etiam & ibi glo. 1. in cap. cũ cauſa. de teſtib. tex. & ibi Panor. nu. 3. in c. in ciuitate. de vſur. l. ſi volũtate. ad fi. C. de reſcin. vendi. l. 56 titul. 5. part. 5. & l. 4. tit. 7. lib. 5. infrà. Item in contractu geſto cum minore attéditur læſio eo tempore, quo contraxit ad petẽdam in integrum reſtitutionẽ. l. ſi minorem. C. de in integrũ reſti. l. 4 tit. 14. partit. 3. Colligitur etiam iſta definitio ex Ioãne Nider. in tracta. de contractibus mercatorũ. ca. 2. & ex Ioãne Maiore in. 4. ſent. diſt. 15. q. 33 conclu. 2. Et ex Ioãne Methymna. de reſtit. q. 31. Cai. 2. 2. q. 77. arti. 1. col. pe. Confirmatur illud, quod dixi, præſuppoſita cõi hominum æſtimatione. Quia pretia rerum non ex affectu ſingulorũ, ſed ex cõmuni recipiũtur. l. p̃tia rerum. ff. ad legem falci. gl. in verb. non valeat. in ca. in ciuitate. de vſuris. l. ſeptem. C. de eroga. milita. an. lib. 12. ibi, Niſi vt in foro rerum venaliũ diſtrahantur. l. ſi ſeruum. ibi, Pretia rerum non ex affectione, nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter fungi. ff. ad legem Aquil. text. in capit. primo. ibi, Non carius vendant, quàm in mercato vendere poſſunt. de emptio & venditio.

Diximus enim; ſecluſa omni fraude. Nam recta fides bonorum hominum illius artis debet conſiderari in tali communi æſtimatione. Si tamen inter ſe monopolium fecerint, non illis debet eſſe vtile & fauorabile, ſed odioſum, & pœnale: ſiquidem puniendi ſunt pœna perpetui exilij, & confiſcationis omnium bonorum. l. vnica. C. de monopol. Cui legi adde Conrad. de contracti. quæſtione. 51. cõcluſio. 2. Angel. in ſumma. verb. emptio. §. vigeſimoſeprimo. Ioan. Friburgen. in ſumma confeſſorum. libro ſecundo. tit. 8. quæſtione. 16 Syluester optimè eam intelligens in ſumma. verbo, Emptio. quæſtione 18. adde quæ dixi in. l. 1. titu. 11. lib. 8. ordi. infrà. Quòd autem iuſtum rei pretium inducatur ex communi hominum æſtimatione, non à natura rei, patet clariſsimè. Nam ſi natura rei inſpiciatur, non hîc, quàm alibi carius vendetur. Verbigratia, triticum carius apud Indos venditur, quàm apud Hiſpanos: cum tamen natura tritici eadem ſit apud nos, quæ apud Indos. Ea nempe ratione, quia non natura rei, ſed communis hominum æſtimatio, quæ pretium facit, attenditur. Concludendum ergo reſolutiuê eſt, iuſtum cuiuſque rei pretium, non ex natura ipſius, ſed ex hominũ æſtimatione

communi

communi considerari.& introduci Quare in æstimatione iusti pretij minimè considerandum est, quanti res ipsa fuerit empta, vel quot fuerit emptor pro eius acquisitione labores perpessus, sed tantum habenda est ratio communis hominum æstimationis. Si autem mercator cariùs vendat, quàm communiter valet, restitutioni superaccepti est obligatus. Nam fallacissima est regula asserentium, quòd quis semper quanto emit pretio, quantumque laboris, impensarumque, & periculorum subijt, tanti velit vendere, cum lucri accessione. Vt si mercator artis, negotiorumque indoctus pluris iusto emit, aut si aduersa fortuna reflauit, quia scilicet copia mercium insperata successerit, non potest iustè expensas à se factas ab emptore extorquere. Et vice versa, si industrior alius, aut fortunatior, cui vel contigit minoris emere, vel fautrix accessit fortuna, hoc est, insperata rerum inopia posteà accidit, iustè sanè poterit carius vendere, etiam eodem die, & eodem loco, idque nullatenus in mercibus in melius mutatis. Nam cù a negotiationis ars plurimum sit fortuitis rerum euentibus subdita, debent negotiatores & suistre suo dispendio subire pericula, & dextram operiri fortunam. Ita frater Dominicus a Soto libro sexto, de iustitia, & iur. quæstione tertia, arti. 3. Doctor Couarru. libro. 2. Variarum resolutio. capitul. tertio. numer. quarto versicul. secundò. hic apparet. Fuit etiam ante eos doctrina Conrad. libro de contractibus. quæstione. 56. conclusio. tertia.

Quid autem esset in re, quæ non est in loco, & magnis laboribus atque expensis fuit asportata in Hispaniam? Respondeo dicendum, quod attenditur labor, industriaq; mercatoris. Nam secundùm Apostolum, cum vnusquisque secundum suum laborem mercedem recipiet, & relinquitur arbitrio boni viri, qui est iudex. l. cum vir. ff. de euictio. vel bonorum virorum est pretium constituendum, habita prius consideratione industriæ, laboris, vtilitatis, & bonitatis illius rei: maximè quia certa doctrina in hoc constitui non possit, iudicis arbitrio relinquendum est. text. in. l. prima. ff. de iure deliberan. capitu. ex parte tua. ibi, In his verò, super quibus ius non inuenitur expressum, procedas, æquitate seruata, semper in humaniorem partem declinando, secundum quòd personas, & causas, loca, & tempora postulare videris. de transactionib. capitul. de causis. §. illis. de officio delega. not. Ias. in. l. quarta. §. condemnatum. colum. quinta. nume. tertio. ff. de re iudic. Eritque remuneratione dignus: quia omne rarum est charum, & delectabile. capitu. legimus. 93. distin. capitul. in sancta. secunda quæstione septima. Ista conclusio est de mente Conrad. in tract. singulari. de contractibus. quæstione. 50. conclusione tertia. & Ioan. Methyn. in codice de restitutione. quæstione. 31 versicu. Sed erat communis hominum æstimatio. fol. 99. colum. prima. Quæ quidem est ad superiora singularis declaratio. Et huiusmodi æstimatio in rebus, fit iudicis authoritate, præcedentibus testimonijs æstimatorum à iudice ad partis petitionem nominatorum, quando in iudicio est dubium de iusto rei pretio, vt eleganter ostendit Panthaleo de Crem. in repetitio. l. 2. num. 288. versic. Deinde est aduertendum. de rescindenda venditione. C.

Illud etiam notandum est, quòd cum bona conscientia potest quis emere actionem iam motam tempore contractus etiam minori pretio. Panor. in capit. cum Ioãnes. col. secunda. nume. 3. de fide instrumen. & in cap. vltimo. colum. 4. numer. 6. de aliena. iudi. mutand. causa facta. Couarru. libro. 2. Variarũ resolutio. capitu. 3. Hoc procedit propter periculum, in quo se exponit emendo actionem, cum sit finis litium dubius. argum. text. in cap. fin. §. primo. de vsur. & onus rei annexum, diminuit pretium, & onus loco pretij succedit. l. 1 §. si hæres. ff. ad Trebellia. l. cum hi. §. modus. ff. de transactio. text. melior in. l. fundi partem. ff. de contrahend. emptio. Panthaleo de Crem. in repetitio. l. secundæ. C. de rescind. vendi. num. 265. & 275. versic. Concludo. Ex quo poteris late colligere; quòd in rei æstimatione, & valore sunt considerãda pacta, & onera apposita in contractu. l. 4. ff. de in diem adiect. l. sed si hac. ff. de condi. & demonstra. Et prædicta ratione pretium iudicabitur iustum, non autem si cesset onus, vel verisimile periculum. Archiepiscopus Florenti. 2. parte. tit. 1. capit. 8. §. 12.

Sed huic nostræ regulæ in contrarium versatur regula illa, in qua habetur, quòd tantum valent res, quantum vendi possunt. l. pretia rerum. ff. ad. l. falcid. l. si prius. l. 2. in princip. ff. de condictio. furtiua. vbi Bartol. notabili. declarat. colum. 1. nume. 7. & in. l. lege falcidia non habetur. versi. Proculus. ff. ad legem Falcid. & in. l. in quantitate. §. magna. & l. quærebatur. in princip. ff. eodem titulo. text. in. l. si quis vxori. §. fina. ff. de furtis. l. prima. § si hæres percepto fundo vbi Bartol. ff. ad Trebellianum. l. mortis causa capimus. §. fina. & ibi Barto. ff. de donatio. causa mor. l. fin. §. secundum autem dubitatio. & ibi Bald. in fin. C. de iur. domi. impet. Ergo si fraus modò absit, & dolus, mercatorum erit arbitrium Pretia suis mercibus statuere, ac proinde non tenebuntur quærere commune æstimum, vt dixi.

Pro solutione & intellectu est dicendum, quòd præmissa regula non habet adeò vastum intellectum, sed restringenda est, hoc videlicet modo, tantum

tantum valeat res quantum vendi possunt. seclusa vi, fraude, & dolo, quibus in emptore tollitur inuoluntarium, secundùm Domini. à Soto l.br. 3. de iusti. & iur. quæstione. 3. articu. fin. colum. fin. Quo fit bene dixisse gloss. singul. in. l. mortis causa capimus. §. fina. verbo. potuisset. ff. de donatio. caus. mort. Sententiam cuius singula. & communem dicit Panthal. de Crem. in solemni repeti. l. 2. numero. 250. C. de rescinden. vendi. vbi alios eam commendantes allegat. & Ioan. de Anani. in cap. in ciuitate, num. 13. de vsur. Felin. in capitu. cum causa. colum. secunda. versi. Item inquantum. vbi est gloss. similis. de testib. Ias. in. §. plus autem. nu. 10. de actio. Bartho. Soci. in tracta. fallentie. regula. 345. incip. Res tantum valent. in. 1. fallent. Couarru. libr. secundo. Variarum resolutio. capitu. 3. nume. 4. Ex qua theorica locum habere potest vera ratio decidendi ad. l. 100. in Curijs celebratis ab inuictissimo Carolo Quinto Imperatore Segouiæ anno. 1532. qua fuit petitum remedium super expostulatione artificum, & officialium in construendis ædificijs, qui ad ea fabricanda certo constituto salario (*vulgo a destajo*) recipiunt. Vbi negatur eis remedium. l. 2. cum sibi similibus. C. de rescind. vendi. his verbis. *A esto vos respondemos. Que mandamos, que de aqui adelante los officiales no puedan allegar, auer sido engañados en las obras de su arte, que tomaren a destajo, o en almoneda, ni sobre ello sean oydos.* Ratio hujus est: quia sciunt, vel scire tenentur valorem, & impensam in tali opere faciendam, cùm hoc suæ sit artis proprium. l. idem iuris. ff. ad legem Aquil. l. 2. §. Seruius Sulpitius. ff. de origi. iur. Et scienti non fit iniuria. regula. Scienti. de regulis iuris. libro sexto. Ideoque doctori non competit restitutio in integrum. glos. in. l. professio. C. de muneri. patrimoni. libr. decimo. Angel. in. l. prima. §. pueritiam. colum. secunda. versic. in glossa magna. ff. de postulando. Nam dicendo se deceptū (vt ipse inquit) in iure non allegat se doctorem, imò potiùs legum dolorem. Et omnes sequuntur sententiam prædictæ gloss. teste Ias. in. l. eam quam. colum. septima. numer. decimoquinto C. de fideicommiss.

Alius est intellectus, quòd tantum valent res, quantum vendi possunt secundum communem æstimationem iuridicam, non tamen de ea, quæ versatur in facto. Archiepisc. Floren. 2. parte. titu. 1. capit. 16. §. tertio. Conrad. de contract. quæstione 56. colum. 4.

Item est intelligenda prædicta regula, quantum communiter vendi potest non existenti in egestate, aut necessitate, aut in bonitate, vel in nimia rei affectione, aut commoditate, quia his in casibus in foro animæ non licet vendere pro pretio maiori, quàm quo vendi potest res. Syluest. verbo. emptio. quæstione. 9. & Panthal. de Crem. in repetitio. l. secundę. vbi ponit plures limitationes, à nume. 266. cum aliquibus sequentibus. C. de rescind. venditio.

Hic quærendum est de quæstione, super qua nuper fui rogatus, vtrùm si alicui datus sit liber, vel alia res ad vendendum pro decem, & vendidit pro duodecim, teneatur illa duo restituere domino? Angelus in summa. verb. emptio §. 27. respondet, quòd non: quia si illa duo excedunt iustum pretium, tenetur restituere ementi: si verò non excedunt iustum pretium, & sua industria habuit, sibi tunc adquirit. Nec obstat, quòd datur ei certa merces pro labore: quia illa datur, vt inueniat emptorem, & sic necessario non tenetur restituere. Secùs esset, si sibi daretur simpliciter vt venderet, quia teneretur meliori quo posset modo vendere, iustè tamen, & tradere pretium domino, ex quo mercedem pro labore recipit. Hæc Angel. Sed est distinguendum de industria, vt cui tenus Syluest. reprobationem in summa. verbo. emptio. quæst. 24.

Aut venditor talis industria sua rem meliorauit, ad quod non tenebatur: aut illam adhibuit, eo quod ex merce sibi tradita ad id faciendum erat astrictus. In priori casu sibi acquirit: in posteriori verò minimè, sed domino mercis debetur, quia non dedit rem vendendam dominus pro decem, quin vellit habere duodecim si potest, sed expressit minimum. Ioan. Fab. Ioan. de Plate. & Ias. nume. 87. in §. actionum. Instit. de actionib. dicunt esse quotidianam quæstionem, & distinguunt, quòd aut periculum mercis pertinet domino, aut venditori. Si domino, ei competit illud plus. Si venditori ex natura contractus, vel ex conuentione partium, similiter competere debet lucrum illius pluris, per regulam, secundùm naturam. de regulis iuris. in sexto. Ias. in. l. 1. colum. 3. nu. tertio. ff. de æstimato. actio. Hippolytus in singula. 664. incipient Audias quæso. Gabriel. in quarto sententiarum distinctio. decimaquinta, quæstione decima. artic. secundo. dubi. quarto. vbi subijcit dubium aliud; videlicet. Quid esset, si casu pretium ascendit? puta vinum pro tempore traditionis valuit decem, & statim perijt in vitibus, vnde ascendit pretium ad quindecim? Et dicit, Videtur, quòd si pretium ascendit sine labore, cura, & industria eius, cui traditur ad vendendum, quia res ipsa quantum ad dominium manet apud dominum, acquiritur domino, & non ei, qui nullum habet in re dominiū, sed nudam venditionis commissionem. Cautum tamē existimarem in tempore commissionis rei, seu traditionis ad vendendū, si tunc particulariter inquiratur intentio domini circa casus prædictos. Et intellige, quando ei remitteret pretium omni

moda

moda liberalitate, & animo donandi, nam aliàs obstaret opinio singularis relata à Iasone in dicta l. 1. ff. de æstimator. actio. Qualiter autem dignoscatur, iustitia pretij veri communis in annuo censu vel reditu, vel in fructibus prædij, aut castri venditis ad vitam, vide per Lauren. de Rodulph. in repetitio. cap. consuluit. de vsur. 2. part. quæstione. 2. Et vtrum sit talis emptio licita, eleganter, & latè tradit Conrad. lib. de contract. quæstione. 81. Et de censu, seu annuo reditu perpetuo, seu cum clausula de retrouendendo, tam de iure communi, quam regio, est videndus doctor Didacus Couarru. lib. 3. variarum resolutio. cap. 10. Et vtrum sint liciti, exposuit vir sanctimonia, religione, ac literis nostra ætate summe prædiius frater Dominicus à Soto in lib. 6. de iust. & iur. quæstione. 5 arti. 2. & per totam illam quæst. hoc anno explicauit quicquid in materia censuum desiderari posit. Et hæc sufficiant quo ad pretium, quod naturale dicitur. Nunc tantum in quæstione & articulo sequenti erit agendum de alio pretio, quod imponitur à principe, vel ab his, qui curam Reipub. gerunt, vt est taxa in grano tritici, vel huiusmodi, vt est factum in isto regno hoc anno. 1558. mense Aprilis.

Quæri nunc oportet. Vtrum taxa in rebus & mercibus imponi posit? Dicendum est quod non. nam in re propria quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. si quid possessor. §. sic autem. ibi, quia quasi suam rem negligit. &c. ff. de peti. hære, etiam abutendo. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hære. Si ergo domini sunt, taxa imponi non potest, sed venditores prout ipsi viderint, pretia in suis mercibus constituere debent, Igitur dispositio istius legis, ibi, *e las tassen e libren nuestras cartas*. procedere nõ potest.

Sed dicendum est aliter, quod imo possunt iusto pretio taxari causa existẽte, putà, caristiæ panis, vini, vel huiusmodi, quæ ad vitam hominis conseruandam sunt necessaria. Et istud pretium habet punctum indiuisibile, quod nullam longitudinem vltra pretium designatum recipit, & recipiens, tenebitur danti in foro animæ restituere, cum talis taxa fuerit iusta, & à subditis recepta.

Prior pars, quod taxa posit imponi in rebus, est text. in. l. 1. §. cura carnis. ff. de offici. præfect. vrb. gloss. per text. ibi in. l. munerum. §. item episcopi. verb. venalibus. ff. de mune. & hono. l. Decuriones. ff. de administra. re. ad ciui. pertinen. l. non debere. ff. ad municip. Plenè per Alberi. in tracta. statu. ciuilium. quæst. 69. vbi dicit, quod ciuitas, & Decuriones possunt pro vtilitate publica rebus imponere taxam. Et Licentiatus de Pisa. in tracta. de Curia. libro. 2. cap. 17 tex. in capit. 1. de emptio. & venditio. l. 1. ibi, *precios razonbles*. suprà eodem. & hic. & in. l. fin. istius titoli. E hoc quotidie fit in Hispania. Secundũ quod quãdo à lege, statuto, vel præcepto regis est taxatum pretium, dicitur iustum, & legitimum, & ei standum est, nec licet recipere aliquid vltra in quacũque etiam minima quantitate, tum quia lex iusti est seruanda quantumcunque dura. fit. l. prospexit. ff. qui & à quibus, cũ fixit in hoc pedes suos. gloss. verb. seruus damnum. in. l. si non fuerint. §. Aristo. ff. pro socio. etiam in foro animæ. gloss. singul. in capit. quæ in ecclesiarum. verb. constituerint. de consti. Felin. in capit. 1. nume. 18. de sponsa. S. Thom. 1. 2. quæstione. 96. articu. 4. Et est opinio communis secundum Ludouic. Gome. in capitul. 2. nume. 35. de const. libr. 6. Et Couarru. in capit. 1. nume. 16. de testamen. Ergo cum figat tale præceptum seu lex pedes suos, in tali casu erit seruanda. Ita probat Ioan. de Anania in capit. 1. ad finem. de testament. Panthal. de Crem. in repeti. l. rem maioris. nume. 171. C. de rescin. vendi. Florian. in. l. ex parte. §. seruo. ff. fami. ercisc. Singulariter probat Ioan. Methym. in Codice. de restitutio. quæst. 36. Domini. Soto. de iust. & iur. li. 3. quæst. 2. art. 1. pag. 547. versic. Tertia conclu. vbi ait istos peccare mortaliter, recipiendo aliquid vltra pretium à lege taxatum, cũ fuerit talis lex recepta, & iusta. Nau. in manuali conf. cap. 23. num. 83. vbi idem dicit locum habere in clericis nu. 84.

Tandem quæro, vtrum nolentes vendere compelli posint à prætore ciuitatis, vel à rege vt vendant? Dicendum est regulariter quod non: quia nec emere, nec vendere quis compellitur. l. nec emere. C. de iure delib. l. non enim. ibi glo. in fuo. ff. de actio. rerum amota. Quia cùm in emptione & venditione requiratur ementis & vendentis cõsensus. vt in. l. 2. C. de contrahen. emptio. deficiẽte consensu, non valet quod agitur. vt in. l. inuitum. C. eod. tit. ideoque nemo inuitus est compellendus ad emendum, vel vendendum per prædicta. Et est. l. sicut. C. de actio. & obliga. l. inuitus. C. locat. l. quamuis. C. de pigno. actio. l. dudũ. C. de contrahen. emptio. l. nemo exterus. C. de Iudæ. l. 2. C. de fideicommis. libe. l. 3. titu. 5. part. 5. Et ibi singulariter per Montal. virum mihi sane literatissimum, & veritate plenum in suis Commentarijs Fori, & Partitarum, qui etiam fuit compilator istius libri ordinamentorum, ideoque maxima in æstimatione, veneratione, & pretio sunt eius dicta à quocunque tenenda.

Ista tamen regula fallit in pluribus casibus annotatis à doctoribus diuersis locis, maximè à Bartholo. Soci. in tracta. fallentiarum. regul. 425

incipi. Vendere. vbi ponit. 58. Est alius casus in. l. 1. versic. quidquid autem. C. de metallarijs & metal. lib. 11. vbi Lucas de Penna inquit. Nota hic casum specialem, vbi aliquis rem suam vendit inuitus contra regulam supra de contrahen. empt. l. dudum. de iure delibe. nec emere. Fallit etiam in alijs casibus ibi notatis. Et ex hoc dici poterit, quod curia regia in opere salinarum licet cogit omnes facientes sal in salinis proprijs ipsum sal vendere fisco: sed bonum foret, quod iustitia pretij melius seruaretur. Item facit hæc lex pro dominis terrarum, quod coloni, & alij vassalli eorum, res, quas habent venales, vt fructus, & alios, teneantur prius vendere dominis. Hactenus Lucas de Penna. & sunt verba notanda.

Secundus casus erit, in quo quis cōpellitur vendere, quando aliquis velit seruum communem manumittere, oblato sibi pretio pro dimidia parte. l. si seruus communis substitutus. & ibi gloss. verb. offerens. ff. de vulg. & pupill. l. 1. §. 1. C. de communi seruo manu. Concordat. l. 3. titulo 5. par. 8. l. 2. tit. 22. part. 4.

Tertius casus est quando quis exposuisset rem suam ad vendendum, etsi non esset taxatum pretium, cogitur taxari, & imponi arbitrio boni viri. Ita singul. Bart. per gloss. ibi in. l. non enim. ff. rerum amota. Est etiam gloss. 1. ibi, vel ibi nolebat vendere, hic sic. in. l. prima. C. de episcopa. audien. Anto. & Imol. colum. 3. nume. 3. hoc ipsum probant in capit. 1. de emptione. & venditio. Hippoly. in. l. 1. §. cum quidam de ponere. columna prima numero. 1. ff. de quæstio. Ioan. de Imol. in dict. capitulo primo. Facit fundamentum in. l. 1. §. nauigandi. ibi, nec repellere potest iter agentes. ff. furt. aduersus naut. vbi patet, quod ex quo quis cœpit tenere hospitium, potest cogi vt recipiat hospites. Sic ergo, ait, & in proposito ex quo posita sunt venalia victualia, potest cogi vendere iusto pretio. Faciunt dicta à Philipp. Deci. in. leg. inuitus. ff. de regu. iur. qui adeo extendit, vt habeant locum in meretrice, quæ sit in prostibulo, seu lupanari: & in artifice, qui tenet signum artis, per rationem, quæ allegatur in hospite. per Bart. in leg. 1. ff. furt. aduersus nautas. Pace tamen salua Decij, in meretrice etiā publica non est vera eius opinio, cum præstet occasionem delinquendi directam. nam lex lupanaria non probat, nec approbare potest, vt accessus sit absque mortali culpa. cum sit contra illud Exodi. 22. Non mœchaberis. Et tradit Caieta. in summa. verb. meretricis turpitudo. Tum etiam, quia simplex fornicatio, & sic talis copula extra coniugale fœdus fertur esse contra ius naturale, pariterq; diuinum, ex sententia. S. Thom. 2. 2. quæst. 154. ar. 3. & in lib. tertio contra Gentiles capitulo. 122. Et in quarto sententia. dist in. 33. art. tertio. Altisiodorens. super libro. senten. 3. tracta. 7. capit. de temperantia quæst. 3. Herueus in quodlibet. Septima. quæst. 23. Conrad. de contract. q. 26. conclu. 6. vers. Nec valet quod quidam dicunt. & q. 42. conclus. 1. dissimulant autem, vt inquiunt ipsi, vt euitetur maius malum, & ita procedit. l. ancillarū. in fine. quā multi laudant. ff. de peti. hæredi. Nec est eadem ratio ratione publicæ vtilitatis: quia imo propter actum. luxuriosum pestilentia magna contingit in filijs tunc electis à Domino Deo Israel, vt patet lib. Nume. cap. 25. Item probatur, quia intellectus iurium non sunt trahendi ad dispensationem, & gratiam, vt ponant casum singularem cōtra regulas iuris, nisi hoc in iure expresse constet. vt voluit Ioan. And. in capit. ex parte Adæ, de testib. Et Panor. in capit. sollicite. de resti. spo. Sed iste casus est contra ius tum inducat causam immediatam luxuriandi. ergo non est admittendus sola authoritate doctorum, imo nec iuris ciuilis, ca. fi. de præscriptio. Et Decium reprobat Purpu. in. l. rogasti. §. si. ff. si cert. petat. Couar. lib. 3. variarum resol. capit. 14. num. 2.

Iste tamen tertius casus etsi mirabilis videatur secundum Ias. in. l. 1. nume. 7. ff. de æsti. actio. non est verus, & in specie tenent contrariū ibi Alberic. Petrus de Bellapert. Cinus, & Bald. in. l. 1. C. de episcop. audien. Iaso. in dict. l. rogasti. in principio. num. 1. col. 1. ff. si cert. peta. Facit, quia contractus à principio debent esse voluntatis antequam deducantur ad esse. per regulam. l. in commodato. §. si quis. ff. commod. l. sicut C. de actio. & obligatio. Idem tenent Anto. & Henri. in. c. 1. de empt. & venditio. Et est verior opinio casu, quo res illa, quæ fuit exposita venditioni, non esset de his, quæ consistunt in victu & sustentatione hominū, & illo tempore esset nimia necessitas, quo casu potest compelli ad vendendum, taxato iusto pretio. Et est ratio specialitatis in hoc casu humana necessitas. Vnde quotidie videmus, quod de consuetudine generali coguntur homines granum. & alias res suas venales exponere tēpore carestiæ. Ad hoc facit. c. licet. de ferijs. Host. Ioan. And. & alij. in allegato. c. 1. de emptio. & vendi. Ideo lege Regia cautum, est, quòd ciuitates, & alia loca possint repetere granum pro tanto pretio, quo patet constitisse arrendatori.

Quartus casus est regulariter notandus secundum Ias. in l. 1. ff. de æstima. actio. col. 4. vers. Vltimo, in materia huius tituli. q licet in cōtractibus innominatis locus sit pœnitētiæ, & possit repeti quod est datū, præsertim in permutatione, fallit, quando fieret permutatio cū re, quæ esset exposita venalis, nā tunc non habent locum remedia, de quibus

quibus ibi per eum.tex.vnicus & singularis secũdum intellectum vnum glos.in.l.1.C. de rer.permut. Et Bar. ibi testatur eam legem singularem esse,& se nescire alibi.Idem in.l.1.de rer.permut. & ibi.Ias.col.2.num.2.vers.Quarto nota.

Quintus est casus, quãdo socius iussit in domo cõmuni fieri ecclesiam, vel hospitale per hæredẽ, cogitur socius vendere partem suam, ne impediatur ecclesiæ, vel hospitalis cõstructio. Bal. in.l. fi. C. de communi seruo manum. Pro quo est ibi text.in.§. *his itaque*.Et est dictum not. secundũ Ioan. Bertachi. in tract. de episcopis. libro.4. part. 4. nume.93. Alius & sextus casus, in quo quis rem suam compellitur vendere, est fauore religionis. l.si quis sepulchrum. ff.de relig. & sumpt. fune.l. vtimur.in principio. ff. de sepul. viola. Septimus fauore Reipublicæ.l.item verberatum.§. fi. ff.de rei vendi. & ibi Angel. & Alberi.l. Lucius.ff. de euictio.Plenè Felin.in c. quæ in ecclesiarum. de consti.Boeri.aurea decisio.322.incip. Vicinus an teneatur.nume.2. vbi alios casus fallentiæ refert. Octauus,quis compellitur vendere suam rem fisco,vel ecclesiæ,quando eis interest. Floria. post Gudiel.de Cug.in.l.si quis sepulchrũ.ff. de relig. & sumpt.fune. Addition. Panor.qui plura singularia,quæ fiunt gratia communis vtilitatis, refert in verb.vtilitas communis.in.c. bonæ. de postul. prælat.super notabil.octauo.Nonus fallentiæ casus est,quòd quis compellitur rem vendere coniuncto,vel consorti rei venditæ offerenti pretiũ, pro quo fuit vendita,& præfertur extraneo.additio.Panor.in dicto loco.Et sunt leges Regię Taurinæ.70.cum sequentibus quinque, de quibus infrà in proprio loco dicetur in.l. 6. titul.7. infra lib.5.l.dudum.vbi plures casus refert. Ioan. Igni in rep.nu.79.C.de contra empt.

¶ *Ley.* III. *Que los gallineros que andan con el Rey, no tomen aues, ni caça, ni pescados por fuerça.*

¶ El Rey don Iuan el. II. en Valladolid.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley 2.titul.16.lib.6. Recopila.*

MANDAmos q̃ los nr̃os despẽseros, o gallineros, o los de los grãdes que anduuieren cõ nos en la nuestra corte, ni otros algunos no sean osados de tomar aues, ni caças, pescados ni frutos ni otras cosas semejãtes de lo que se truxere a vender a nuestra corte, sino lo que fuere menester para nuestra despensa, o para los señores, cuyos despenseros fueren, pagando los precios razonables [a], y no lo reuendan [b] ni repartan sopena que el que lo contrario hiziere, si fuere persona de estado, por la primera vez pierda qualquier merced, o racion, o quitacion que de nos tuuiere: y por la

¶ *Lex.* III.

a ¶ *Pagandolos a precios razonables.* Quod autem pretium dicatur rationabile, iustum, legitimúmue, dixi supra in.l. 2. Et adde Cardin.Turrecrem. in capitulo. canonum. columna quarta ar. secundo numero. decimo tertio. decima quarta. quæst. quarta.& quę not. Conrad. de cõtractibus quæst. quinquagesima sexta cũ pluribus sequentibus.

b ¶ *No lo reuendan.* Reuenditores in ciuitatibus,& alijs locis inducunt rerũ carestiã, quæ nõ induceretur, se vnusquisq; ciuis habere facultatẽ cõparandi sibi & suis necessaria. Ideo que vsque ad certam horã in diebus mercati prohibentur ne emant victualia, quæ ad ciuitatis prouisionem veniunt, vt interim populares emere valeant necessaria sine impulsu reuenditorum, qui cupiditate futuri lucri, omnia sibi adscribere conantur: ob idque maximum detrimentum populares, præsertim pauperes, patiuntur, ideo optimo iure prohibentur. vt hic.& in.l.octaua, cum duabus sequentibus. titulo septimo. libro quarto. infrà.& in l.quadragesimaoctaua. in Pragmaticis Regum Catholicorum. Et in Curijs Pinciæ anni. 1548.est prohibita etiam indirectè grani reuenditio, vt in fine illius compilationis inuenies pœnam reuenditorum: ibi relatam cum suis declarationibus.folio quinquagesimoprimo. incip. *Don Carlos por la diuina clementia.*

ſegunda vez pierda la meytad de todos ſus bienes: y por la tercera ſea echado de nueſtra corte: y ſi fuere đ menor manera por la primera vez eſte ſeſenta dias en la cadena: y por la ſegũda le den ſeſenta açotes: y por la tercera ſea echado de nueſtra corte para ſiempre.

¶ Ley. IIII. Las ordenanças que han de guardar los gallineros.

¶ El Rey y Reyna.

ADDICION.

¶ Eſta ley ſe contiene en la ley 4. titul. 16. lib. 6. Recopi.

ESTO es lo que mandamos que guardẽ los gallineros. Que paguen las aues que tomarẽ al precio que les eſta, o fuere taſſado por nos. Item que no reuendan las dichas aues a ningunas perſonas por mayor precio. Item que no tomen aues para dar a otras perſonas: ſaluo aquellas que fueren pueſtas en la nomina y a los del concejo: y a los enfermos de la corte. Item que no recibã dadiua porque eſcuſen algunos lugares, o perſonas: ſo pena que por la primera vez lo paguen con las ſetenas [a] lo que lleuaren por qual quier manera de las ſuſodichas: la meytad para la nueſtra camara y la otra meytad para el que lo accuſare: a la qual pena deſde luego ſean obligados in foro conſciẽtiæ [b] ſin q̃ mas ſean en ellas condenados: y por la ſegũda vez no puedan vſar mas del dicho officio.

¶ Feneſce el ſegundo Libro.

¶ Lex. IIII.

a *¶ Con las ſetenas.* Dubitari poterit, an exigens pœnam virtute legis vel partium conuentione peccet. Reſpondeo quòd non. nam lex iuſta obligat tranſgreſſorem ad ſolutionem, & tenetur pati iudicis executionem, cum ex delicto maneat obligatus tex. ſing. in l. Imperatores. ibi, ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti ff. de iure fiſci. & gl. in l. 1. §. beſtias. verb. honorari. ff. de poſtu. vbi Bal. notat, q̃ delinquẽs videtur velle conſentire pœnę impoſitæ pro eo delicto. Hinc eſt q̃d dicimus, ex eo oriri obligationẽ naturalẽ. Ita tenẽt doctores ſecundũ Paul. de Caſt. in l. omnẽ obligationem. ff. de iudi. Et in ſpecie hoc tenet Bald. in l. 12. lectu. nu. 37. C. vnde vi. Fortun. in tracta. De vltimo fine vtriuſque iuris illatio. 18. Et eſt communis teſte. Corne. in Conſ. 69. col. penultima. n. 39. libro. 2. & Couar. 2. parte Epitomes Decretali. c. 6. §. 8. n. 11. verſ. 4. ex eadẽ ratione. vbi dicit, q̃ eſt apud omnes probatiſsima opinio, quando lex eſt iuſta. Ex qua doctrina poteris reſpondere contra vulgares imperitos, qui exiſtimant non poſſe exigi pœnã ab illo, cui applicatur ex iuſta legis, vel pacti diſpoſitione: aliàs leges pœnales potius inducerent peccatũ, quam correctionẽ, & metũ ſubditis peccandi, quod nõ eſt dicendũ. Adde tamen ro. Coraſ. in l. frater à fratre. in prin. n. 20. ff. de condi. indebi. qui defendit talem obligationẽ naturalem in delinquentibus non oriri ex conſenſu, & Couar. in rep. ca. alma mater. 1. par. §. 10. num. 10 & 11. de ſententia excõ. lib. 6. Sed de hoc latius infrà dicetur.

a *¶ Sean obligados in foro conſcientiæ.* Similis eſt text. in l. 2. tit. 9. vbi dixi ſuprà iſto libro. 2. Quanuis verbum, ipſo iure, ſit appoſitum in hac lege, cum ſimilibus, non obligatur, trãſgreſſor ad reſtitutionem pœnæ in foro cõſciẽtiæ, ſed tan-

ſed tantum ad id,quod vere recipit, ex illa regula communi, quæ apud Theologos, & Canoniſtas docet legem pœnalem in foro animæ locum non habere. Nam regulariter quando imponitur pœna ipſo iure, antequam poſsit attentari executio pœnæ, debet proferri declaratoria. text. optimus & ſingularis in c. cum ſecundum leges. §. fin. de hæret. lib. 6. Alexand. in conſil. 103. incipit. Videtur prima conſiderat. nu. 17. lib. 1. Ludo. Roma, conſil. 211. col. penult. verſi. Secundo moueor. Ergo lex pœnalis in conſcientiæ foro non obligat, niſi quod delinquens tenetur executioni legitimè factæ obedire. Et ita procedit opinio ſingul. gloſſ. in capitulo. fraternitas. duodecima. quæſtione ſecunda. de qua fecimus iam mentionem in leg. 22. column. 166. verſicul. Quæritur. titul. 3. ſupra lib. 1. & late. ſcripſimus in l. 2. verb. *a las pagar*. tit. 9. lib. 2. ſuprà. Pœna exacta debetur in foro animæ, ne quis poſſet illam furto ſubtrahere. Bal. in. repeti. l. 1. nume. 37. C. vnde vi. Et eſt communis opinio ſecundum Corne. conſilio. 69. numero. 39. libro 2.

Vtrum autem munera, & encænia correctores recipere poſsint vltra ſalarium ſibi conſtitutum per legem ſeu ſtatutum? Eſt dicendum quod non l. 2. in capitibus correctorum. Et ibi de cæteris iudicibus, ac officialibus agit optimus aduocatus Petrus Nunius de Auend. per plures columnas.

Quærendum inſuper eſt, quæ damna inducat receptio munerum in iudicibus, & alijs Iuſtitiæ miniſtris? Reſpondeo quod plura. Primum eſt, ꝙ excæcant iudicem. vt ex Eccleſiaſtico cap. 20. palam fit. inquit enim. Encænia, & dona excæcant oculos iudiciũ. Et habetur Deutero. 16. & Exod. 23. Nec accipies munera, quæ excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. l. 2. ibi. *ciega*. titul. 15. ſupra iſto lib. 2. Montolo. in promptuar. iuris verb. mutus. Latius per Guiliel. Peñaldum in. 2. parte ſuæ ſummæ. quæ de virtutibus & vitijs inſcribitur. titul. De auaritia. §. quinto loco inter ſpecies auaritiæ dicendum eſt. vbi decem mala, quæ ex munerum acceptione proueniunt, elegan ter declarat. Aurum enim & munera faciunt nolentē velle. Hippolyt. poſt alios, quos ipſe refert, in repeti. l. vni. nu. 20. verſi. Teneas tamen menti. C. de rapt. virgi. & in ſingu. 354. incip. Datio pecuniæ. Et cũ his finem faciam, Deo Opt. Max. innumeras, vt pars eſt, agens gratias, qui mihi licet immerito, & pene iam demortuo, ſua immenſa & ineffabili bonitate atque miſericordia vitam & incolumitatem poſt grauiſsimam ægritudinem reſtituere dignatus eſt. Is enim ille eſt, qui anno. 1557. menſe Iulij (medicis poſt longam & finalem inter eos conſultationem de mea ſalute deſperantibus) tanquam verus medicus, me vt opus hoc commentariorum inceptum (ni fallor) abſoluerem, curauit, & amplius ſuperſtitem fore decreuit, Cuius ope, & auxilio fretus, cum ſecundi libri commentaria abſoluerim, ad reliqua peragēda æquum eſt vt properemus.

Finis Commentariorum libri ſecundi Ordinamentorum Regni Caſtellæ.

LIBRO TERCERO.

Titulo. I. De los Iuizios [a].

LIBER. III.
TITVLVS. I. DE IVdicijs.

a *Iuizios*. De iudicijs. Expone, id est, de processibus iudiciarijs, qui enumerantur in cap. quoniam contra. de proba. Sic accipitur in capit. pia. in prin. de exceptio. libro. 6. & in capit. nonnulli. de rescrip. & in leg. etiam. in prin. ff. vt legato. nomine caue. & in. l. sancimus, C. de iudic. & in. l. si procuratorem absentem. ff. de procura. Vel interpretari possunt hæc verba, De iudicijs, id est, de iuris discussione. glo. notanda est in extrauagan. frequentes. in prin. de iudic. inter communes. quæ dicit, quod iudicium, non à iudice, vt dicit Ioan. monach. sed à iuris discussione, seu disquisitione. Nam causa est dum proponitur: iudicium dum discutitur: iustitia dum finitur. c. forus. de verb. significa. Vel dicitur à iudice, sicut à persona principaliori, non autem ab actore, vel reo. argum. l. qui explicandi. C. de accusa.

Quæro quot modis vox, iudicium, accipiatur? Dico quod varijs modis. Et in primis accipitur pro ordinatione causæ discutiendæ coram iudice & est actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis, actoris, & rei. glo. est in dicta extrauagan. Frequentes. super rubri. Hosti. in summa. de iudi. §. 1. Bald. Cardi. Panor. Imol. Deci. & Augusti. Berolus in rub. isto titu. Hieronym. Gratus respons. 10. num. 18. lib. 2. & est communiter recepta. Facit illud Quintilia. lib. 7 ca. 5. Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. Et gl. in. §. præterea. verb. iudicium est. Insti. quibus non est permis. face. testa. vbi enumerat quindecim acceptiones huius dictionis, iudicium. Et tradit Robertus Marantanus in practi. 2. part. num. 1. vbi in num. 12. definit præter docto quod iudicium est iustitiæ ministratio, quæ fit à iudice in causa proposita coram eo. Sed prima suprà posita est communis doctorum definitio, quæ impugnatur à doctoribus in rub. de iudi. & saluatur resolutissimè, opiniones aliorum referendo ab Augusti. Berol. nu. 24. cum sequenti: Sebastian. Sapia, etiam defendit in rub. nu. 1. ff. isto titu. Explicat Cardi. Sancti Sixti in sum. na. 2. q. 1. col. 1. num. 2. Eandem in effectu tenet Paul. in l. minus. num. 5. C. si aduersus rem iudi. Corne. consil. 58. num. 5. lib. 1. & consil. 209. num. 2. lib. 2. l. in tribus. ff. de iudi. cap. forus. de verb. signifi.

Quandoq; & 2. iudicium sumitur pro actione vt iudicium familiæ erciscundæ, id est, actio. cap. ex literis. de proba. l. in tribus. ff. de iudic. Quandoque 3. est lis, siue controuersia. vt iudiciū pendet ex hæreditate. l. 2. respōs. ff. ad Trebel. l. quod debetur. ff. de pecul. Quandoque 4. est authoritas. vt negotia ecclesiastica non sunt iudicio laicorum disponēda. capitu. de cernimus. de iudi. Quandoque 5. est forus. vt causa iuris patronatus debet definiri iudicio ecclesiastico, idest, in foro ecclesiæ. c. quanto. de iudic. Quandoq; 6. est arbitriū. c. à iudicibus 2. q. 6. l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur. cap. ab arbitris. de arbitris lib. 6, vbi probatur arbitros iudices dici: ergo & arbitria iudicia. Quandoq; 7. est voluntas postrema disponentis. text. in. §. plane. vers. nec vllorum. ibi: & per hoc vera iudicia subuerterentur. Insti. de milita. testa. l. 1. C. de sacrosan. eccle. vt iudiciū testatoris non debet esse cassum. c. licet. de sepultu. lib. 6. Quandoq; 8. est quæstio. vt iudiciū ambiguum est ad Papam referendum. c. per venerabilem. §. rationibus. qui fil. sint legit. l. quoniam. C. de ordi. iud. Quandoq; 9. est discretio. vt furiosus, & impubes non possunt esse iudices, quia carent iudicio, idest, discretione. cap. graue. de præben. l. cum Prætor. ff. hoc titul. Quandoq; 10 est sententia. vt iudex punire potest eos, qui suo neglexerint parere iudicio, idest, sententiæ. c. de causis. de offi. delega. c. si duobus. in fin. de appella. c. si. de præscrip. l. qui concubinā. §. si hæres. ff. de lega. 3. Et ita sumi potest Exo. 23. In iudicio plurimorum nō acquiesces sententiæ vt à vero deuies. Et Ecclesiasti. 18. Ante iudicium iustitiam tibi para. Quandoq; 11. est instantia. vt iudicium perit triennio. id est, instantia. l. properandum. C. de iudic. c. venerabilis. cod. tit. Quandoq; 12. est potestas iudicandi. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Quandoque 13. est pernicies. Vnde Apostol. l. 1. ad Corinth. cap. 11. Qui manducat, & bibit indignè corpus & sanguinem Domini, iudiciū sibi manducat, & bibit. Quandoque 14. est pœna. vt in. Matthæo. Qui occidit, reus erit iudicio, id est, pœnæ. Et iuxta illud, Qui bona egerūt, ibūt in vitam æternam: qui vero mala, in resurrectionem iudicij, id est, pœnæ æternæ. Quandoq; 15. accipitur pro existimatione, siue opinione alicuius: quemadmodū Iuris periti respondent, saluo meliori iudicio rectius sentientis Cicero de cla. orat. intra quem parietes aliud eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est cōsecutus

secutus. Aliæ acceptiones videri possunt apud Io. de Turrecremat. in sum. 2. q. 1. vbi tractat quæstionē. Nota, Vtrum licitum sit in Republica hominem de homine iudicare? Et glo. in. §. prętereà. Insti. quibus non est permiss. facere testam. verb. iudicium.

Contra istam definitionem iudicij, de qua supra habitum est, oppono. Non solum tres personæ, sed etiam quatuor in quolibet iudicio interuenire necesse est. c. forus. de verb. signi. & in cap. 1. 4. q. 4. ergo definitio non est bona, cū debeat continere rem definitam. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. gl. in. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Sed cum sit cōmunis, defendere oportet. Ideoque respondendū est, quod ad esse iudicij necessitate præcisa & formaliter, tres personæ requiruntur, vt in definitione: sed ad bene esse, & ex quadam necessitate causatiua quatuor adesse debent, scilicet, vltra iudicis personam, actoris, & rei, testium personam non præcisè, sed ad effectum, vt actor obtinere possit. quia, actore non probante, reus absoluitur, c. vni. vt eccle. benefi. c. fi. de iureiur. Hippoly. sing. 169 incip, Nota est regula. Sed interuentus testium in iudicio, non est præcisè necessarius, quoniam sine testibus iudicium, & sententia valida est, secundum Azo. in sum. C. de iudi. Bart. in l. prolatā. col. fi. C. de senten. & in. l. per hanc. C. de temp. appella. Alexan. consi. 105. num. 4. col. 2. libro 5. Et sic intelligendus est text. in dict. cap. 1. 4. q. 4. Et in allega. c. forus Confessio inquisiti sufficit ad condemnationem ipsius, nec sunt necessarij testes, sed in subsidium. l. vni. C. de confess. l. 7. tit. 3 part. 3. Etiam si confessio fuerit facta in processu nullo, debet sequi condemnatio. Singularis est doctrina Innocen. in cap. qualiter & quando, col. 3. num. 7. de accusa. versic. Item ad prædictas poenas. Panor. in cap. dilectus. col. fin. num. 14. de Capell. monach. Felin. in cap. cum dilecta. num. 14. de resc. & Ias. in. l. cum te transegisse. num. 5. C. de transact. Curti. in. l. manifestę. nu. 14. ff. de iureiurand. Guliel. Benedi. in cap. Raynutius. verb. mortuo itaque, in. 1. num. 161. de testam. Guid. Papa decis. 120. incip. Dominus Antonius. Cattelian. Cota in memorialibus iuris. verb. cōfessio. versi. quintum singulare. Rodericus Suarez in repeti. l. post rem iudicatam notab. 3. num. 5. ff. de re iudi. Et est communis opinio secundum Francisc. de Areti. in citato. c. qualiter & quando. num. 31. Tenet etiam Panormit. in cap. at si clerici. col. 2. nu. 5. de iudi. & Deci. ibi col. 2. num. 3. Hippolyt. in repet. rubricæ. C. de probatio. num. 88. & in singul. 201. & 374. & in. l. 1. §. Diuus Anto. num. 12. ff. de quæstio. in quibus locis dicit hanc communem opinionem. & in consi. 48. num. 3. & consil. 46. num. 17. & Ioan. Bernard. in practica canonica. crimina. c. 119. verb. confessionibus. Limita tamen vt per Deci. in. d. c. at si clerici. & Hippoly. singul. 201. incip. In confessum nullæ sunt. Quibus adde Bart. & eius additio, in l. si ita stipulatus §. Chrysogonus. n. 3. ff. de verb. oblig. & Matthesi. singu. 53. incip. Nota vtilem. Si vero factū seu delictum fuerit negatum, & reus fuerit testibus conuictus, sine confessione erit condemnandus. tex. secundū Bald. in cap. ad nostram. col. fi. versi. & nota. de proba. Sequitur Hippoly. singul. 168. textus expressus est pro sententia Bald. in. l. qui sententiam. C. de poen. Item probatur ex. l. 9. tit. 11. infra hoc lib. 3. ibi, *pruevelo cō dos hombres*. Item huic solutioni adstipulatur, quod in omni dispositione tractatur per prius, & non posterius, vel per id, quod venire potest in subsidium. l. 1. §. denuntiari. ff. de vent. inspi. glos. singul. in. l. de vno quoque. ff. de re iudic. vbi citāda est pars, cui negotium principaliter tangit, non tamen requiritur, quod citetur persona, cui incidenter damnum euenire potest. vt contingere potest in possessore maioricatus viuente successore legitimo ex vi fundationis. Quod est singulare. Consulo tamen ad cautelam, quod citetur, quemadmodum citari solent per generale proclama prætendentes interesse. Igitur ad definitionis propositæ institutū redeundo, bene definitur à communi, dicenti, q̄ est actus trium, & nō quatuor personarum, cum sit præsumendum pro reo, quod interrogatus à iudice dicet veritatem, quilibet enim præsumitur bonus quo ad mores. c. dudum. de præsumptio. glo. in cap. 1. de serui. & in. l. cum pater. §. rogo. de legat. 2. Et iure naturæ hoc procedit. glos. in l. fin. ff. quod met. caus. Angel. in. l. sciendum. in fi. ff. de verb. oblig. Socin. in consi. 15. incip. Omnipotens Deus adsit. Visis prædictis instrumentis. col. 4. nume. 15. lib. 1. Hippoly. in. l. 1. nū. 67. C. ad leg. Cornel. de sicar. Alciat. in tracta. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 2. Cæsar Lamberti. de iure patro. 5. art. 10. q. principal. 1. partis. 1. lib. nu. 44. Latius in 2. art. 10. q. princip. 1. partis. 2. lib. nu. 6. Corne. consil. 165. num. 60. lib. 2. & consil. 181. num. 62. & consil. 121. nume. 5. in eod. 2. libr. & consil. 28. nume. 4. lib. 3. & consil. 176. num. 10. lib. 4. cultores enim veritatis esse debemus. l. 1. C. de edicto diui. Adri. toll. Homines enim ad veritatem nati apti, semper meliora, & veriora sequuntur, secundum Aristot. 1. Rhetoricorum. Vnde mendacium opponitur veritati, secundum Augusti. in libr. contra mendacium. Et Tho. 2. 2. q. 110. Ergo non est præsumendum delinquere. l. meritó. ff. pro socio. Et sic probatio, quæ fit per testes, est subsidiaria.

Secundo vtiliter inquirendum est, Quare dictū est in hac rubrica, De iudicijs, in numero plurali, & non

& nõ De iudicio, in singulari. idq; patet in rubricis isto titu. in lib. C. & Digestorũ, & in Decretalibus, Sexto, & clemẽtinis? Respondent eleganter scribẽtes in rub. De iudi. quod ideo dictũ est, quia duo sunt iudicia, aliud scilicet ciuile, & aliud criminale. De quo dicitur in l. destitisse. ff. de iudi. c. dilecti. de iudi. & §. at si clerici. & cap. cum non ab homine. eod. titul. glo. & communis in rubr. ff. isto titu.

Contra istam rationem docto. iudiciorum diuisionem inducentem potest opponi vnico argumento, quod huiusmodi est. Non debet fieri per plura id, quod fieri potest per pauciora. §. quibus. in 1. consti. C. clemen. auditor. de rescr. vnde cum iste terminus, iudicium, generaliter sumptum cõprehendat vtrũque scilicet, iudiciũ ciuile, & criminale, non probè dictum est, de iudicijs: & consequenter gloss. & communis peius fecerunt illo modo exponendo, cum potius deberet in singulari, de iudicio, dicere. Quod optimo corroboratur fundamento. Nam vis videre, quod si dictum esset de iudicio, sub hoc termino, iudicio, comprehenderetur de necessitate tã iudicium ciuile, quã criminale? Quia in rubricis superioribus de iudicijs, visum est de remedijs, quæ oriũtur tã ex causa ciuili, quam criminali: vnde cum remedia criminalia sub iudicio criminali, & ciuilia sub iudicio ciuili discuterentur, merito si Iuris lator dixisset, de iudicio, intelligeretur tam de ciuili, quam criminali. Solui potest, quod ita dictum est, de iudicijs, vt distinctius, & clarius iudicia ostenderet, Nam si dixisset, de iudicio, aliquis redderetur confusus, cum multiplex sit iudicium, vt dixi suprà in 1. quæst. argum. tex. in. §. cumque hoc Deo. in Proœmi. Institu. Item quia sumus in rubricis, in quibus non versatur præiudicium, vel saltem modicum, de quo non curat Prætor. Vel ita fuit voluntas Iurisconsultorum. Et non absre dictũ fuit, De iudicijs. & non, De iudicio: quia terminus, iudicium, debet correspondere legibus sub eo sitis, quæ loquuntur de vtroque iudicio, tam ciuili quã criminali, & sic in rubricis Digestorum. Codicis; & Decretalium habetur de vtroque, vt facerẽt ad titulum illa iura dictum est, De iudicijs. Quia debent esse collocata sub congruis titulis, & respondere rubro sub quo est lex posita. l. fi. ff. de condi. indebi. ideo dixit, De iudicijs, indefinitè. Tum etiam propter nimiam facilitatem, vel propter nimiam subtilitatem, nec reddi, nec inueniri potest vera ratio istius quæstionis. l. non omnium. ff. de legib.

Tertio modo iuxta prædicta. Quæro de alia diuisione iudiciorum, quæ necessaria, & admodum vtilis est, viris potissimum practicis. Et hæc quidem est. Quot repersantur iudicia? Ad quam quæstionem responde ex dictis in superiori quæstione. 2. Aliud esse ciuile, aliud criminale, aliud mistum. Ciuile dicitur iudicium, quod petitionem alicuius rei continet absque origine alicuius criminis, vt ex causa mutui, venditionis, locationis, vel huiusmodi. l. properandum. in princi. C. de iudi. Specula. de contuma. §. sequitur videre num. 1. Bald. in rub. de iudi. col. 1. l. 9. tit. 4. part. 3. Criminale est, quod descendit ex delicto, continens pœnam contra reum inquisitum de crimine. l. ferros. C. ad leg. Iul. de vi publi. l. vbi. C. de fals. in princ. & per totum Insti. de publi. iud. l. 2. ff. eod. c. cum non ab homine. cum simi. de iudi. dict. l. 9. titu 4. part. 3. Dicitur etiam criminale, quando pœna pecuniaria est fisco applicanda. glo. in l. 3. verb. aureorum. ff. de sepulc. viola. & glos. in §. in summa. verb. extraordinaria. Insti. de iniur. Et glos. 1. in l. aut damnum. ff. de pœn. Guido Papa consil. 130. num. 1. estque communis opinio secundum Corti. iuniorem in l. 2. §. sed & si agantur. n. 2. ff. de iudic. Tenent Panorm. & communiter docto. teste ibi Ripa num. 92. de iudi. super rub. Et est vera, & communis opinio secundum Robert. Maranta. in sua pract. 1. distinct. iudiciorum. nu. 1. pag. 80. Quando autem pœna esset applicanda parti, esset ciuilis, & non criminalis causa. glo. in dict. l. 3. verb. aureorũ. Imol. in rub. ff. de publi. iudi. Quæ sententia communis est, teste Iaso. in rubric. C. de iudi.

Aliud iudicium est mistum, scilicet, quando non merè ciuiliter, nec merè criminaliter agitur, sed causa est inter ciuilem, & criminalẽ, vt in c. tuæ, de procu. De cuius intellectu singulariter est consulendus Augusti. Beroi. in rub. de iud. nu. 33. Et ibi Ripa, nu. 99. Robert. Marant. loco citato. nu. 73. pag. 104. vt quando pœna applicatur fisco, & parti. vt in l. 2. titu. 9. libr. 8. infra. & in l. 2. titu. 3. libr. 4 foro legum.

Subdiuiditur secundo modo iudiciũ in ordinarium, & extraordinarium, vt habetur in c. quoniã contra. ibi, tam in ordinario, quam in extraordinario. de probatio. Ordinarium est, in quo concurrunt tres personæ, iudex, actor, & reus. c. 2. de offi. iudi. c. forus. de verb. signi. Ioan. Igne. in repeti. l. 1. nu. 17. C. qui admitti. Vel est ordinarium, quando proceditur vel per viam accusationis, vel per viam actionis ciuilis, quæ sunt remedia ordinaria. l. nihil aliud. ff. de actio. & obliga. & in prin. Insti. de public. iudi. Bart. in extrauag. Ad reprimendum. in verb. accusationem. & in rubric. ff. isto titul.

Iudicium extraordinarium dicimus, sine figura iudicij, vbi duæ tantum personæ interueniunt, & sic est iudiciũ transfiguratum, in quo non est aduersarius, sed tantum iudex, & petens, & per consequens

consequens vbi igitur iudicis officio, secundùm Igneum vbi suprà. Ex quo potest inferri, quòd in extraordinario iudicio, cùm non sit propriè iudicium, filius potest agere sine licentia patris, sed in ordinario non: quia non cẽsetur habere integram personam, propter patriam potestatem. glos. in l. fi. §. necessitate. C. de bon. quę lib. gl. in l. 3. §. causa cognita. & in l. si seruus. ff de bon. poss. & in l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebel. & in l. cùm filiusfamilias viaticum. ff. si cert. pet. quam ibi ponderat Roma. & glos. in l. 1. verb. cum ignorante. C. quũ admitti. vbi col. 3. num. 18. dicit veram, & communem hanc sententiam Ioannes Igneus.

Quartò dubitari circa prædicta potest, Vtrùm iudicium super crimine agitatum per viam inquisitionis, dicatur ordinarium, vel extraordinarium? In qua quæstione Innocenti. variauit. Sed verior sententia est illa, in qua firmat esse extraordinarium, secundum Deci. & Aretin. quã prosequitur Berois à num. 35. inclusiuè, vsq; ad 37. in rub. de iud. vbi videre licet. Innocen. opinio est in cap. cũ oporteat. de accusa. & glo. in cap. quoniam contra de probat.

Probatur quod si extraordinarium ex text. in cap. quoniam contra. de proba. Sed potest euitari, dicendo, quod simpliciter loquitur de extraordinario ad differentiam ordinarij. non tamen dicit text. inquisitionis iudicium esse extraordinarium. de hoc enim nullum verbum: & licet gloss. ibi de eo exemplificet. tamen illa expositio non est necessaria, cum aliter illud verbum, extraordinario, possit intelligi. vt ex glo. ibi colligitur. Sed dic, quod attento ordine inquisitionis, ordinariũ dici non potest, cum ordo procedendi sit extraordinarius. Nam ordo inuẽtus in hoc iudicio inquisitionis, non dicitur solennis, nec pręcisus, quia cõsensu partiũ remitti potest. in. ca. 2. de accusa. lib. 6. alias enim à iudice, nec à partibus remitti posset. vt habetur in l. prolatam. C. de senten. & glo. nota. in Clem. Sępe. de verb. sign. in g'o. fin. vbi habetur, quod solus Princeps poterit remittere ordinem iudiciorum. est gl. expressior in verb. mãdamus. in d. Clem. Sæpe. & glo. in cap. fin. de hæret. lib. 6. Lanfran. de Oria. in repeti. dictæ Clem. Sæpe, in prin. nu. 3. dicit singul. esse. Panor. inquit notandam in cap. dilecti. col. 3. nu. 5. & ibi Additio. de iudi. Philip. Frãch. in cap. statuta. nu. 2. de hær. lib 6. Augusti. Beroi. in rubr. de iudi. nu. 36. col. 15. & iterum col. 16 nu. 37. Robert. Marant. in pract. 9 distinctio principal. iudici. nu. 3. pag. 187. Item suadetur. Nam signũ, per quod cognocitur quid esse extraordinariũ est, quando per ordinariũ tolli dicitur: quia ordinariũ facit extraordinariũ cessare. l. in causę. 1. ff. de minorib. l. ait prętor, & l. e legãter. in prin. ff. de dolo. l. si cũ exceptione. §. cum qui. ff. de eo, quod metus causa. l. in prouinciali. & ibi Barto. ff. noui operis nuntia. Sed inquisitionis iudicium cessat propter iudiciũ accusationis. quod dicitur ordinarium, quoniã superueniẽte legitimo accusatore, iudex, qui inquirere cœperat, ab inquirendo desistere debet glo. magna ad fin. in ca. qualiter & quando. 2. de accusa. & ibi Panor. cap. 15. q. 5. Ergo fatẽdum est iudicium inquisitionis extraordinarium esse, & non ordinariũ, quemadmodum Innocent. sibi contrarius tenuit in cap. dilecto. de senten excom. lib. 6.

Quæro. 5. Iudiciũ quot habeat partes? Respondendum est, quòd tres. Principium, quod durat à citatione, vsq; ad contestationem litis inclusiuè. Medium, quod protenditur vsque ad conclusionẽ in causa. Finis vsque ad ipsam sententiam diffiniti ũam computatur. tex. in authent ad hæc. C. de iudi. & ibi notat Iaso. col. 1. Bart. in l. 2. num. 6. ff. de furt. Iaso. in rubr. C. de iudi. col. 2. Niconiti. in repet. cap. quoniam contra. verb. citationes. nu. 52. de probatio. & Panormita. in suo process. iud. fol. 7. col. 1. & Robert. Marant. in speculo aduoca. 6. part. num. 1. tex. in authen. vt defuncti, seu funera eorum non iniur. §. illud, versi. sancimus etiam. col lat. 5. Est præterea notandum iudiciorum conditionem in triplici differentia esse, est enim vniuersale, generale, & particulare. vt meliùs quam alibi explicat Zasi. in l. qua quisque. col. 2. num. 8. cum sequenti. C. de edend.

Quæro. 6. Vtrum ad hoc quòd possit veniri ad citationem iudicialem, requiratur monitio extra iudicialis? Respondeo quod non requiratur de necessitate iudicij, sed ex quadam honestate. tex. in l. quidam Hiberus. ff. de serui. vrba. prædio Et est opinio communis secundum Sebastian. Sap. in rubri. ff. de iudi. num. 9. Datur tamen cautela, vt semper fiat ista monitio extraiudicialis: quia si non fieret, non possent repeti expensæ, quæ fierent in citatione iudiciali. Bald. in l. non ignoret. C. de fructi. & lit. expen. Angel. de Perusio in l. debitores. col. 1. C. de pigno. & in l. 3. C. de obsequijs patro. præstand Bald. Gui. de Cun. & Salicet. in l. edita. C. de eden. Specula. tit. de denũtiat. & concl. §. 1. circa princ. Anto. de Butrig. in cap. 1. de libelli oblatio. & in cap. nouit. de iudic. Iaso. in l. certi. condictio. col. 1. num. 4. ff. si cert. petatur. & in §. sic itaq;. col. 8. num. 44. Instit. de actio. Ludouic. Rom. in singul. 396. incip. Alio sero dominus Manuel dixit mihi. subijciens. Quod est menti tenendum, quia millies in facti contingentia habebis.

Dubitatur. 7. Vtrùm iudicium incipiat à citatione. vel à contestatione? Sit breuis responsio in hoc dubio practicabili, quòd iudiciũ propriè sumptum pro causa & instantia, vt in titulo. De iudi.

incipit à litis contestatione: impropriè autem incipit à citatione quantū ad aliquos effectus, quos operatur citatio. Sententia est Paul. Castrensis in l. 1. nu. 4. C. de iudi. & in l. amplius nō peti. ff. rem ratam habe. communis secundùm Francis. Curti. iuni. in rubr. num. 11. ff. de iudi. l. 7. tit. 3. par. 3. & tex. in cap. ex parte. 2. de verb. signif. Curt. etiam tradit quot modis iudicium incipiat à litis contestatione. in repeti. rub. C. de in ius vocand. col. 1.

Hic infertur declaratio ad dict. cap. gratum. de offic. deleg. vbi habetur, quòd ad perpetuandam iurisdictionem iudicis delegati, sufficit citatio. ca. si subdelegato. de offic. delegat. lib. 6. notatur in cap. licèt vndiq;. eod. tit. Barto. in l. more maiorum. ff. de iurisdict. omnium iudicum. vbi Paul. num. 9. & Angel. col. 3. dicunt, quòd ita indefinitè seruatur, & tenent Canonistæ, & est vera, & cōmunis opinio secundum Iaso. ibi num. 57. & magis communis secundùm Franciscum Curtium in d. rubr. C. de eden. 5. Panor. & Deci. in cap. relatum. num. 2. de offic. delegat. glo. in verb. litis. in præcita. cap. ex pag. de verb. signif. Alexand. nu. 30. & Deci. num. 46. & Ioann. Baptist. quæst. 26. art. 3. num. 45. vbi ait istam esse communem sententiam Legistarum, & Canonistarum. & Zasi. num 35. dicit eam communem, veram. & indubitatam opinionem in d. l. more. d. de iurisdict. omnium iudic. Et per d. c. gratum. fuit obiectū Azo. quum esset aduocatus in causa delegata, allegādo magno boatu c. relatū. de offic. delegat. Alter aduocatus dicebat, Domine Azo, aperite oculos, respicite. cap. proximè sequens post cap. relatum. scilicet. ca. gratū. & aliud defendetis. Et ita Azon. confusus tacuit. Proptereà inoleuit prouerbium, Relatum, & Gratum, fecerunt Azonem vitupera tum. prout refert Ioan. de Imo. in cap. relatū. col. de offic. deleg. vbi testatur hanc esse communem opinionem etiam de iure ciuili. Et ad tex. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. respondent docto. dum dicit, res geri cœperit. hoc intelligendum videlicet fore per citationem, cum citatio sit de processu, & sit actus iurisdictionalis. vt notatur per glo. in ca. prudentiam. in princ. in verb. citra formam. de offic. deleg. & probatur in ca. gratum. eod. tit. §. omniū. Instit. de pœn. teme. litigāt. Et est ipsa veritas secundùm Lanfranc. in repe. c. quoniā contra. verb. citationes. nu. 1. de probat. Imò secundū eum. ipsa citatio est primus actus & processus. Barto. & Angel. in l. 1. ff. de in ius vocan. & probatur ex ordine titulorum. ff. veteris. Nam Iurisconsultus volens agere de iudicijs, primò posuit iurisdictiones iudicum: & posteà appropinquando ad materiam iudiciorum, posuit titulum. de in ius vocando, vt designaret, quòd ab eo incipit iudicium, vt declarat Bart. in rubr. ff. ne quis eum qui in ius voca. & est fundamentum ordinis iudiciarij, vt testis est Specula. tit. de citati. §. 1. Ex qua comuni opinione infertur non bene dixisse glo. in l. & quia. verb. antequam. ff. de iu. omn. iudi. dicentem iurisdictionem iudicis delegati per litis contestationem perpetuari, non aliàs. Quàm ibi reprehendunt communiter doct. Nōn obstat d. l. & quia. vt responsum est. nec text. in cap. relatum. de offic. delega. quia text. ille suppleri debet per textum sequentem in cap. gratum. secundùm ꝙ Imola in vtroque textu fatetur. Licèt aliqui dicant, quòd. c. relatum. correctum sit per capit. gratum. Sed meliùs est dicere, ꝙ suppleatur, vt correctio vitetur. c. cùm expediat. de electio. lib. 6. Et etiam in terris Imperij esset seruanda ista opinio communis, si lex regia non esset in contrarium, quemadmodum probat Ioan. de Imol. in dict. ca. relatum. col. fin. fretus tali fundamento. Nam ex quo fuit opiniones inter Legistas, & reperitur expresè decisum de iure Canonico citationem sufficere ad perpetuandam iurisdictionem, standū est iuri Canonico. per ea, quæ notantur in. c. licet. de foro compet. & in cap. Rainutius. de testamen. & in cap. 1. noui operis nuntia. Quæ doctrina est optima in actu practico, & à me copiosè exposita. in. 3. quæst. procemiali. col. 11. 12. & 13. cum sequent. illius primi tomi. In nostro tamen Regno regia lege statutum est, per litis contestationem, & non per citationem cœptam litem dici. l. 19. & 21. titu. 4. part. 3. Alia est in contrarium imò quòd per citationem dicitur literis cœpta in l. 35. titulo. 18. part. eadem tertia. Et huic opinioni gloss. in dict. l. & quia. accessit Iacob. Butrig. Cynus, & Rayne. ac idem Iacob. Butri. in l. 1. C. de litis contest. Fundant se in cap. relatum de offic. delega. Et ad tex. sequentem. gratum. respondent, quòd est seruandus in foro Canonico. Sed nulla est constituenda differentia secundùm communem, nec est correctio, si supples text. in dict. cap. relatum. dum dicit. Si verò ante litis contestationem. per text. in dicto capit. gratum. scilicet, & ante citationem. Sed etiam instari potest contra communem per text. in cap. meminimus. ibi, quòd si ante citationem iter arripuerit, &c. de appellat. Sed tex. ille procedit quo ad effectum deuoluēdi causam ad iudicem ad quem per appellationem, in causa nondum formata per contestationem. Si volueris videre opiniones in hoc magno dubio, vide collectas meliùs quàm alibi à Ioanne Brunello in tracta. De dignitate & potestate Legati. conclus. 30. fol. 90. & ibi firmat communem opinionem veram esse, & citat aliqua iura ad eius confirmationem. Item lis dicitur pendere per citationem, vt ea legitimè exequuta, nihil nouari possit. vt in Clem. 2. & ibi

fuse

fuisse probaui. vt lite penden. Itẽ ad effectũ, vt per citationem præoccupetur, & præuenta sit iurisdictio: nempe si sunt duo iudices ordinarii, quorum quilibet habet iurisdictionem in solidum, & vnus facit citare, alius non potest amplius impedire, vt sæpe in practica versatur. gloss. in c. licet verb. vti nõ cœperit. de offi. deleg. l. si quis posteaquam. ff. de iudi. Itẽ citatio dicitur de processu ad effectũ, vt non possit committi die feriata. vt in l. dies festos. ff. de ferijs. Fallit in Papa. Clemen. 1. de iudi. non sic in oblatione libelli. l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. Item inducit citatio interruptionẽ præscriptionis triginta annorum. l. sicut. C. de præscriptio. 30. anno. Felin. in cap. illud de præscrip. Balb. in copioso, & eleganti præscriptionum tracta. 6. part. princip. quæst. 4. princip. num. 14. Per istos tamen effectus nulla fit nouatio, etiam necessaria, quia nulla qualitas adijcitur obligationi pristinæ, sed per contestationem verè incipit iudex. & per eam plures adijciuntur qualitates pristinæ obligationi. queadmodum docet Paul. de Castr. in l. 1. col. 3. oppositio. 2. C. de iudic.

Octauò, est prætereà dubiũ. Aliquis contraxit in regno Hispaniæ, puta, Salmanticæ cum Petro, nempe ex causa depositi, vel mutui, fuit exequutus in regno Aragoniæ, Est dubiũ in hac exequutione extra regnum facta, quæ leges sint seruandæ? Respondeo, quòd quoad formam iudicij iura loci, in quo fuit facta exequutio, potiùs quàm locum natæ obligationis seruanda sunt. l. vinum. in fi. ff. si cert. pet. l. in hac. ff. de tritico. l. 1. in princip. ff. de vsur. Bar. in l. 1. C. de sum. Trinit. quæst: 6. & quæst. 8. glos. in cap. fin. de hæret. Sebastian. de rebus. in tracta. De iuris prudentia. tit. 6. de statutis. num. 29. pag. 37. Sed in his, quæ spectant, & pertinent ad substantiam contractus, vel obligationis semper attendi debet locus contractus celebrati, & secundùm illius loci iura obligatio diffinienda est l. 2. C. quemadmodũ. testa. aperi. vbi Bald. & communis. Bart. Paul. Alexan. & Iaso. in à diuo Pio. §. sententiã Romæ. ff. de re iudic. Bald. in l. 1. quæst. 4 C. ne fili. pro patre. Ioan. Lupus in introductione rep. cap. per vestras. folio. 2. col. 2. versic. Ex quo infertur. num. 23. de dona. inter virum & vxor. Roder. Suarez in l. post rem iudicatam. in declaratione. l. 5. tit. 8. infrà istò lib. 3. quæstio. 5. num. 26. fol. 168. colum. 4. Ias. consi. 48. col. 2. num. 3. lib. 1. Anto. Gomez. in lib. 64. nu. 8. in ordin. Tauri. ff. de re iudica. quam nota, quia ego habui consulere in ea. Et sic obtentum fuit, & sæpissimè contingere solet.

Quæro. 9. Iudicia vnde processerunt? Respondeo quòd à iure ciuili. l. 2. in prin. ibi, omniaq; manu à Regibus gubernantur. ff. de orig. iur. Quanuis glo. verb. manu, exponat, id est, arbitrio. Illa tamen expositio non habet saporem, nec vtilitatẽ: quia etiam hodie omnia reguntur arbitrio Regum, & Imperatorum superiorem non recognoscentiũ. §. Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem. Instit. de iure natu. l. 1. ff. de constit. princip. verbum enim, arbitrium, non importat nudam voluntatem, sed rationem regulatam. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de legat. 3. Panor. & Felin. in cap. 1. de constit. Et Princeps non ligatur suis legibus necessitatis vinculo, sed tantum vrbanitatis, & decentiæ funiculo. l. digna vox. C. de legib. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. §. fin. Instit. quibus modis testamen. infirm. cap. proposuit. de concess. præbend. iuncto. ca. innotuit. de electio. Ergo verbum illud, manu, vt iacet, hoc est, potentia, est accipiẽdum, vt in §. primo. Insti. de libert. vt sit sensus, quòd in primis Romæ cunabulis ius reddebatur manu forti, & armata, qua hodie manu fiunt exequutiones contra rebelles. l. qui restituere. ff. de rei vendic. Hoc idem probatur in dict. l. 2. §. deinde. iuncto. §. post originem. inducendo hoc modo. Dicitur in §. deinde. quòd actiones processerunt à lege 12. tabularum, quæ fuit initiũ iuris ciuilis: in illo autem. §. post originem. habetur, quòd ex post fuerunt in vrbe creati certi Magistratus ad debitæ exequutioni iura demandandum, & sic actiones, & iudices ab vrbe processerunt cum legibus. Certum autem est, quòd iudicium constat ex tribus personis verè, vel interpretatiuè, scilicet, actore, iudice, & reo, vt diximus in 1. quæst. huius tituli. Et Actor dicitur ab actione, sine qua experitur nullus. l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gestis. not. in cap. dilecti. & in capit. examinata. de iudi. Quia igitur duę partes substantiales ex tribus à iure Romanorum processerunt, sequitur ipsa iudicia iuris ciuilis esse. Facit. l. nulli. ibi, cùm duæ partes essent. ff. quod cuiusque vniuer. nomin. l. nominationum. C. de Decurio. lib. 10. cap. licet de vitanda. de electio. quòd duæ partes alicuius corporis, vel Collegij totum ipsum constituere videntur. Tenet gloss. in princ. Instit. de oblig. in verb. necessitate, ibi, cum omnia iudicia sint de iure ciuili. Et est cõmunior opinio secundum Iaso. in §. superest. nu. 43. de actio. Et ibi Ludoui. Gomez. nu. 34. col. 14. firmat hanc communem sententiam doctor. & varijs fundamentis illam impugnare contendit. Et col. 16. nu. 41. dicit, quod vtraque opinio in disputationis cõgressu posset sustineri.

Dubitatur. 10. Iudicia ad quid fuerunt instituta? Respondeo, ꝙ sunt instituta, & reperta, vel distrahendarũ controuersiarum, vel puniendorum maleficiorum causa. Ita Claud. Cãtiuncula lib. de offic. iudicis. c. 2. nu. 8. vbi ad hoc refert Ciceron. sic dicentem, Omnia iudicia, aut distrahendarum con-

controuerſiarũ, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt: quorũ alterum leuius eſt, quod & minus lædit, & perſæpe diſceptatore domeſti co dijudicatur. Alterũ eſt vehemẽtiſsimum, quod ad grauiores res pertinet, & nõ honorariam operam amici, ſed ſeueritatem iudicis ac vim requirit. Quod eſt grauius, & cuius rei cauſa maximè iudicia conſtituta ſunt, id iam mala conſuetudine diſſolutum eſt. Nam vt quæq; res eſt turpiſsima, ſic maximè, & maturiſsimè iudicanda eſt. Et idem Cicero. Hoc enim ſpectant leges, hoc volũt incolumem eſſe ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilijs, vinculis, damno coercent. Bonus text. eſt in l. congruit. ff. de offi. præſid. l. 16. titu. 4. part. 3. Inter iudicium Ciuile, & Criminale ſunt plures differentiæ, quamuis regulariter ſit procedendum in cauſis criminalibus ad inſtar ciuilium. l. abſentem. ff. de pœn. Baldus in. l. qui crimen. colum. 3. C. qui accuſa. non poſſ. Hippolyt. in practi. cauſa. crimina. §. expedita numero. 63. vbi conſtituit plures inſtantias, ſeu differentias inter vtrunque iudicium, alibi latiùs dicam.

Vndecimo inquirendum eſt, Quot modis iudicium perimatur? Reſpon. quòd quatuor modis ſibi quærit iudicium finem. Primò tempore, vt in cauſis criminalibus, quæ biennio finiuntur: & in cauſis ciuilibus, quæ triennio pereunt. Primum probatur per l. 3. C. vt intra certum temp. crimi. quæſtio termine. l. 7. ibi. *Otroſi mandamos, que ningun pleyto criminal pueda durar mas de dos años, y ſi en eſte medio non pudieren ſaber la verdad del accuſado, tenemos por bien que ſea ſacado de la carcel en que eſta preſo, y dado por quito.* tit. 29. part. 7. De cauſis ciuilibus eſt tex. in l. properandum. §. fi. C. de iudic. l. 27. tit. 4. part. 3. Notat Ludouic. Burgeſ. in rubrica. ff. de iudic. nume. 14. Anton. Capi. deciſio. penult. Robert. Maranta in Speculo aduoca. 5. parte. vbi ponit ampliationes, & limitationes ad prædictam regulam. Nicol. Boeri. in conſuetudi. Bituricẽſ. titu. Des coſtumes concernans les Iuges & leur iuriſdictions. §. 23. vbi plures doctores refert in materia iſtius inſtantiæ. Iaſo. in l. 1. ff. ſoluto matrimo. num. 20. Auguſt. poſt alios in cap. venerabilis. de iudic. Alexan. conſ. 180. incip. In cauſa & lite. num. 1. lib. 6. Paul. Pariſi. conſil. 158. colum. 1. lib. 4.

Eſt tamen quæſtio, Si actor velit expenſas reſtituere, & de nouo cauſam agere finita inſtantia biennij in cauſa criminali, vtrùm poſsit? Baldus in l. abolitionem. C. de adult. reſpondet quòd non. cuius verba formalia hæc ſunt. Et nota hic caſum, quòd ſi accuſator patitur labi tempus inſtantiæ, & ſi hoc modo tacitè deſiſtit, quòd ipſe non poteſt de nouo accuſare. Licèt ſecus ſit in cauſa ciuili, vbi finito tempore inſtantiæ, poteſt ipſe idem de nouo agere per nouum libellum. per l. properandum. C. de iudi. Secùs in cauſa criminali. argum. l. noſtræ. Idem tenet Salicet. in l. 1. C. vt intra cert. temp. & in l. properandum. §. fin. C. de iudi. Ioann. de Anani. in cap. licet. colum. fi. de accuſa. Anto. Capici. in deciſi. 206. Rober. Maranta. in Specul. aduoca. 5. part. nu. 48. pag. 274. Petrus vero de Bellapertica in l. fi. C. vt intra certum temp. diſtinctionem talem aſsignat. Aut teſtes non fuerunt examinati, & à pœna non abſoluitur, & delicto, ſed ab inſtantia tantùm. Aut teſtes fuerunt examinati, & tunc à toto, nempè à pœna, & delicto abſoluitur. Et hanc opinionem ſequitur Carreri. in ſua pract. §. 6. ſub. verb. homicidium. num. 369. verſic. Sed an per peremptionẽ inſtantiæ biennalis. Ioan. de Amicis in conſi. 139. colum. pen. num. 9. Et eſt opinio ſatis æqua, & rationabilis ſecundum Thom. Gram. voto 31. num. 16. fol. paruo. 267.

Alia eſt opinio, quod lapſu biennij à litis conteſtationis tempore in cauſis criminalibus inſtantia non pereat, ſed accuſatus tantum abſoluendus venit ab obſeruatione iudicij. Quam tenet gloſſ. in dict. l. fin. in verb. abſolui. Dicit gloſſ. expoſitiua, id eſt, ab obſeruatione iudicii. vbi Ioan. Fab. in verb. cenſemus. Et Angel. ſub. l. nouerint. colum. fin. verſic. in text. legis fin. Et Bald. qui expreſſè inquit, quod debet ferri ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij. ſeu proceſſus: ſed abſolutoria, ſeu condemnatoria ſuper crimine non tenet: quia non durat lis ſuper principali, licèt duret in iſto articulo, in quo dubio reuocatur, an inſtantia ſit finita, vel nõ: & ſuper iſto dubio emanat ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, aliàs non eſſet neceſſaria. Confirmatur ex capit. 2. de colluſ. detegẽd. vbi crimen ſemel in iudicium propoſitum, non eſt relinquendum à iudice indeciſum, nec ſub diſsimulatione debet tranſire, quamuis accuſatus cum accuſato in gratiam rediſſent. & in cap. ſcripta. eodem titu. l. 9. titu. 4. lib. 4. for. legum. Ioann. Lup. de Palati. Rub. ſingul. in tracta. De gubernatione regni. libro. 4. capit. 14. Et delicta non debent remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. cap. vt fame. de ſentent. excommun. Hippoly. Marſilius in conſil. 3. nu. 23. Et vndecunq; crimina claruerint. punienda ſunt. cap. ecce. 24. quæſtio. 3. ergo pro confirmatione iſtius vltimæ opinionis. Et facit. l. 28. ibi, *y executen la juſticia contra los que fueren hallados culpantes.* titul. 15. lib. 2. ſuprà. Ex quo fundamento poteſt inferri, quod non obſtante remiſsione facta ab accuſatore delinquenti, poterit iudex de nouo inquirere contra reũ, & ipſum pœna ordinaria punire. Nec obſtat. l. 22. tit. 1. part. 7. ibi, *vala quanto*

para

para no receber pena porende. Quia est intelligenda, id est, per accusationem, & acta facta à transigente. l. qui cœtu. §. fin. ff. ad legem. Iuliam de vi. Tradit latè dominus Anton. Gomez in libr. De delictis. capit. 3. num. 55. vbi vide. Facit dictum Angel. in l. plerisque. colum. fin. versic. in eadem glo. ibi, & etiam ante accusationem, in verb. sed vide ne decipiaris, quia non dico quòd tollatur ius accusandi, sed quòd recipiens satisfactionem non auditur si accusat. C. quando ciui. actio præiudicet crimi. Sed non obstat, quia iam fuit accusatus, & non apparuit de delicto, & fuit excarceratus, & datus pro non criminoso, & sic liberatus à pœna, vt in nostro Regno probant prædicta verba legis partitæ, ibi, *dado por quito.* Item quando post commissum delictum esset lapsum longum tempus, pœna corporalis moderanda est. l. si diutino. ff. de pæn. vbi gloss. dicit idem esse, quando aliquis stetit pro crimine diu incarceratus. Sequitur Robert. Maranta. in Specul. aduocato. 6. par. pag. 66. versic. Item circa executionem. num. 60 & est frequenter recepta secundum Doctor. Marti. Nauar. in cap. consideret. in princ. num. 124. de pænit. distinct. 5. & est ordinaria teste Anto. Gomez in lib. De delictis. c. 1. nu. 8. vbi vide. Igitur si fuit in carcere per duos annos, liberandus erit, maximè cum delictum non fuerit probatum, cessante omni collusione.

Ampliatur quod locum habeant supradicta etiam in inquisitione, tum quia per eam de crimine cognoscitur, tum quia inquisitio in locum accusationis succedit. Bald. & Alexand. in l. properandum. in fin. princ. C. de iudi. Augusti. Beroius in cap. venerabilis. num. 37. colum. 19. & columna penultima. num. 78. de iudic. vbi Bald. & Panormita. Robert. Maranta. in Specul. aduo. 5. parte. numero. 6.

Amplia etiam dispositionem. d. l. properandũ. quod etiam in consistorio Principis currit instantia, & perit: intantum, quod sententia lata in consistorio Principis, perẽpta instantia est nulla. glo. in authent. vt sponsali. largi. specialis sit contractus. §. hoc quoq; verb. præiudicium. colla. 9. quã citat Matth. de Afflictis in decisio. 283. versi. Secunda nullitas allegabatur. n. 4. & Thom. Grammat. 18. num. voto. 31. gloss. in authen. Si appellatione. verb. nullum. D. de tem. appella. Sed tenendum est contrarium saltem quo ad effectum, quia potest ferri sententia etiam post triennium in cõsilio Regis. Bald. consil. 217. col. fin. lib. 3. Rober. Maranta vbi suprà. nu. 15. in 5. parte.

Amplia. 3. quia instantia iudicij currit, etiam si steterit casu, vel alio impedimento, & est necessaria restitutio, vt probatur in l. 1. §. si quis propter. ff. de itine. actuq; priua. & in l. sed & si Prætorem. § ait Prætor. ff. ex quibus cau. maio. l. 2. ff. si quis cautio. est tex. in dict. l. properandum. in princip. qui indistinctè vult, quod currat. Bald. in authent. Item si appellationem. C. de temp. appellatio. Maria. Socin. consil. 31. num. 11. lib. 1. inter consil. Bartho. Socin. vt si stetit per iudicem secundũ communem opinionem teste Soci. quia alia plura allegat in dict. consil. 31. nu. 9. Et est magis communis sententia secundum Rober. Maranta. in Specul. aduo. 5. part. num. 31. versi. quid autem, & nu. 41. Consilium tamen bonum erit secundum eum, sæpius protestati, vt saltem obtineri posset restitutio in integrum aduersus lapsum instantiæ. Vide Lucam de Penna. in l. 2. colu. fin. C. de naufragijs. lib. 10.

Amplia. 4. in causis executiuis. & summarijs habere locum, & currere instantiam quam primum inceptum est cognosci de meritis causæ. Panorm. in cap. venerabilis. de iudi. col. fin. num. 22. vbi dicit, quod vidit de facto dubitari de hac quæstione, nec meminit se legisse. Sed Barba. ibi in addi. miratur de Panor. quod non viderit Bart. in d. l. properandum. §. & si quidem. vbi dicit, quòd idem est in causis summarijs. Et dicitur lis in illis contestari eo ipso, quod incipit tractari de meritis causæ. al. leg. l. nihil. & l. nulla. ff. de procurat. quod mẽti tenẽdum dicit ibi col. 2. num. 1. pluribus rationibus firmat Ludou. Roma. consi. 174. Amplissimè doctor, spectabilis domine collateralis. col. 1. dubi. 1. Et Socin. consil. 95. Capiendo primum consultationis. lib. 1. vbi etiam col. 1. refert tenentes contrarium. Et Felin. in cap. penul. de iud. col. fin. num. 23. vbi inquit hanc opinionem veriorem esse de iure. Alexand. consi. 50. Visis actis causæ. colum. 3. lib. 2. num. 7. versi. Præterea & fortius Robert. Maranta, vbi suprà. 5. parte. num. 4. vbi dicit ad maiorem declarationẽ, quod in huiusmodi causis summarijs ille actus, qui solet fieri post litis cõtestationem in causis, in quibus lis contestatur, habet vim contestationis, vnde ab illo actu incipit currere instantia. Panor. in cap. insinuante. in fi. de offic. delegat. & in cap. venerabilis, num. 22. de iudic. Cardi. in clem. constitutionem. §. fin. de elect. col. fi. nu. 7. Bart. & Bald. in l. nulla. & in l. nihil. C. de procu. Ias. in l. properandum. C. de iudi. per glos. quæ ad hoc dicitur singul. in c. 1. verb. absentia. de electio. lib. 6.

Amplia. 5. quod instantia. d. l. properandum. etiam ex consensu partium non potest prorogari. glo. & Bart. in d. l. properandum. & in l. 2. ff. de iudi. glos. in pragmatica sanctione gallicana. titu. De causis. §. & ne. verb. prorogationem. Et est opinio communis secundum Imol. in cap. penul. nu. 7. de iudi. & Robert. Maranta. in Specul. aduoc. 5. part. num. 23. Quid autem si interueniat iura-

mentum?

mentum? Vide glos. in d.l. properandum. cũ alijs citatis à Rober. Maran. vbi suprà. qui tenent non firmari. Sed hoc est quo ad ius ciuile. l. non dubiũ. C. de legi. Secus de iure Canonico secundũ Ioan. de Imol. in d. ca. pen. col. fin. Bartho. Socin. tract. fallen. regula. 182. incip. Instantia causæ principalis. Quid autem in instantia data ad appellandum? Vide Imol. loco proximè citato. num. 8. & glos. in dict. pragm. sanctio. gallica. verb. prorogationem. quæ tenet posse, saltem intellige suspendi, clem. quandiu de appell. Et est communis opinio. quod suspendi possit, non tamen prorogari secũdùm August. Beroium in cap. cum sit Roma. nu. 53. de appell. inibique allegat contrarium sentientes. Et agit egregiè de intellectu dict. Clem. Quãdiu. de appellat.

Ampliatur. 6. dispositio. d. l. properandũ, quòd etiam tale tempus instantiæ suspendi non possit ex consensu partium, nec iudicis. Bart. in l. properãdum. in prin. de iudi. Hoc probat, dum ait. Quis erit modus: cogita quòd erit tantũ vnus modus, vt renouetur instantia. Ergo sensit, & expressè voluit, quòd nõ possit suspendi, quia non esset tantũ vnus modus renouationis. Voluit Soci. in cõsi. 31. col. 3. versi. ex quibus. n. 11. lib. 1. expressius Paul. de Castr. in d. l. properandum. in princ. Et Panor. in consi. 16. incip. In præsenti quæstione. col. 4. & seq. lib. 2. & est communis opinio secundũ Hierony. Gratum cõsil. 15. col. 1. nu. 2. lib. 2. Quæ sententia est verissima in puncto iuris. Facit text. in d. l. properandum. in princ. Nam vult omnes lites nõ vltra triẽnij metas post litem contestatam esse protrahendas. Quæ verba ex sui natura comprehendunt suspensionem, cum per suspensionem lites vltra triẽnij metas protraherent, cum verum esset à die litis cõtestatæ, tempus maius triennio præterijsse, seu præterire potuisse, quod quidem expressè per legẽ vetatur. Tum etiam, quia. d. l. loquitur indefinitè, & indefinita legis æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. 2. Vnde perinde est, acsi dixisset, nullo modo protrahantur. Tum etiã, quia sumus in materia fauorabili, & publica, vt lites finiantur: quo casu verba generalia ita generaliter intelliguntur, vt non patiantur aliquam restrictionem, sed latissimè accipiantur, vt traditur in rubr. ff. solut. matrim. per Gratum. in dict. consil. 15. lib. 2.

Ex quo infertur iuramẽto nõ firmari, vt suprà dixi ampli. 5. Bart. & Ias. nu. 21. in d. l. properandum. Panor. in c. pen. de iudi. nu. 15. Quæ opinio manifestè probatur in d. l. properandum. in prin. vbi lex ipsa omnino aufert potestatẽ ipsis litigantibus ad prorogationem instãtiæ, ac iudici præcipit, q̃ non obstãte litigantium cõsensu perempta instantia per lapsum triennij minimè procedat in causa. Et est cõmunis opinio secũdum doct. Couar. in repe. c. quamuis pactum. 2. par. §. 1. versi. terti. Bartol. idem, & c. nu. 4. de pact. lib. 6.

Amplia. 7. procedere etiam de iure Canonico. vt optimè probat Couarru. loco proximè citato. Sed cõmunis est in contrariũ, quemadmodũ ipse fatetur ibi. imò quòd instãtia non perit de iure Canonico. per tex. in c. pen. de iud. c. fi. de probatio. & ca. cùm olim. verb. iudices. de priuileg. glo. in c. vlt. de dolo, & contu. & in d. c. pen. & in c. anteriorum. §. ad hoc sancimus. 2. q. 6. quarum opinio cõmunis est, secũdum Felin. in d. c. pen. & Iaso. in d. l. properandum. num. 27. C. de iudic. Et Alexand. consi. 64. col. 2. lib. 4. Et Barba. consi. 1. col. 21. lib. 3. Et in praxi est recepta, vt testatur Couarr. in d. §. 1. Et vltra eum est communis secundum Ioan. Bernard. in tract. regularum. cum fallentijs. regul. 338. incip. Instãtia de iure Canonico. Philip. Corne. consi. 111. incip. Licèt prima facie. col. 1. num. 2. lib. 1. Et consil. 210. incip. Visis nonnullis actis causæ. colum. fi. nu. 6. lib. 4. Facit. l. 19. & ib. Gregor. Lopez, in verbo, *tres años*. tit. 12. part. 5. Ex hoc deducitur, quòd in foro ecclesiastico etiam in omnibus terris subiectis ecclesiæ, vbi seruatur ius canonicum, nunquam perit instantia, siue in ciuilibus, siue in criminalibus. vt post Corne. & Feli. in locis ab eo citatis tenet Rober. Maran. in Speculo aduocat. per quem videas viginti & plures limitationes in. 5. parte.

Limitari etiam potest, quando pars interpellauit iudicem, aperiendo ei de compromisso petito, præsertim si iudex interloquendo pronunciauerit instantiam amplius non currere in prædicta causa, stante compromisso. Ratio, quia est legitimè impeditus facto aduersarij. Ita tenet Iaso. consil. 35. incip. Circa primum dubium. col. 2. versic. Circa secundum lib. 1. comprobat hanc decisionem ex Salicet. in l. si per tex. ibi post Cin. C. de adulte. dicente, quod si statuto caueatur, quod causa terminetur intra certum tempus, illud tempus non propterea currit ei, qui impeditur agere, & prosequi propter dilationem aduersarij. per illum tex. & l. si cùm ipse. ff. de excusa. tuto. Secundo ad idem est glo. insignis in clem. Sæpe. de verbo. significa. in verbo, post dationem. quæ gloss. vult, quòd si assignatus est terminus reo ad respõdendum positionibus, quòd interim non currit tempus actori datum sibi ad probandum, donec reus est in negligentia respondendi. Quam dicit perpetuò menti tenendam esse Bald. in l. fina. colum. 4. de fer nam. 11. & in dict. l. si cum ipse. vbi subijcit, quòd in practica est faciendum, quòd iudex declaret terminum non currere. Et Iaso in dict. consilio. 35. colum. 2. idem firmat. cui glo. est addendus Decius, eam allega. in capit. licet. 3. notab.

notab.de probat. Tertiò his astipulatur, quod notanter scripsit Bal.in l.fi.in fi. C.de adulte per tx. ibi in verbo, culpam firmās ibi determinari quæstionē, q̄ si per statutū assignatur alicui terminus decem dierū ad probandū, & actor facit quicquid potest intra istud tempus, nec stat per eum, sed per aduersarium, quòd istud tempus non nocebit actori. Et ad hoc dicit etiā facere. l. intra vtile. ff. de minori. & l. si cùm ipse. ff. de excusa. tuto. Cui sententiæ etiam quarto loco fauere videtur, quod egregiè voluit idem Bald. in l. 1. §. fi. ad fi. per gl. ibi. ff. de edend. quòd si aliquis tenetur mihi edere instrumentum, vel positiones, quod interim antequam edat, nullus terminus mihi currit. Et suadetur quintò ex Bald. & Imol. in l. quandiu. 3. ff. de acquirend. here. dicentibus, quòd si datus est alicui terminus ad probandum, & productis capitulis, disputatur, an capitula sint admittenda, quòd interim non currit terminus. Itē. 6. non longe abest pro confirmatione nostri dicti illud, quod firmant Baldus & Salicetus. per text. ibi in. l. 1. C. de iuramen. calum. vbi post Specula. fatentur, quòd si iudex assignauit parti terminum ad probandum, & pars illa petit de calumnia iurari, interim non currit terminus aliquis datus aduersario ad probandum. Dicit etiam Bald. ibi post Speculat. in titulo. de dilatio. §. 1. in versicu. Sed nunquid. quòd si alicui statutus est terminus ad probandum aliquam exceptionem, quòd donec disputatur, an illa exceptio sit admittenda, vel non, quod non labitur terminus datus à iure ad ipsam probandum. ergo instantiam causæ peremptam non esse, imò à die petiti compromissi, vel impedimenti desijsse currere, maximè iuncta interlocutoria iudicis, coram quo causa ventilatur. Item & septimò facit regula. l. final. C. de annal. except. qua cauetur, impedito agere non currere tempus præscriptionis. Iason. in §. rursus. num. 24. vbi Ludouic. Gome. numer. 13. Instit. de actio. Panormit. & Felin. in cap. ex transmissa. de præsc. Francisc. Areti. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Tenet Ioan. Igneus in l. dudum. nume. 29. C. de contrahend. emptio. l. quæsitum. ff. de re iudi. l. 2. §. si non propter. & §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. Ex quibus deducitur intellectus ad l. 11. regum Catholicorum, editam in oppido de Madrid, ann. 1502. quæ præcipit partibus respōdere positionibus, quòd interim alterutra pars, siue actor, seu reus fuerit petens, & protestans, tempus probationis ei non currere antequàm aduersarius respondeat in forma prædictæ legis de Madrid: & erit protestatio vtilis protestanti coram iudice per prædicta: cùm positiones fuerint à iure inuentæ, vt actor, vel reus releuentur ab onere probandi. l. eum qui. ff. de iureiuran. glo. 1. in. c. statuimus. de confess. lib. 6. Ergo reo vel actori recusanti respondere illis post iudicis iussum, est causa impedimenti, quæ ipsi, & non collitiganti petenti declarationem positionum cum dicta protestatione nocumenti causa esse debet. Et hoc est singulare, & quotidianum in actu practico. Item dici potest ad alias leges imponentes certum tempus ad probationem faciendam, putà, decem dierum. vt est. l. 64. Tauri. ibi, *que los dichos diez dias, &c.* & l. 70. in eiusdem decisionibus cum filii similibus, quod si propinquus, vel dominus directus, vtilis, vel superficiarius ignorarunt conuentionem, & venditionem factam intra nouem dies ad eam retrahendam pro tanto, facto, & malitia venditoris, non debet eis nocere, quominus intra nouem dies à tempore, quo scire potuerunt, detracto aduersarij impedimento, retrahere possint. Quod in practica est verbum iuridicum, & notandum.

Dubitatur vlterius, Instantia quæ dicatur? Et est dicendum, quòd est exercitatio ipsius iudicij. Et incipit à contestatione litis, & durat vsque ad sententiam, si feratur: & si non feratur, vsque ad finem triennij. l. properandum. in prin. C. de iudi. l. Grææ. §. & post litem. ff. de fideiuss. nisi per legem, vel statutum alia tempora super instantia essent instituta. Causa verò accipiēda est pro ipso iure deducto in iudicio. vt est tex. in d. l. properandum. in prin. ibi. ita quòd omnes lites super pecuniarijs causis. Et bene probat. tex. cum gloss. in l. 1. in verbo. causa. ff. solut. matrim. & doctrina Barto. in. l. causas. C. de transactio. & in l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verbo. obliga. Lis autem accipi potest dupliciter, propriè, & impropriè. Impropriè enim accipitur pro instantia, vt est tex. in dict. l. properandum. in prin. & melius in §. fi. vbi glo. verb. nihilominus. Propriè autem accipitur, quando non solùm comprehēdit instantiam, sed iudicium, & causam. l. litis nomen. ff. de verborum signific. glos. est menti tenenda in cap. 1. §. 1. verbo. litis. de procurat. libro. 6. & ibi notat Domini. colum. 2. num. 5. & Philip. Fran. colum. 2. & Francis. Curt. in l. postquàm liti. num. 5. C. de pact. Sensit glo. in dict. l. properandum. §. fi. C. de iudic. Ex qua doctrina quòd appellatione instantiæ propriè non veniat literis deducitur ad statuta facientia mentionem de instantia, vel de lite, in quibus verba sunt propriè intelligenda. cap. in nostra. de iniur. Et idem censet Domini. Franch. & Curti. in locis præmemoratis. Quod est notandum.

Est autem dubium, Vtrùm instantia perempta, pereant ordinaria iudicij, vel acta probatoria agitata in iudicio? Respondendum est pro veritate quæstionis conclusiuè, Perempta instantia,

tia, pereunt omnia ordinatoria iudicij, vt libellus, litis contestatio, & similia. l. cum lite. ff. iudi. solui & ibi Bart. Sed agitata in eodem iudicio, non pereunt. glo. in l. properandum. §. 1. verb. iudicij. C. de iudi. Bartol. in l. 2. C. de edend. Ioan. Crotus in repeti. l. omnes populi. num. 139. ff. de iusti. & iur. & in. l. si insulam. col. pen. versic. Secunda difficultas. num. 79. ff. de verbo. obliga. Barto. in. l. 2. C. de fructi. & lit. expen. Quot autem modis pereat instantia, declarat Robert. Marant. in Specul. aduoca. 6. par. quæst. 3. num. 49.

Vtrùm autem instantia transeat in successorẽ? Imol. in cap. quia. g. nu. 3. & Panorm. col. 4. & 5. de iudi. tangunt quæstionem. Deci. tamen ibi colum. 2. nu. 5. per conclusiones eam resoluit, vide per eum. Facit ad. l. 4. tit. 2. lib. 5. infrà. vbi instantia transit in clericum successorem laici, vt in eo foro teneatur ostendere testamentum, quo tenebatur suus prædecessor. Adde Decium vbi sup. nu. 11. Barba. consil. 1. col. 18. lib. 3. citat. Imol. in l. si cum hominem. ff. de fideiuss.

Quid si perempta instantia, partes velint eam communi consensu restaurare, an possint vnicò ictu omnia acta? Dicẽdum est quòd possint Bart. & doctores in l. properandum. in prin. C. de iudi. Et est communis opinio secundùm Purpura. in l. is apud quem. nu. 89. versic. extendit Alexander. C. de edend.

Intellige insuper, quod perempta instantia iudex nõ potest iudicare in negotio principali, condemnando, vel absoluendo: sed bene instantiam peremptam, vel se non iudicem, seu reum conuentum ab obseruatione iudicij absoluendo, & actorem in expensis fore condemnandum declarare poterit. per. l. fin. C. si intra cert. temp. l. si præses quasi desertam. & ibi glos. C. quomodo, & quando iud. Cyn. in l. properandum. §. si verò causæ. num. 5. versic. Vltimò iuxta præmissa. C. de iudi. Paul. de Castr. in l. non idcircò. §. cùm. posteà. nu. 4. ff. de iudi. Roma. singu. 788. incip. Post lapsum terminum. Alexan. consi. 136. col. 1. nume. 5. lib. 2. & consil. 137. col. 2. lib. 2. & consil. 39. colum. 1. lib. 5. Decius consil. 34. col. 2. versic. Nam contumax. num. 6. lib. 1. Doctus, & vêrè ingeniosus doctor Francisc. Auiles in interpretatione capitis. 49. nu. 6. in forma secretæ syndicationis. in capitibus Prætorum. Sebastian. Vanti. in libro de nullitatibus processuum & sententiarum. tit. De nullitas. ex defectu iurisdictionis. vers. insuper aduertas. num. 127. Facit text. singula. & practicabilis in Clement. Abbates. de rescrip. ibi, Si quis autem aliquem contra hæc vexare præsumpserit, in expensis sibi & interesse per iudicem (coram quo vexatio fiet huiusmodi) cõdemnetur, &c. Quem text. dicit elegantem, & iuris meliorem Barba. ibi num. 23. ad hoc quod iudex, coram quo quis iniuste trahitur, licet non sit cõpetens in causa principali, est tamen competens super expensis imminentibus super illo articulo, de quo cognouit, vtrùm esset cõpetens, necne. singul. secũdum eundem in cap. cæterùm. col. fi. de resc. Panorm. in c. dilectus. 3. col. 2. num. 1. de præbend. notat Deci. in cap. vt debitus. nu. 6. de appella. Et hæc iurisdictio est potius ordinaria, quam delegata secundùm Panormit. in dict. cap. dilectus. Quod est notandum in actu practico pro intellectu. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. vbi habetur, quod iudex potest cognoscere an sit competens: sed si reperit se incompetentem, an possit super expensis factis in cognitione illius articuli pronuntiare. nihil enim ea in lege de hoc habetur. Sed tu dic quod potest, per dictam Clem. Abbates. quæ est singula. & notanda. quia quotidie practicatur secundum Barba. ibi. fol. paruæ impressionis. 31. colum. 1. num. 23.

Dubitari potest, Vtrùm ex conuentione partium instantia dictæ. l. properandum, prorogari possit? Et respondetur quod non, etiam cum iuramẽto, vt supra dixi ampliat. 5. propter vtilitatem enim publicam id constitutum esse constat ex leg. properandum. C. de iudi. cap. finem litibus. de dolo & contuma. c. vt litigantes. de offi. ordi. lib. 6. ergo non licet prorogare. c. si diligenti. de foro compe. c. contingit. de sent. excom. Interest enim Reipub. vt quis re sua bene vtatur, & non male. §. sed & maior. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & ne laboribus, & sumptibus quis vexetur. c. vt debitus, de appella. c. vt litigantes. de offi. ordina. lib. 6. Quæ vexationes, & molestiæ inducuntur litigantibus, etiam si victoriam reportauerint, vt satius sit semel vinci, quam sæpius vincere, aut diutiùs litigare, vt docet experientia, quæ est rerum magistra. §. quæ omnia. Instit. de satisdatio. l. certi iuris. C. de iud. Clement. Dudum. §. scimus enim, & ex euidentia facti colligimus, de sepultu. Clemen. 1. de æta. & qualita. Clemen. Dispendio sam. de iudic. l. rem non nouam. C. eod. tit. capit. quam sit. de electio. lib. 6. cap. statutum. in prin. de resc. eodem lib. cap. pen. vbi glos. versic. sciendum, 26. quæst. 4. cap. detestanda. de concess. præbend. lib. 6. tex. in authent. quibus modis natural. effici. legi. §. illud quoque melius. Paul. in l. per hanc. num. 2. C. de temp. appella. Et non obscure etiam innuit tex. in l. minoribus. 25. annis subuenitur. ff. de mino. Ex quo illud Martialis lib. 7. epigrammaton.

Lis tebis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus Gargaliane foris.
Ah miser & demens viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci Gargaliane licet.

Ideò

Ideo nō immerito scriptum est in l. item si res. §. vltimo. ff. de alienandi. iudi. mutand. causa fact. Hæc enim verecunda cogitatio eius, qui lites execratur, non est vituperanda. Cum alijs multis in hanc sententiam allatis ab Alberic. in l. etiam in princi. ff. vt legato. nomi. cauea. Lucas de Penna in l. litibus. C. de agri. & censi. libro. 11. Matthæ. Paco in Commentarijs suis. titul. de manda. apostolic. §. & vt obijcitur. Petrus Rebuffus in cōcordatis in Procem. verb sumptibus. Et Cicero libro. 2. officiorum. admonens a litibus, quantum liceat: & nescit, an paulo plus etiam quam liceat, abhorrere, esseque non modò liberale nonnunquam de iure suo decedere, sed etiam fructuosum. Cui concinens gloss. in cap. penult. de emptio. & vendi. dicit, eum magnum commodum consequi, qui à lite recedit. Ideo inquit. instrumenta post transactionem reperta non instaurari lis. Et sequitur Antoni. ibi. Et Andre. Tiraquell. in lib. 1. de vtroque retractu. §. 8 gloss. 7. num. 21. Item quod non posit prorogari instantia, etiam cum iuramento, tenet Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Ioannes Corasi. in l. admonendi. in 1. parte. nu. 50. ff. de iureiurand. Et Vanti. loco iam allegato. pagina. 135. num. 127. vbi tradit qualiter reuiuiscat instantia.

Secundo loco iudicium, seu instantia soluitur prohibitione. text. in l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Nam nulli dubium est, vt ibi habetur, quin iudicium soluitur, vetante eo, qui iudicare iusserat, vel etiam eo, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet: vel etiam, si ipse iudex eiusdem imperij esse cœperit, cuius erat, qui iudicare iussit. Tertio modo, seu quinto comprehendendo tres casus, quos statuit dict. l. iudicium est per sententiam: nam iudicium ex re iudicata finem accipit. l. 1. ff. de re iudica. Ludoui. Burgens. in rubric. ff. de iudi. num. 14. glo. in l. 2. verb. quæstionem. C. vt lite penden. Curti. in l. vn. num. 66. C. de proh. seq. pecuniæ.

Quæro, Cœptum est iudicium coram vno iudice, an posit coram alio finiri? Et in hoc est dicendum, quod lite cœpta coram vno tribunali, non potest trahi apud alium, donec lis sit finita per sententiam, obstat enim litis pendentia. l. vbi acceptum est iudicium, ibi. & finem accipere debet. ff. de iudi. l. si quis postea, quam. ff. eodem titu. l. incola. ff. ad municipal. l. cum quædam puella. in princi. ff. de iur. omnium iudi. c. proposuisti. de foro competen. adde. Mar. de Mātua sing. 276. Barto. in l. sepulchri. & ibi Additio. ff. de sepul. viola. Socin. consil. 237. colum. 1. lib. 2. Boeri. in consuetudi. Bituricens. rubr. Des costumes concernās les iuges. §. 1. in verb. par preuention. Sebasti. Vanti. in libro. de nullitatibus processuum & sentent. rubric. De nullitate ex defectu iurisdictionis ordina. nume. 163. pagina. 149. Barbat. Felinus. num. 15. & deci nume. octauo. in capitul. ex tenore. de rescript. Francisc. Curti. in leg. cum quid. nota. tertia. nume. 8. ff. si certum petat. Anton. Corset. in suis singularibus. verb. iudicium. Et ibi est pulchra additio. Hippolyt. singula. 239. Barto. in authen. Si qua in prouincia. colum. 2. nume. 1. C. vbi de cri. agi. oport. Iaso. in l. more. colum. 2. num. 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. Ioann. Bernad. in tract. regul. cum fallētijs. regul. 382. verb. iudicium vbi semel.

Hinc infertur impetrantem literas apostolicas ad delegatum facere debere mentionem de processu, & litis pendentia, quæ est super tali causa, pro qua postulatur rescriptum, alias commissionem irritam esse non est dubitandum. cap. inter monasterium. de re iudi. cap. dilectus. de rescrip. cap. in nostra. de procura. cap. 2. de dolo. & contuma. & cap. super. eodem. de cohabi. cleri. & mulie. l. 2. C. vt lite pendent. authen. vt diuinæ iussio. per totum. colla. 8.

Ex quo deducitur, quod si causa agitatur coram ordinario, tenetur facere mentionem de tali litis pendentia, alias commissio esset nulla. tex. secundum Panormita. & Ioan. Lup. ibi in repeti. cap. per vestras. 4. notabi. colum. 1. fol. 102. De dona. inter virum & vxor. citat gloss. in cap. prudentiam. §. Sexta. verb. vel aliam iustam causam Et ibi notat eam Panormit. de offic. delegat. sensit glo. in cap. vt debitus. verb. si dicat. ibi dum dicit iurisdictio ordinaria iam cœpta. Et ibi notat Panormit. de appella. Bald. in l. 1. C. de relationi. Intantum procedit, quod etiam non præsumitur quod Papa (quamuis posit) velit per suum rescriptum causam aduocare ad se pendentem coram ordinario, vel delegato, nisi de litis pendentia faciat mentionem. Hosti. Ioann. Andr. & Panorm. in cap. ex literis. de offi. delega. Hostien. in summa. De offi. delega. §. quam delegari. versi. sed nunquid potest reuocari. Ioan. Lup. vbi supra argumen. text. in dict. l. vbi acceptum est. ff. de iudi. Ratio, ne patiatur initium iudex in iurisdictione. l. litigatores. ff. de arbitr. Secunda ratio potest esse: quia in tali lite coram se pendente præsumitur magis instructus: tex. in l. 1. & 2. ff. de quibus caus. ad eundem iudi. ea. Tertia ratio: quia instantia est indiuidua, l. in hoc iudicio. ff. famil. erciscund. ergo diuidi non potest. l. 2. §. & hamm. & l. stipulationes non diuiduntur. & ibi Iaso. num. 31. ff. de verborum obliga. Postrema ratio est: quia in iudicijs cum quasi contrahatur, non est admittenda variatio. l. si Prætor. ff. de re iudica. Ex quibus conijci potest decisio ad quæstionem illam de laico facto clerico quando existimatur

matur a iudice seculari de gestis in habitu secula-ri. Et videtur dicendum, quod non sortiatur fo-rum ecclesiæ, sed secularis, cui fuit subiectus sta-tim, quo commisit delictum. l. 1. ff. de pœn. vbi Barto. Idem Barto.& alij secundum Iaf.per text. ibi in. l. cum quædam puella. ff. de iur. omnium iudi. vbi subijcit, facta prius de gradatione. Et hoc habeo pro indubitato. ibiq; ponit aliquas limita-tiones. De qua quæstione vide nota. per Ioan. An. & ibi Anto. Butriga. in cap. vni. de obli. ad ratio. Bart. in dict. l. 1. ff. de pœn. & ibi Alex. in additio. Oldra. consi. 4. Dyn. & Bald. in. l. idem Vlpianus ff. de excusa. tuto. Frederi. de Senis. consi. 97. An-char. in reg. ea quæ. de regul. iur. libr. 6. Iacob. Bu-triga. Paul. & Iaso. in. l. fi. ff. si ex nox. causa aga-tur. Archid. in ca. 1. 11. quæst. 1. Salice. in authen. Statuimus. C. de epis. & cleri. Panor. in. cap. quod clericis. de foro compe. Felin. in cap. fin. fallen. 8. versi. & facerent hæc. de cōsti. Decis. capellę Tho lo. 143. & 147. & 388. Specu. de reo. in prin. Luc. de Pen. in. l. final. C. de vete. libr. 12. Bartho. Bri-xien. in quæst. Veneti. incip. Aliquis litigabat. Al beric. in. 3. part. statu. quæst. 41. Imol. consil. 118. Resolutius traditur ab insigni iurisperito Petr. à Plaça in Epithome delictorum. li. 1. c. 35. vbi con cludit, quod erit iudex causæ, & non personæ clerici.

Vltra eos suadetur ex. l. si is qui Romæ. ff. de iu di. vbi instantia transit in successorem, ac in eo lo-co, vbi cœpta fuit, finiri debet. Ad idem est bo-nus casus in. l. 1. ff. de quib. rebus ad eūdem iudi-catur. vbi si plures coram vno iudice egerunt iu-dicio familiæ erciscundæ, & agant etiam com-muni diuidundo, vel finium regundorum, debent agere coram eodem iudice. vbi glo. verb. eundem iudicem. tres rationes ad hoc assignat. Facit. l. 1. ff. de offic. proconsul. & l. hæres absens. §. apud Labeonem. ff. de iudi. & leg. 1. §. de illo. ff. ad Tre-bellia. & ibi Iaso. vbi probatur idem esse in fidei-commissario. Idem est in patre succedente filio, lex. tam ex contractibus. ff. de iudic. vbi Barto. & Paul. Absurdum enim est, vt in vna eademque causa diuersa iudicia sequantur. l. fina. C. de mod. mulct. Facit. leg. nullum. C. de testib. l. quoties. C. de iudic. Continentia causæ diuidi non debet. fa-cit. l. penult. C. de pedan. iudi. l. nulli. C. de iudi. Quæ autem dicatur continentia causæ, explicat Alciat. libro. 1. iuris parergon. cap. 9. Item suade-tur ex. l. 1. ff. de offic. Præfect. Præto. vbi aduersus sententiam ab vno iudice latam, versa vice non potest peti sententia coram alio iudice. Facit tex. in. l. in causæ. §. fina. ff. de minorib. quoniam su-per eadem re non debet quis ad diuersos iudices trahi. l. 1. §. fina. C. de assertione tollend. Et diuer-sitas iudiciorum inducit perplexitatem. l. qui de crimine. C. de accusa.

Ex quibus infero veram esse opinionem. An-to. de Prato. in. l. 1. in fin. ff. quæ sentent. sine ap-pell. rescind. cognitionem delicti commissi a cle-rico, & laico simul ad iudicem ecclesiasticum per-tinere, & non ad secularem. Socin. consil. 12. libro 1. Idem Socinus. in capit. 2. column. 4. de mut. pe-ti. Felin. in capit. 1. colum. 4. de præs. Thom. Fer-ra. cautel. 10. Ferdin Loazes in tracta. matrimonij Regis Angliæ. 10. dub. numero. 20. Socin. iunior consil. 34. column. 1. libro. 2. Barthol. Soci. in. l. Se natus, in fine. ff. de reb. dub. vbi dicit hanc senten-tiam in praxi receptam esse. Idem testatur se Me diolani vidisse Chassanæ. in cōsuetudi. Burgund. rub. 1. §. 5. versi. Archidiaconus. nu. 70. Robert. Maranta. in Speculo. aduoc. de ordine iudicio. 4. part. distinct. 11. nume. 22. & statim subijcit. num. 24. rationem prædictæ opinionis procedere in indiuiduis, non autem in diuiduis. Et tradit Do-ctor Couarru. lib. practi. quæstio. cap. 34. num. 1. vbi alios recenset. Hippolyt. etiam sequitur di-ctam opi. Anto. de Prato in singul. 180. Optimè Aym. Craue. consil. 2. 2. libro. 2. Et confirmari possunt ex adductis à Ludouic. Gomez. in cap. 1. num. 47. de resc. libro. 6. Et ab Hippoly. in re-pet. rubr. ff. de fideiuss. num. 130. versic. Quinimo dico. Igne. in. l. 1. §. si quis in villa. nume. 27. ff. ad Sillania. Inter cætera adducitur text. in cap. per-tuas. versic. quod autem. de arbitr. & l. si commu-nem. ff. quemad. serui. in quibus iuribus ratione indiuidui socius vtitur priuilegio socij. Facit, nam à duobus iudicibus simul procedentibus, quorum vnus est clericus, & alius laicus, est appellatio in-terponenda ad superiorem ecclesiasticum, ratio-ne clerici, & non ad secularem. Cardi. in cap. su-per quæstionum. §. si vero duo. versic. Quarto op pono. de offic. delegat. Item suaderi potest hæc opinio. ex Anto. de Butriga. in cap. cæterum. col. 3. de iudi. dicēte cognitionem iurisdictionis quan-do est controuersa inter ecclesiasticum & secula-rem iudicem, ad ecclesiasticum competere tan-quam ad digniorem. Et est communis secundum Iaf. in. l. ex quacunque. col. 5. nume. 20. si quis in ius voca. non ierit. Et est singulare dictum secun-dum Ferdi. Loazes in tracta. super noua. conu. pa-gano. Regni Valentiæ. col. 52. §. Decimoquinto licet. nu. 3. ibiq; refert dictum Anto. de Prato. in loco præallegato. Hinc etiā Bar. in. l. præcipimus §. eodē obseruādo. C. de appell. vbi additio. plura ad illū conijcit, & dicit Bar. sententiam veram esse volētis, quòd clericus & laicus si sint tibi ambo rei debendi, quod occasione clerici tam laicus, quam clericus sunt conueniendi coram iudice ecclesiæ. Sequitur Socinus consil. 82. col. fi. nume. 10. lib. 3. Francisc. de Areti. consil. 25. col. fin. num. 3. vbi re

putat

putat esse pulchram hanc Bart. decisionem, Bal. ba. consilio.36.column.8.num.5. libro.2. & consilio.83.column.1.libro.3. Et dixit ipse. Bart. in l. solent.col 2.nu.14.ff. de aliment. & ciba.lega. q̃ quãdo heredes sunt laici pariterq; & clerici, & ab eis alimenta exigãtur, q̃ talis petitio erit facienda coram iudice ecclesiastico, & iudex secularis coget laicos adire ad iudicium ecclesiæ. Et sic cogitur laicus ad prorogandam iurisdictionem non sui iudicis. Sed hoc vltimum est falsum secundum Alex. ibi ad eum. Quia nullus potest cogi iurisdictionẽ prorogare, & subrogare non tenetur, ideo est verior opinio Bar. in d. §. eodem obseruando, secundum quam intelligas istã, ne tantum tamque insignem reprobes præceptorem, opinio cuius est communis secũdum Stepha. Aufreri. in tracta. de pot. secula. super ecclesi. personas. nume.15. q.15. Item confirmatur. Nam mulier, quæ commisit fornicationem cũ clerico, efficitur de foro ipsius clerici, & in eo est puniẽda ratione clerici, Freder. Senen. in consi.367. incipit. Mulier accusata. co.2 & August. in addi. ad Ange. de Areti. in tract. maleficio. in parte. *Che me hai adulterato la mia donna*. nu.46. Postremo hanc sententiam, quod laici sint remittendi ad iudicem ecclesiasticum, tenet Paul. Paris. consi.154. col.1. in prin. nume.1. lib.4. & sequuntur omnes. vt colligitur ex Ioan. Neuiza. in sylua nup. lib.6. nume.43. qui pro & contra plura expedit in hoc à num. præcedenti.38. Ioan. Crot. in repe. l.1. col.4. versi. Quinto nota. nu.27. ff. de lega.1.

Sed his non obstantibus, crederẽ in specie proposita, quod clericus tradetur iudici ecclesiastico & laici, qui mixtim delictum cum clerico commiserunt, seculari, vt vnusquisque eorũ puniatur secundum legem sui fori. Tum, quia si esset vera ista sententia, daretur laicis occasio delinquendi sub tutela clerici: cum in eo foro iudices ecclesiastici modicam, mitiorem, aut nullam pœnam delinquentibus soleant imponere, quod non est dicendum: quia esset absurdum, & contra omnem iuris prudentiam. l. conueniri. ff. de pact. dota. potissimum cum de interesse publico Reipubl. agatur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ. de sent. excom. Bart. in l. quemadmodum. col.2. nu.4. C. de agri. & censi. lib.11. vbi dicit legem pœnalem extendendam fore quemadmodum fauorabilem vbi agitur de delictis puniendis, in quo versatur fauor publicus. Commend. Ias. in l.1. nu.13. C. de sacr. sanct. eccle. & in l. si certis annis. num.3. C. de pact. & in l. si filiusfami. col.3. num.7. ff. si cert. peta. & in l. cætera. §. si quis ad opus. nu.20. ff. de lega.1. Corser. in singul. verb. extensio. Hippoly. in practica crimi. §. diligenter. num.130. & in consil. 85. nume.16. & consi.94. num.3. His etiam conijci potest, quod inquisitio delicti & pœna diuidua est inter delinquentes, ergo separentur, & non cludatur iudex secularis prætextu clerici in sua iurisdictione. Item vbi materia est diuidua, res per partes sumitur. l. vni. §. vbi autem. C. de cadu. tollen. l. ei qui non amplius. ff. de dona. causa mort. Item Probatur. Nam fratres tributarij non liberantur a contributione pro suis partibus, si habẽt fundum communem cum alio fratre clerico. cum hæc onera distribui possint per partes inter tributarios, non debet Respub. damnum pati, nos liberos, & immunes iudicãdo. Specula. de clericis coniuga. versi. Quid si clericus. Philip. Deci. in authẽ. cassa, & irrita. num.9 C. de sacrosan. eccl. & in l. si emancipati num.5. C. de collat. Couarru. lib. practi. quæstionum cap.34. col.5. reprobata opinione contraria Hippolyt. in singula. 180. Suadetur etiam. Nam quod laici delinquentes deberent conueniri coram ecclesiastico, esset eis dare priuilegiũ, quod non est dicendum, cum crimen alicui priuilegium dare non debeat. l.1. C. vbi Sena. vel clarissi. Præterea omnes loquuntur, quando causa est indiuidua, tunc socius gaudet priuilegio socij. Sic ergo ex prædictis tenendum est, quod si clericus, & laicus committant delictum simul, laicus erit remittendus ad suum iudicem secularem, clericus vero ad ecclesiasticum. Et est opinio in praxi cõmuniter admissa secundum Petr. Rebuff. in prooem. regiarũ consti. Galliæ. glos.5. num.117. & in authẽ. Habita priuileg.106. C. ne filius pro patre. Et quod prior opinio nũquã fuerit in practica, testatur Nicola. Boeri. in Consuet. Bituricensis. rubr. De iurisdi. §.9. col.fi. versi. Et vnum rogo nota. Et Couar. vbi suprà. Optimè per Aymo. Cranettã in cõsi.232. incip. Dominus Neuizanus. &c. lib.2. & respondet ad contraria. Et est. l.123. versi. *e si son clerigos*. in legibus Styli. Quod est notandum, vt in iudicij limine scias iurisdictionem defendere secularem, quæ plus nimio a iudicibus opprimitur ecclesiasticis.

Præterea inquirendum, Quæ dicatur causa criminalis de iure regio, cum iam de iure communi actũ fuerit in superioribus. Quibus addendus est Ioan. Rogerius de Mota in rubri. ff. de iudic. quã repetit. sub. l.1. eiusdem titu. fol. paruæ impressio. nu.15. versic. ad secundum. dum dicit glossa. Robert. Marant. in Specul. aduocat. 4. parte. de ordi. iudiciorum. dist.1. & quæ adnotauit Anton. Gomez in tracta. de delictis. cap.1. Et videtur dicendum iudicium criminale illud esse, in quo pœna mortis, vel trũcationis mẽbri, seu corporis afflictiua, relegationisque continetur. l.9. ti.4. part.3. dũ punit regulã hisce verbis. *Criminal pleyto, tãto quiere dezir, como accusamiento, o querella q̃ faze en juyzio vn ome contra otro sobre yerro, que dize que ha fecho, de que le*

que le puede venir muerte, o perdimiento de miẽbro, o otro escarmiento en su cuerpo, o echamiẽto de tierra. Et. l. 24. eod. tit. ibi *fueras ende en pleyto en que cayesse justicia de muerte de ome, o de perdimiento de miembro, o de otro escarmiẽto de tierra.* Et. l. 9. tit. 16 part. 3. ibi, *algũ mal fecho del, de q̃ pudiesse nascer muerte, o perdimiẽto de miẽbro, o echamiento de tierra, si le fuesse prouado* l. 12. tit. 5. part. 3. in vers. *mas sobre pleyto.* Et de istis causis criminalibus est intelligenda lex. 83. condita a Carolo Cæsare. V. Hispaniæq; olim Rege in conuentu de Madrid, anni. 1554. secundum Nunium Auendanium in dictio. legum Partitarum. fol. 11. col. 2. versic. criminal. dicentem etiã, quod apud Castellanos non intelligitur causa criminalis, in qua quis condemnatur in pœna pecuniaria fisco applicanda, Ratio quia non est de expressis in prædictis legibus, sed nec est de mero imperio. vt in. l. 15. tit. 4. part. 3.

Quo fit sentẽtia communis docto. in rubri. de iudi. secundum Areti. ibi. & Bart. & Alex. in additio. ad eum. in. l. Prætor ait. in prin. ff. de sepulc. viola. Panor. & Æneã. Falco. verb. fortiter. in rub. de iudi. Alexan. in consi. 66. incip. Viso processu causæ. col. 1. vers. Solum ergo. libr. 1. & cons. 82. colum. fina. num. 7. eod. lib. Lanfran. de Oriano in tract. De arbitris. 4. parte. num. 2. Robertus Marant. dicit verissimam & communem opinionem in Speculo aduoca. de ordine. iudiciorum in. 1. distinctio. nu. 2. pagina. 81. colum. 1. dicentium vnanimi consensu, quod quando pœna applicatur fisco, causa dicatur criminalis habere locum de iure communi ciuili & Canonico, non autem de iure nostri regni: quia non sufficit condẽnationem pecuniariam esse, nisi habeat qualitates, de quibus in legibus istius regni. Imo dicit Auendani. loco citato, quod ante rem judicatam dicetur causa super crimen: post iudicatã vero dicetur causa fiscalis, quia tunc solum de vtilitate fisci agitur, & ideo reus appellans a tali condemnatione pecuniaria, & non corporali, posset relaxari, fideiussoribus. Sed ista sententia mihi dubia est, tũ quia de iure communi secundum communem sententiam causa criminalis dicitur, quando pœna fisco in totum, aut in parte est applicanda. Quæ opinio communis a doctoribus in iure consistit. Id autem inducere, esset in correctioné iuris, quod longe est alienum a legum partitarum conditoribus. Item quia fieret præiudicium fisco, quod esse non debet. l. Prætor. §. si dicatur. ff. de iniur. & ibi notat Angel. Idem in. l. licet. §. actorem. ff. de procura. Et sic videmus, quod in debitis fiscalibus nullus eximitur ante solutionem a carceribus. l. 4. titu. 2. lib. 4. infra. Item prædicta lex. 83. de Madrid confirmat opinionem, inspecto proœmio, iuncta Cæsaris responsione, quod in causa descendenti ex delicto quanuis pecuniaria sit, pendente appellatione, reus non sit dandus sub fideiussoribus: sed condemnatio pecuniaria, quæ applicatur fisco descendit ex causa delicti, vt quia fecit aliquid, vel non fecit quod erat a iure prohibitum, nempe quia conduxit reditus alicuius sacerdotij. vel emit triticum, & postea reuendit, vel vendidit vltra pretium taxatum sanctione Regia, vel huiusmodi, pœna contrafacienti descendit ex legum transgresione, quod crimen esse nullus ilubitare poterit. ergo. &c. Ideoq; leges partitæ non loquũtur in hoc casu, nec in similibus, sed gratia frequentioris vsus verba fecerunt in illis casibus, quæ pœnam capitalem, vel similem, quemadmodum est relegatio, non tamen excluserũt alia crimina, quæ vindictam pecuniariam fisco inferendã induxerunt. nam iura iuribus concordari debent. cap. cũ expediat. de elect. lib. 6.

Tandem scire oportet. Quod dicatur iudicium summarium? Dicendum est, quod illud dicitur, quod summariè tractatur, non præcedente libello, nec litis contestatione, cum alijs solẽnitatibus, de quibus in. l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iudi. & in. l. 1. & in authen. offeratur. C. de lit. contest. glos. in sum. 2. q. 1. glo. in cap. de causis. verb. consensu. de offi. delega. Præposi. Alexandri. in cap. dilecto. col. 11. num. 27. de appellat. & ibi Philipp. Franc. latè agit de nullitatibus. Dicitur ergo summarium, quando Princeps committit simpliciter causam, & de plano, sine strepitu & figura iudicij. vt in Cle. 2. de iudi. & in Cle. Sæpe. de verb. signifi. Bart. in extrauag. Ad reprimẽdum. vbi est similis clausula. quomod. in cri. læsæ maiest. procedatur. Bald. in. l. iudices. num. 6. C. de iud. Bertachi. in reperto. §. clausula summariæ. Card. in dicta. Cle. Dispendiosam. quæst. 38. num. 40. Hippolyt. singula. 102. incipit. Clausula summariæ. Georgi. Nat. in repet. dict. Clement. Sæpe. & ibi Lanfranch. ab Oriano. Io. Petrus a Ferrari. in sua practi. informa libelli in actione reali. §. ad euidentiã. versi. Nono quæritur. nu. 17. Cels. in tractatu clausularum. fol. 14. verb. summariè. Archiep. Floren. 3. part. titu. 9. cap. 15. vbi late declarat prædictam clausulam. Robert. Marant. de ordine iudicio. 4. part. distinct. 9. nu. 2. qui pulchrè loquitur. Obseruandum tamen est illud, quod ibi docet, nullum alium præter Principem non recognoscentem superiorem causam committere posse cum tali clausula, simpliciter, &c. glo. fin. in. c. statuta. de hære. lib. 6. & ibi Franch. num. 2. singul. secundum Lanfran. in repe. Cle. Sæpe. in prin. nume. 3. de verb. signi. vbi est alia glo. simi. verb. mandamus. Panor. in. c. dilecti. col. 3. nu. 5. & ibi additio. de iudi. gl. in ca. indemnitatibus. verbo, sine strepitu. de elect. lib. 6. Robert. Marant. vbi supra. nume. 3. Francis.

Auiles in capitibus Prætorum.cap.36.verb. summarias.nume.5.Paul.Parisius.consi.118.nume.11. col.1 lib.1.Constat.Nam ordo iuris est inductus per supremum Principem, qui potest in totum. vel in partem remouere tale ius positiuum. c. pro posuit.de cõcess.præbend.l.digna vox.C. de legi. Innocen.in cap.cum ad monasteriũ. de statu monacho.nec inferior potest tollere legem superioris.Cle.Ne Romani.de electio.Facit text.in cap. quod dilectio. de consangui. & affini. & Specula.titu.De legato.§.nunc ostendendum.versic.75. nu.48.vbi habetur etiã legatum de latere non posse dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis a iure prohibitis.Couar.in Epitom.quarti Decretali.2.part.cap.6.§.10.nu. 11. versi. nullus autem.

Ex quo deducitur ratio non leuis decidendi ad leges regni, quæ volunt, quod in aliquibus casibus procedatur summarie, simpliciter, & de plano.&c.vt in causa gabellarũ.l.19.titu.2.infra hoc libro.3.l.122.in quaterno gabellarum. Item summaria causa est illa, quæ non excedit. 400. teruncios, seu marauedis.l.60.condita in oppido de Madrid.an.1534. quæ iuris communis vtitur fundamento, cum summaria causa dicatur breuis, & modicæ summæ.text. in authen. nisi breuiores. vbi Bar.& Bald.C.de sent.ex breuicu.recitand.gloss. in authen.vt iudi.sine quoquo suffragi.§. necessitatem.in verb.non scripto.colla. 2. & in authent. de manda.princip.§.sit tibi quoque. iuncta gloss. verb.breuiores.colũ.3.Breuis, seu summaria causa dicitur, quæ non excedit duos aureos.l. si oleũ. §.fin.cum leg.sequenti.ff.de dol.& glos.in dict.§. sit tibi quoque.Item dicitur causa breuis, quando est talis, in qua plus expenderetur in sportulis, quam sit valor causæ.Bart.in.l. mediterraneæ. C. de an.& tributis.lib.10.Felin.in cap. nõnulli. col. 1.de rescrip.ne laboribus, & expensis in re modica quis grauetur, erit merito causa summarie tractanda.argu.text.in cap.fin.en litibus. de dol. & contu.Adde Francis.Nico.in repe. cap. quoniam contra. notab. 3. de probatio. Quæ autem dicatur modica causa, est relictum iudicis arbitrio, secundum Bart.in.l. sed & si susceperit.§.1.ff.de iudic.& in.l diuus.ff.de bon.dãna.Bald.in.l. 2. col. 3.C.de pedan.iudi.Felin.in.c.in causis.col. 3. nu. 2.de testib.expressius Bart.in.l. admonendi. nu. 54.versi.sed aduerte.ff.de iuriiur. quem sequitur ibi Iasõ.nu.172.in rep.& Ioã.Coras.nu. 51. Curti. iunior.num.67.qui hãc firmat communem opi. Ripa.lib.1.respon.cap.1.nume. 56. Robert. Marant.de ordi.iudicio.4.part.9.distinct.nu.73. glo. in.l.sed & si susceperit.§.1.verb.modica. ff. de iudic.glos.in cap.fin.de iudi.lib.6. cap. de causis.de offi.de lega. Ex qua doctrina colligere poteris. quando est deferendum iuramentum in supplementum probationis: nam inter aliquos causa magna diceretur duorum aureorum, & inter alios, attenta qualitate personarum, causa mille duplarum esset parua. secundum Bart. loco proximè adducto.& quantitas parua dicitur ad decẽ castellanos vsque. l.2.& ibi.Gregor.Lopez.verb. *diez marauedis*.tit.2.part.3.

Quamuis autem causa sit summaria, debet fieri petitio, quæ debet poni in actis: & licet non solẽnis, quemadmodum in plenarijs, tamẽ qualis qualis sufficit petitio, cum ex petitione debeat formari sententia.Card.in Clemen.Sæpe. §. non sic. versi. Octauo nota.nu.3.de verb. signi. Bal. in authen.offeratur.nu.5.C.de litis contest.& videtur text.in dict.l. 60. in conuentu de Madrid condita anno.1534.per quã declaratur capitul.36. in capitibus Prætorum. quod est in volu.pragm. regum catholicorum.ibi, dum requirit in causis summarijs, quod petitio detur in scriptis. scilicet vltra. 400.marauetinos.

Est quæstio quotidiana, Vtrùm in causis summarijs vnus testis, vel fama inducat plenam probatiõnẽ? Bart. in. l.2.§. sin vero post num.1.C. vbi in rem acti.& in.l.1.C. quorum bonorum. Matthes.in suis sing.notabi.2.Hippoly.in singu.433. incip.Trita est.vbi dicunt sufficere, nec necessarium esse iuramẽtum in supplementum probationis in causis summarijs, & parui præiudicij. Ias. in rep.l.admonendi.col.90.num. 187. ff. de iure iurand.vers.Decimo prædicta regula. vbi ponit plures casus, in quibus testimonium vnius testis plenam probationem inducit.post Specul.tit. de testib.§.restat.vbi scripsit, 30 casus.quos videas.

Item causa alimentorũ est summaria, ne durante lite ordinaria petens detrimentũ patiatur. Tamen præstatio alimentorum filio, vxori vel huiusmodi personis facta, non nocebit causæ principali.leg. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie.iur. & ibi Pet.de Bellapertica in sua reper. Alberi. in l.fina.ff.de appel. recip. vbi dicit quod sententia alimentorũ non sit principalis, sed incidens. tunc alimenta sunt præstanda, & non appellatur. Rebuff.in constitu.Galli.rub. De sententijs prouisio.arti.1.glo.2.num.34. Quod est in practica notandum, quia quotidie tractatur in iudicijs. l. 7. tit. 19. part.4.ibi, *el juez de aquel lugar de su officio deue saber llanamente, e sin alongamiento no guardãdo la forma del juyzio q̃ deue ser guardada en los otros pleytos.* Summaria etenim causa est illa, in qua agitur de præstandis alimentis. Quæ suadetur, quoniam expeditur de plano, & etiam diebus feriatis. l. 2. ibi, alimenta constituerent.ff.de fer.l.35 titul. 2. partit.3.Alexand.in addi.ad.Bar. in.l. si quis a liberis.§.si quis ex his.ff.de lib. agnoscend. Bald in

l.si quis in suo, num.5.C. de inoffi.testamen. vbi dicit, quod causa alimentorum, est summaria: non sic in causa legitimæ, quia non est summaria, non obstante, quod legitima succedat loco alimentorum, quod est menti tenendum, secundũ Bald.ibi.

¶ *Ley.I. Que los señores de los lugares no estoruen que vayã los pleytos ante el Rey, ni impidan la jurisdiction Real.*

¶ El Rey don Alonso en Leon.

¶ El Rey don Enrique. II. en Toro.

¶ El Rey don Iuan.II. en Valladolid y en Guadalajara.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley. 1. tit.1.lib.4. Recopil. y vease la ley. 2. del mismo tit. y lib. adonde se confirma el versi.fin. desta ley.*

IVrisdiciõ [a] suprema ciuil, e criminal pertenesce a nos, fundada por derecho comun en todas las ciudades, villas, e lugares de nuestros reynos o señorios. Y por esto mandamos, que en la jurisdiciõ suprema que nos tenemos en defecto de los nuestros juezes inferiores ningunos ni algunos de los señores que tienen, o tuuieren ciudades, villas, o lugares en los dichos nuestros reynos, e señorios, seã osados de im

Intelligenda est hæc nostra assertio, quod iudicium illud in causa alimentorum sit summarium eo in casu, quãdo agitur de alimẽtis præsentibus, vel futuris, non tamen quando quæstio est de præteritis, quia isto vltimo casu non est iudicium summarium. Bald. in. lege prima.col.2. versi. Quæro nũquid.C.de fideicom. Item idem est obseruandum, si alimenta debeãtur ex contractu. Bald.in.l.non nunquam.col.1.lectu.2.ff.de iudicijs. Item intellige postquam summariè cõstat in iudicio, quod petens alimẽta erat habitus pro filio, vel vxore illius, cui petũtur, nõ aliàs. dicta regia.l.7.&.l.3.tit.8.lib.3.for.legum. interimq; erunt expensæ causæ principalis ministrandæ a patre, seu a marito, vel monasterio, filio, vxori, vel monacho agentibus contra alterutrum eorum.c.ex parte.de accusa.Rota antiqua.decisio.798.Panor.Areti. & Feli.in dict.c.ex parte.Io.Lup.in repeti.rub.§.39.incipiẽ.Ampliabis octauo.ꝙ donat.inter vi.& vxo.

Dubitari potest. Quæ alimenta sint istis personis assignãda? Dic quod alimẽtorũ taxatio, & moderatio faciẽda est secũdũ quãtitatẽ bonorum disponẽtis. Doctor Couar.in Epithome.4.Decreta.2.parte.c.8.§.6.nu.7.ibiq.tractat.quibus personis & a quibus alimenta debeãtur. Paul. Parisi. consi.98.col.fi.n.28.li.2.Corne.consi.128.incip. Circa hãc cõsultationẽ.col.3.nu.9.li.3. Et victus est dãdus secundũ etiã qualitatem personarum. glo. singula.in ca.episcop⁹ verb.victu.10. q.2. cui est ad dẽd.Chassan.in cõsue.Burgũdię.rub.6.§.4. verb. vestir & habiller.numero.1.l.16.&.l.40.titul.16.part.6.& glo.in.l.seruis vrbanis, verb. cibatijs. ff. de lega.3. quod rusticus non vescitur nisi cepis, caseo, & fabis. Itẽ rusticus nõ debet incedere eques. glo. not. in.l. idemq; §. idẽ Labeo ait.verbo. cum oportere. ff. manda. Ex qua ibi Bald. infert, quod nõ debent eis refici expẽsæ vecturarũ. Et ꝙ est ar. pro quæstione rustici producti in testem, qui noluit venire nisi eques, ꝙ cogatur venire pedes: quia equitare suæ nõ competit cõditioni. Et ibi ad Bal. vide additionẽ. De alimentis autẽ vxori, filio, vel certis alijs personis præstandis, vide per Guid.Pap. decis.439. incip. An vir teneatur. Quid autem appellatione alimentorum veniat, est.l.victus. ff. de verb. signifi. Chassanæ.loco supra proximè citato bene loquitur verb.& alimẽter.Bonifac.in peregrin.verb.alimẽta.Petr⁹ Rebuff.in cõsti.regijs Galliæ. 1. partit.tract.de sent.prouisio.ar.1.glo.2.num.1.

Itẽ est summariũ iudiciũ, quod cõpetit hæredi scripto ad cõsequẽdã hæreditatẽ ex remedio.l. fi. C. de edi. diui. Adriã.& concl.l.2.tit.14. part.6. De quo latius dicemus in.l.1.tit.2.lib.5.infrà.

Item executiuum remedium, quo quis iudicis præcepto virtute instrumenti publici cõpellitur soluere debitum in eo contentum, est summarium. l.4.&.l.5.titu.8.infra isto libr.3.vbi latiùs de eius intellectu & materia agam, & de alijs iudicijs, in quibus summarie procedendum est. Quoniam iurisdictio est fundamentum iudicij, ideo de ea agit rex Catholicus in.l.1.istius tituli.ad cuius cõmentum his præhabitis me conuerto.

¶ *Lex.I.*

a ¶ *Iurisdicion.* Super hoc verbo, Iurisdictio, aliqua sunt

sunt prænotanda. Et in primis Quæro, quid sit iurisdictio? Conclusiue respondendum est cum gl. in.l.1.verb.potest.ff.de iurisd.om.iudic.q̃ est quędā potestas, de iure publico introducta, cū necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ. Ita etiā descripsit Azo.in summa.C.de iur.om.iudi. Cyn. in.l.imperium.col.5.num.8.versi.si autem quæritur.ff.eo.titulo.Bart.& cōmunis in dict.l.1. ff. de iur.om.iudi. Et quamuis multa opponātur per docto.tamen ista est vera & realis definitio secundum Paul.Orianum in rep.rub. ff. de offi. eius cui mand est iurisdi.colum.4.nu.9. Et Paul. de Cast. in.l.1.num.2.eo.tit.Chassanæ.in consuetudi.Burgundiæ.rub.1.in prin.col.3.num.18. vers. iurisdictio enim.Fabian.de Monte.in tracta.de emptio. & vendi.quæst.4.prin.num.11. Et dicit communem Alciat.in cap.quod sedem.num.34. de offic. ordina. Doctissimus Doctor.Ioan.Orosci. probitatis & eruditionis rarissimum exemplū in dict. l. 1.ff.de iurisdi.om.iudi.nu.37. Augusti. Beroi. in rub.de consti.num.52. Communem contra communem in hoc vi, per eund.Io.Orosci.in.l.imperium.nu.70.de iur.om.iud.

Secundò, Quæro, Vtrum iurisdictio temporalis sit in rege Castellæ? Dicendum est quod sic. Iurisdictio enim omnis in principe Romano est & ab illo reliquis Magistratibus communicatur. Et omnis iurisdictio ita est in Imperatore, vt ne minima iurisdictio conferri possit, nisi authoritate principis mediata, vt docet Bald.in cap.1. §. iudices vero.de pace iur.fir.Alex.in consil. 24. incip. Ponderatis his quæ in themate narrantur. col. 1. lib.5. Et Francis. Curt.iunior.consil.65.nu.2. Anto.Rube.con.77.colum.1.&.2. Thom.Gramma. voto.28.num. 11. Claudi. Cantiuncula in libr.2. de offi.iudi.cap.3.& numer.3. Et etiam tenet Bal. in titulo. De pace Constantiæ.nu.23. Paul. Parisi. vbi alios recenset, qui hanc sententiam probant in consi.1.num.12.lib. 2. iurisdictionem omnem primum penes populū fuisse, ac deinde ab eo ad principē translatā.l.1.ff.de consti. princip. Alex. Ias.& Paul.Orian.in.l.1.nume.31.ff.de offic.eius cui mand.est iurisdict. Ergo quemadmodum penes populum erat, fuit, & est apud regem Hispaniæ nullum recognoscentem superiorem in temporalibus, vt suprà dictum fuit in proœmi. quæstion. quæst. 3. eamque iurisdictionem supremam, mediam, & infimam apud Regem Castellæ tam ciuilem, quàm criminalem esse, & ab eo tanquam a principio fundantur cæteri habentes illam in nostro regno. & hic probatur. & in.l.4. tit. 1.lib. 2.supra.l.18.titul.4.par.3.&.l.18.titu.23.eadem.3.part. Couarru.in lib.practi.quæstio. capit. 1.nu.9. Late.Nuni. Auendani, de mandatis regū cap. 1. ex quo plura deducenda sunt ad hunc locum, quæ omittenda censui, quoniam ibi scripta optime & late sunt.

Quæritur tertio, Iurisdictio quot modis capiatur? Dic quod potest capi vt genus. Item & vt species differens ab ipso genere. Primo casu quando capitur vt genus, continet sub se & merum & mixtum imperium, & simplicem iurisdictionem, vti species ipsius iurisdictionis in genere sumptæ. gl. in verb.iurisdictione.in authent. de defen. ciui. §. iusiurandi.Bart.& Docto.in.leg.prima.& in.l. imperium.ff.de iurisdi.om.iudi.Bald.in capitul. 1. §. ad hæc.column.secunda.in titul. de pace iuram. præstan.Paul.Paris.consilio nono.columna.secūda lib.1. Augustin.Beroi.in capitul. licet causam. numero. 2. de probatio. vbi alios refert. Corne. cons.270.col.2.nume.9.lib.1.vbi ponit quot sint species iurisdictionis.

Secundo casu, quando capitur in specie terminus, iurisdictio, continet simplicem iurisdictionem differētē a mero & mixto imperio. vt probat tex. in.d.l.imperiū.ad fin.Paul.Paris.vbi supra. Nec incōuenit, quòd idē nomē & terminus capiatur quādoq; vt genus, quandoq; vt species, nam in simili hoc habetur.in.l.1. ff.de adoptioni.

In dubium succedit quarto loco. Vtrùm cōcessa iurisdictione omnimoda, cēseatur in totū concessum merum, & mixtum imperiū? Ioan. Andr. in addi.ad Specu.tit.de iurisd. om. iudi. Roma. in l.si duo.ff.de acqui.hære.Felin.in capit. quod sedem col.fin.in cap. graue. de offic. ordi. quos sequitur Paul.parisi.cons.9.col.2.lib.1. tenēt quod sic. Confirmatur etiam si nō fuisset posita dictio, omnimoda.nam iurisdictio est genus ad imperium & iurisdictionē.l.imperium.ff.de iu.om.iudi. Sed posito genere, ponuntur & eius species. l. si chorus.ff.de lega.3. Posita ergo iurisdictione simpliciter, ponitur merum & mixtum imperium, & iurisdictio in specie. Nec obstat, si quis velit dicere, quod iurisdictio est intelligēda prout est species. Quia responsio facilis est. Nam dico, quod potius debet intelligi in genere, cum analogum per se positum, stet pro digniori significato.l.1.§.qui in perpetuum.ff.si ager vel emphy. peta. igitur & in casu proposito, Faciunt quæ scribit Barth. Chassanæ.in consuetu.Burg.fol.13.col.1.versic.contrariam partem.

Ex quo infertur quòd ex concessione simpliciter facta alicui de aliquo oppido, seu ciuitate, censetur illi concessa iurisdictio actiua, vti post Bartol.probare contendit Augusti.Beroi in capitul.licet causam.colum.quinta.num.12. de proba. Roderic. Suarez alegat 0.6. versic. hinc est.citat Petrum ab Anchar.in regula.Accessorium. de regul.iur.libro.sexto. textus in leg.prima. §. cum vrbem.ff.de offic. præfect. vrbani vbi legislator committit

commisit vrbem præfecto Prætorio simpliciter, mentionem de territorio vllam minime faciens, tamen lex arguit, quòd territorium eidem præfecto videtur esse commissum, & sic, tãquam accessoriũ sequitur principale. l. si vt certo. §. vsque adeò. ff. commoda. Bald. vbi vide in cap. 1. de capita. qui curi. vendi. col. 3. nu. 5. cum. 2. sequen. Ex quo poteris quodlibeticè hanc quæstionem tractare per plura fundamenta ad vtranque partem inibi per eum adducta. Bart. in. l. 2. ff. de verb. sign. vult, q̃ si princeps concedit alicui ciuitatem, cẽsetur concedere cum omni sua iurisdictione. Sebastia. Sapia in rep. l. imperium. nume. 26. ff. de iur. om. iudic. reputat notandam Bart. decisionem.

His etiam quinto loco est quæstio, Princeps cõcessit iurisdictionẽ in aliquo castro, oppido, seu villa, quæ tempore concessionis habebat quingẽtos vicinos: deinde aucta est ad mille vsque, An in nouos incolas, & in eiusdem villæ, seu oppidi augmentum iurisdictio exerceri possit? Bald. in. l. cum fundus. de legat. 2. in terminis huius dubij tenet, quod si Imperator exemit castrum à sua ditione, & illud posteà crescat, efficiaturque ciuitas, quod totum hoc sit exemptum. Quem ibi sequitur Cuman. & *Marti.* Laudens. de Castellanis. conclu. 32. Albert. Brun. in tract. de augmento & diminu. conclus. 6. Couar. nunc. Archiepiscopus nouissimè in lib. practi. quæstio. cap. 2. ibique facit quasdam cõclusiones. Quorum opinio suadetur. Nam quando respectu alicuius indiuidui, vt oppidi, villæ, seu castri, quod esset concessum modo prædicto, est credendum principem ad omnia contenta sub illo indiuiduo concessionem suam locum habuisse. l. peculium. in prin. ff. de legat. 2. l. quod in rerum. §. 2. & l. grege legato. ff. de legat. 1. si tamen excederet terminos sui indiuidui, vt quia titulo emptionis, aliaue causa ampliatum fuit suum territorium, in qua adiectione iurisdictio erat Regis, vel concedentis, non debet extendi ad augmentum. Quia limitata causa, limitatum producit effectum. l. non modus. & ibi Bald. C. de serui. l. in agris. cũ simili. ff. de acqui. re. domi.

Præterea & sexto dubitatur, Vtrum iurisdictio sit in Rege Castellæ, cum non recognoscat superiorem in temporalibus, vel in Papa? Et est dicendum quod est in Rege. Et est communis secundùm Bermondum Chouer in commentarijs de publicis concubinarijs, pagin. 381. versi. breuiter opinio. vbi adducit in simili pro rege Franciæ viginti fundamenta, & respõdet ad alia viginti priori loco negatiuè inducta contra Regem. In quo dubio distingue vt ibi per eum, habita semper censura sanctæ Romanæ ecclesiæ, sub cuius correptione id refero. Et Andræ. ab Exea plures refert authores de hac re agentes in cap. 1. num. 291. versi. Et quia argumentum Inno. vbi vide Barba. col. 9. de consti. tenendo, quòd Papa est superior in temporalibus & spiritualibus secundum communem opinionem, quæ priori videtur contraria. Quam ita dixit Areti. consi. 58. colum. 2. & refert Andre. ab Exea vbi suprà. num. 204. Nauar. in cap. nouit. de iudi. 3. notab. Couarru. regul. peccatum. 2. par. §. 9. nu. 7. de regul. iur. lib. 6. Quibus in locis optimè agere videntur in hac sententia & duæ cõmunes contrariæ. pagella. 144. Accipiendũ est, quod quo ad spiritualia habeat in actu. vt post alios videre licet per fratrẽ Frãcis. a Victoria in libro. nũc primum in lucem edito. de potestate ecclesiæ. In habitu tamen habet iurisdictionem temporalem & princeps exercitam. Et sic quo ad temporalia debet habere gladium in vagina, præterquam incertis casibus a iure expressis. Et sic hæ duæ cõmunes opiniones contrariæ concordari possunt licet opinio legistarum probetur per legem primã titulo primo partita secunda. & legẽ septimã & legem vigesimamquintam. titulo tertio libro primo supra, & eã sequitur Minchac. libro tertio §. vigesimosecundo numer. septuagesimo primo desuc. creatio. Adde Iacob. Septimacens. Episcopum Ciuitatensem meritissimum de instnu. catholicis capitulo quadragesimo quarto numero vigesimo primo dicẽtẽ iurisdictionẽ ciuilẽ esse in rege & non in Papa. vide ipsum. & intellige vt supra in mea concordia & omnis iurisdictio ceu in fonte residet in Papa, & in episcopos, & alios ab eo immediatè deriuatur fluit & refluit. Sanctus Thom. quarto cõtra gent. capitulo septuagesimo sexto & in quarto sententiarum distinctione vigesima. quæstione quarta articulo tertio ad tertium. Erue. libro de potestate Papæ. EKius. de sacramento ordinis homi. quinquagesima secunda Turre Cremata de potestate Ecclesiæ libro secundo capitulo quinquagesimo secundo, vsque ad sexagesimum quartum. Soto in quarto sententiarum distinctione vigesima quæstione prima articulo secundo cum duobus sequentibus: probat Franciscus Vargas optime in libro de Episco. iurisdictione confirmat sextò. & septimo à pagina septuagesima quarta cum sequenti ideoque ab omnibus Episcopis, & prelatis ecclesiasticis appellatur ad Papã. Sicut à temporalibus ad regem vt ibi habetur in confirm. 9.

Septimo dubitatur, Quotuplex sit iurisdictio. Dic quod duplex, ordinaria, & delegata. Bartolus in legem imperium in fine. ff. de iurisdictione omnium iudicum. cum quo est communis sententia scribentium secundum Paulum de Orian. in repe. rubr. ff. de offi. eius cui mand. est iur. nu. 9. Aliam distinctionem, quam videas, ponit Bald. in. l. 2. C. de emancip. lib.

Octauo,

Octauo, Quo iure iurisdictio fuit inuenta? Dicendum est, quod de iure gentium: sed distinctiones iurisdictionis, & magistratuum per ius ciuile factas fuisse autumant. Ita eleganter explicat Ias. in l. ex hoc iure. columna secunda. ff. de iustitia & iure.

Nono potest indubium reuocari. In quo differat ab officio? Magistraliter docet Bar. in l. prima. ff. de iurisd. om. iudic. colu. 2. n. 9. Barbati. in rub. de offi. delega. nam in multis differunt, vt ipsi declarant.

Decimo succedit quæstio, Vtrum concessa iurisdictione simpliciter, veniat ordinaria, & delegata? Quod vtraque veniat, tenet Alexand. in rub. ff. de iur. omni. iudic. quē sequitur & intelligit Paul. Orian. in rubrica. ff. de officio. eius cui mand. est iur. hunc vide pro vtraque parte tam affirmatiua, quam negatiua. in numero decimo. & vndecimo & est communis opinio secundum Lud. Gomes. in capitulo primo. numero. 67. de rescriptis. libro sexto. Sed vt melius capere possis, adduco in medium conclusiones sequentes, quarum prima sit conclusio.

Si lex, vel statutum loquitur per genitiuum faciendo mentionem de iurisdictione, tunc appellatione iurisdictionis non venit delegata: quia genitiuus importat proprietatem. l. secunda. §. primo. ff. de religio. & sump. fune. notat Alexand. in rubrica. ff. noui opere. Quæ tamen conclusio intelligenda est cum modificatione aliqua. Prima, vt procedat, nisi ratio subiectæ materiæ contrarium suadeat. vt constat in rubrica. ff. &. C. de iurisdi. omni. iudi. Facit in argumentum. l. si vno. & ibi glo. ff. locat.

Secundo modificari debet conclusio, vt procedat, nisi ponatur dictio (omnis) vel (omnimoda) nam tunc comprehenditur & delegata. vt patet in dicta rub. de iurisdi. om. iudi. Comprobatur ex Bart. sententia. in l. serui electione. §. fin. ff. de leg. 2. vbi dicit, quod licet alias qui legat domum communem, videtur tantum legare partem suam, vt ibi, tamen si dicit omnem, vel totam, comprehenditur etiam pars alterius. Suadetur etiā per glos. in clementina prima. in verb. omnimoda. de foro competente. nota. secundum Gaspar. Vallas. in l. imperium. numero. 272. ff. de iur. om. iu. vbi firmat hanc conclusionem, qui ita eam intelligit. Alexand. in. rubrica. ff. de iurisd. omni. iudi. numero primo. vbi omnino vide addi. Thomæ Diplo. litera. B. in verb. hæc glossa. Idem Alexan. in. l. ait Prætor. ff. de re iudi. Et ab opinione Alexan. non est recedendum secundum Alciat. in dicto capitulo. quod sedem numero. 51. Licet Anto. de But. in capitulo. sua nobis. de offic. vicar. & Iason. in dict. rub. de iurisd. om. iudi. affirmare contendant contrariam sententiam. Sed in oppositum Alexandri est text. in capitulo. in literis. de offi. delega. ibi, eius iurisdictio. & capitulo fin. eod. titulo. ibi, istorum iurisdictio. & vtrobique adnotauit Panormitan. Iason. in l. ait Prætor. columna secunda. ff. de re iudi. vbi in istis duobus iuribus est genitiuus, vt retuli, & tamen non important proprietatem quia proprietas iurisdictionis non est penes delegatum. l. & si Prætor. ff. de officio. eius cui mand. est iurisdict. l. solet. ff. de iur. omni iudi. Ergo contra Alexan. & sequaces. est etiam text. in capitul. quærenti. de offi. delega. ibi, eius iurisdi. & ipsa rubri. de offic. delegat, quæ per genitiuum loquitur. Sed hæc iura procedunt ratione subiectæ materię vt fatetur Alexan. in dict. l. ait Prætor. & in allega. rub. alias secus. Et Vallasc. in citata. l. imperiū adducens Bartol. in. l. prima. §. si potestatis. ff. de pecul. vbi expresse dicit, quod ratione subiectæ materiæ genitiuus verificatur ratione vsus tātum & possessionis, vt ibi per eum.

Secunda conclusio sit. Si lex, vel statutum facit mentionem de habente iurisdictionem, venit etiam iurisdictio delegata: quia verbum, habere, continet amplam significationem. l. habere. ff. de verbor. obliga. &. l. stipulatio ista. ff. eo tit. de verbor. & firmat Bar. in dict. l. prima. §. potestatis. & Alexand. vbi supra.

Tertia conclusio. Si lex, vel statutum loquitur de habente propriam iurisdictionem, non venit delegata, quæ non est propria. l. 1. §. qui mandatā ff. de offi. eius cui mand. est iurisdict. l. & quia. ff. de iurisd. om. iudic. Iurisdictio. enim delegata stricta est, ordinaria vero larga, & fauorabilis. c. cum dilectus. de arbit. capit. pe. & gloss. de offic. delega. AEgid. Bellamera in cap. cum nobis. numer. 4. de arbi. glo. notanda in ca. 1. verb. processus. de rescrip. libr. 6. Hippoly. singul. 296.

Quarta conclusio. Si lex, vel statutum facit mentionem simpliciter de iurisdictione in materia fauorabili, comprehenditur etiā delegata. vt in. d. §. qui mandatā. &. c. quærenti. In materia vero odiosa nō comprehenditur. Ita intelligitur dictum Innocen. in. c. sua. de offi. vicar. secutum a Ias. in. l. ait Prætor. nu. 7. ff. de re iudi. Et est ista assertio quarta de mente Alex. in. d. ait Prætor. Contra hanc conclusionē Alex. & moderno. facit primo: quia in statutis verba in dubio debent capi proprie. l. 3. ff. de nego. gest. iurisdictio autem delegata non est proprie iurisdictio, vt supra dictum est. ergo. &c. Item verba debent accipi in potentiori significato. l. fideicommissum. ff. de condi. & demonst. l. 1. §. qui in perpetuū. ff. si ager vectig. vel emphypeta. His accedit: quia in dubio verba debent intelligi de actu perpetuo, & sic de ordinaria iurisdictione, non de temporali, & sic de delegata. vt per

Bart.in.l.siquis adulterium.§.fin. ff.de adulter.& in.l.seruus.C. de pœn.

Item verba debent intelligi iure ordinario, non extraordinario.l.Scio.§.medio.ff.de annu. legat. notat Andræ.Sicul.in capitul.valentes. de offici. lega. Decius. in capitul. inter cætera, columna tertia. de appell.

pedir ni estoruar en los dichos lugares de señorio, a los que apelaren para ante nos [a], o para ante nr̃a chancilleria, ni a los agrauiados que se vinierẽ a quexar ante nos, ni a los pleytos de los huerfanos† y biudas†

Præterea est glo. communiter recepta in.l.qui iurisdictioni.ff.de iur.om.iudi.vbi nomine iurisdictionis simpliciter intelligitur de ordinaria.

† Huerfanos est enim græca dictio ab Hispanis vsurpata, & eum significat, qui caret patre Lauren. Valla. lib.4 elegã.ca. 33.& declarat episcopus Segou. Couarru. in prac. quęsti. 16.c. 6.nu.2.

† Biudas Adde Cou. omnino in practi. q. c.7.&in. c.6,nu.2

His etiam accedit: quia in dubio causa naturalis potius attendi debet, quam accidentalis.l. fina.C. de his qui ven.æta. impetra.l.qui habent. ff.de tutel.Bart.in.l.fin. ff. de offici. proconsul.& in.l.si quis posthumos.ff.de lib.& posthum. Sed iurisdictio delegati est accidentalis, ordinaria vero naturalis, vt tenet Barb.in cap.sciscitatus.nume.47. de resc.& Ludo.Gomes. in dict.capit.1.nu.69.de resc.lib.6. Ergo in dubio appellatione iurisdictionis venit ordinaria. Conclusionem tamen communem, quod appellatione iurisdictionis in materia proportionabili veniat etiam delegata, indistincte, non obstantibus prædictis argumentis, tenendã esse, præter omnes defendit Sebasti.Sap. in rep.rub.nu.2.ff.de iurisdi.omni.iudi.quam probat quibusdam fundamentis. Et primo per regulã quod dispositio generalis comprehendit omnes casus, etiã quod in vno sit maior ratio, quã in alio. l.1.§. q autẽ. ff. de aleato. etiã in materia odiosa. l. in fraudẽ.§.si.ff.de milita.testa. Secũdo, quia aut volumus dicere, quod iurisdictio delegata non sit species distincta ab ordinaria, vt dicit Bar.in. l.imperium.ff.de iur.om.iudi.& tunc appellatione iurisdictionis de necessitate etiã venit delegata: quia ordinaria cõprehendit delegatã. Hoc suadetur in simili per gl.in.c. ordinarij.& ibi notat Domi. de offi.ordi. Feli.in.c.post cessionẽ, de appell. vbi appellatione ordinarij, non solum veniunt episcopi, sed & vicarij, qui possunt exercere ordinariam. Ita etiam in iurisdictione. Aut volumus firmare quod iurisdictio delegata est species distincta (hoc est falsum: cum delegatus non suo iure, sed delegantis vice vtitur: l. prima.§. 1. de offici. eius cui mand.est iu.) ab ordinaria: & tunc dico, quod venit etiam delegata, quia est proprie iurisdictio. nam omnis species est proprie suum genus l.secunda, C.de iure aur.annulo. Nec obstat si dixeris, quod illud non dicitur proprium, quod dicitur cum adiuncto.l. Lucius. §.quæsitum.& ibi Bart.ff.de legat.3. Quia respondeo, quod illa regula non procedit, quando adiunctum apponitur ad ostendendam potentiam terminorũ. Bal. & Paul. in.l.1.C.de successo.edict.& vult Bar.in.l.Gallus. §. instituens, ff. de liber.& posthu. Præterea dato, q iurisdictio delegata veniat largo modo, tunc succedit regula, quod etiam in exorbitantibonum est argumentum de stricta significatione vocabuli ad latam.text.in.l. filium.ff.ad Macedoni.& tex.in.l.cum lege.& ibi notat Are. ff.de testamen. Non obstant quæ supra adduximus, quod verba debent intelligi in potentiori significato. Quia respondeo, quod potentius significatum huius verbi, iurisdictio, est comprehendere vtranque iurisdictionem.ex notat.per Felin.in rubr.de præsc.secundum Curti.& Sapiam in dict. rub.de iurisdi. om. iudi. ff. Et secundum eos aduertendum est, quod illud procedit in materia, in qua verba possunt impropriari, vt in libello.l.sed & si possessori.§.si iurauero.ff.de iureiur. Et istam solutionem sensit Bartol.in.l.si mater.§. eandem. ff.de excep.rei iudica. Vel aliter respondendum censeo ad illum text. adductum in contrarium. quod procedit quantum ad excludendam significationem impropriam. Ita declarat Socin. consil. vltim.partita tertia. Item non obstat quod dixi de regula illa, quod verba debẽt intelligi de actu perpetuo. Nam respondeo dupliciter. Primo, quod attenta ista ratione, sequeretur, quod appellatione iurisdictionis, non veniret simpliciter ordinaria, quia est etiam temporalis.vt nota.in. l. diem functo.ff.de offi.asses. Secundo respondeo, quod illa regula procedit in odium illius, in quem fit dispositio, alias secus. Ita voluit Barto. in locis præcita. Adducunt etiam contra istam conclusionem communem posteriores in dict.rub.ff.de iur.om. iudi.text.in.l.fin. C.vbi & apud quem. Sed considera, quod ille tex.circa fin. probat contrarium, dum vult, quod restitutio in integrum possit expediri etiam per delegatos. Vide Francis.Purp.in rub.de iur. om. iudic. vbi pluribus modis limitat hanc conclusionem, ex cuius limitationibus poterit tota ista materia, quæ vtilis pariter & difficilis est, resolui.

a ¶ *A los que appellarẽ para ante nos*. Cõcor.l.10.&.l. 14.&.l.15.tit.16.infra libr.3. Adde Guiller. Benedict.in reper.capi.Rainutius.verb. & vxorem.1& num.

num.24.de testam.Parid.de Puteo in tracta syndicatus.§.an Baro.fol.14.col.2.Ioã.Lup.in rep. cap.per vestras.§.sed est pulchra dubitatio.num. 27.fol.82.Ex quibus infertur, quod in concessione Castri, ducatus, aut Comitatus facta per supremum Principem cum omni imperio, etiam cum clausula, omni iure quod habet, nullo reseruato, non veniant nec transeant regalia, & alia reseruata regiæ maiestati in signum supremæ potestatis: sed solum ea, quæ possunt conuenire illi, cui fit cõcessio, seu cuilibet inferiori & domino particulari Castri. Nam duplex ius habet rex in ciuitate, seu castro, vel re alia concessa: vnum tanquam dominus specialis & vtilis ipsius Castri, quod forte emerat, & illud censetur trãsferre: aliud tanquam rex, quia habet dominium directum, & ius regiũ vniuersaliter in toto regno: & de isto iure regio nihil transfertur. Ita punctualiter dicit Alb.in.l.1.in fin.de offi.eius cui mand.est iurisd. & in.l.fi.in fi. C.de iur.om.iudi.Luc.de Pen.in.l.1.col.7.versic. Vel dicas plenius.de priuile.schola.libr.12.&.l.1 col.2.versi.Sed pone.de vetera.lib.12.Calcane.cõsil.102.Ratio duplex assignari potest. Prima, quia huiusmodi regalia sunt de iuribus Coronæ, & illi annexa, & inseparabilia, nec sunt in commercio. l.apud Iulianum.§.constat.ff.de legat.1.l. fina.ff. vt in poss.legato. in tantum, quod non sunt alienabilia, etiam per ipsum Principem. Andræ.de Isernia in cap.1.§.similiter pote.t.colum.2.versi. in his functi.de capi.qui curi.vendi. Latius Lucas de Penna in.l.2.C.de iure reipub.ad fin. libro.11. &.l.contra publicã.col.5.C.de re milita.libro.12 Copiosissimè in.l.quicunque.la.2.colum.4.C.de omni. agr.desert.lib.11.Plate.in.l.prædia.C.de diuers.præd.lib.11.ca.intellecto.de iureiur.l.27.& l.28.Caroli Cæsaris.V.Hispaniarum olim Regis in curijs Vallisoleti celebratis anno.1523.singulariter confirmare, & declarare poteris ex Ias.cõsi. 10.col.3.libr.3. versi. Præterea dicta conuentio. Hosti.& Feli.in capi.dilecti.de maio.& obedien. Panor.& alij in.d.cap.dilecto.Ioan. Lup.in repe. cap.per vestras.2.notab.§.1.num.4. Couarru.in rep.cap.quanuis pactum.2.part.§.2.versicu.quod autem rex non possit alienare bona.de pact.libr. 6.Latius Carol.Molinæ.in consuetudi. Parisi.tit. 1.§.1.gl.5.nu.54.l.1.tit.17.parti.2.&.l.4. tit.15. ead.part.l.2.&.l.3.titu.9.libr.5.infra.Et alienata de facto, debent de facto sine vllius assertionis obstaculo ad ius pristinum reuocari, ita vt nulli penitus audiantur, qui aut rescripto, aut annotatione dominium, vel emphyteusim, vel cõductionẽ quolibet genere largitatis se meruisse causentur. per tex.in.l.omnes fundi.C.de fund.patri.lib.11. & ibi Lucas de Pen. per argumentum à fortiori. Quia si sic reuocatur alienatio patrimonialium, multo magis fiscalium, quæ sunt in dominio Coronæ. Fortius probat Lucas de Pen.in.l.2.versic. quispiam.columna prima. de fund. limitroph.eo. libro. Quod nec à priuatis possideri, nec præscribi possint, probat Regia.l.3.versi.*e si en otra manera* ti.9.lib.5.infra.ibi, *sea ninguna, y de ningun effecto: y el donatario y sus successores herederos no puedã, por tal titulo adquirir, ni ganar los tales bienes, ni a ellos pueda passar el señorio, y possession, y por ningun curso, ni lapso de tiempo lo puedan prescriuir: mas siempre queden y finquen en la corona Real, y della no se puedan apartar.*

Secunda ratio. Quia etiam si aliquo modo possent concedi, tamen non veniunt sub quibuscunque verbis generalibus, sed demum si specialiter & expresse concedantur, vt notant doctor. in ca. vni. quæ sunt regali. in versi. nisi quem specialiter qui tamen tex t. non hoc, sed aliud intendit. Sed satis clare in cap. quod translationem. & quæ gloss. & doct. notant ibi de offi. legat. & in.l.1.in princ. ff. de offi. eius cui mand. est iur. Molinæ. loco præcitato. numer.55. vbi vide aliqua pulchra in materia, ne immorer in relatione, potissimum cum pro praxi maximè necessaria sint, in harum regiarum constitutionum enodatione veniunt annotanda. Facit insuper, nam expressio facit licitum, quod alias non liceret. text. secundum Iserni. in cap.1.§.fratri sine legitimo. de his qui feud. dare poss. Quæ autem sint regalia, explicatur in titu. Quæ sint regali.lib.feudo.vbi per Andræ.de Iserni.& Præposi.in.ca.1.num.12.qui feud dar.poss. Iacob.in tracta.feudorum.verb.In feudum. num. 4.Aliud ius regale explicat Boeri.decisio.32.com petitq; regi nostro maiestatis nomen, quemadmodum regi Siciliæ, vt habetur in prooemi. Consti. regni Sicili.& ibi Matth.de Afflict.in.§.cum igitur.numer.1.dicit, Secundo nota, quod regi huius regni competit hoc adiectiuum, maiestatis, quæ nihil aliud importat, nisi æternitas. vt inquit Nicol.de Lyra lib.2.capit.4.Et tua altitudo: quia fastigium nihil aliud est, nisi altitudo, & magnitudo, seu summitas, & summus honor, & culmen dignitatis. Archidia.in cap.ordinatos.59.dist.& in cap. fin.vbi Domi.de re iudi.libro.6. Matth. de Afflictis loco præcitato.§.nos itaque. numero tertio. Et alia ponit Guiliel. Benedict. in repet.capitul. Rainutius.verb.& vxorem nomine.2.num.74.de testamen. qui loquitur in Rege Franciæ: sed omnia competunt Regi Hispaniæ, vt alibi dixi. Et plures remissiones, vbi iura regalia à docto.colliguntur, sunt videndæ per Ioann. Ign. in repeti.l. necessarios.§.non alias.numero.378. ff. ad Syllani. quæ faciunt ad.l.6.titulo decimo tertio. infra hoc libro tertio. & ad forum Aragonum lib. tertio.tit.de iur.omni.iudi.ibi, specialiter spectant ad dominium Regem.

y pobres [a] y miserables personas: y los otros casos de nuestra corte, que por las leyes de nuestros reynos se pueden traer ante nos, que no sean impedidos, ni estoruados. E otrosi mandamos a los que tuuieren assi las dichas ciudades, y villas, y lugares por señorio, que obedezcan, y guarden nuestras cartas de emplazamientos, y mandamientos sopena de la nuestra merced.

OTrosi mãdamos q̃ la iurisdicion q̃ en las nuestras ciudades, y villas hã y tienẽ en sus lugares, aldeas, y terminos ninguno sea osado de poner en ellas officiales ni personas que pue-

a ¶ *Pobres*. Adde gloss. in verb. pauperes. in cap. statutum. §. insuper. de resc. libro sexto. & ibi Philippus Franch. columna fina. numero duodecimo. Nota, quod causæ istorum sunt casus curiæ. Simi. in l. decimaquarta. titulo secundo. isto. 3. libro. infra. Rex enim debet omnibus oppressis subuenire. l. prima. C. quãdo impe. &c. Sicut etiam Episcopus tenetur idem facere. cap. super quibusdam. de verbo. signi. 87. distincti. per totum. Dubitari tamẽ poterit, Quis dicatur pauper Respondẽdũ est, quod relinquitur iudicis arbitrio, inspecta qualitate personarum. glo. in authen. præterea. verb. locuples. C. vnde vir & vxor. Corne. consil. 178. columna. fin. num. 29. libr. 2. Fabian. de Pepis. num. 72. versicu. circa secundam. & Paul. de Monte pico. nume. 23 versicul. glossa in verbo, locuples. in dict. authen. præterea. Bart. in l. si constante. num. 14. Alexan. num. 13. Ripa. numer. 30. ff. solu. matri. & ibi Bald. nouell. num. 47. & Ias. numer. 148. qui profitetur hanc communem opinionem. Et Couarru. lib. 2. varia. resolu. cap. 6. Felin. in cap. si qui testium. de te. lib. Soci. consi. 30. numer. 1. col. 2. qui dicit opini. præd. gloss. ordin. & communiter approbatam libr. 4. Et est magis communis opinio secundum Ioan. Crottum in repe. d. l. si constante. col. 4. nu. 14. Areti. consi. 13. n. 16. Iudex tamẽ arbitrabitur de paupertate, maxime ex duobus secũdum Bart. in dict. l. si constante. ex qualitate personarum, & factorum. Personarum: nam rusticus & vilis reputabitur diues cum paucioribus facultatibus, quam nobilis. allegat quod habetur in l. nepos Proculo ff. de verborum significatio. & in l. in condemnatione. ff. de regul. iur. & per gloss. in l. sed & si susceperit. ff. de iudi. voluit Soci. in dict. consil. 30. & Angel. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdar. cogan. Decius consil. 163. columna quarta. versicul. Secundo principaliter. Andræ. Tiraquel. in lib. de nobilitate. capitul. 20. numer. 150. Facit quod pulchre scripsit Bald. in l. si quis ad declinandam. columna secunda. per text. ibi. C. de episco. & cle. quod episcopus habens aliquid erogare inter pauperes, poterit in nobilem erogare, qui datoquod non sit mendicans, tamen secundum cõditionem suæ nobilitatis cõmode viuere non potest, vel si habeat plures filias ad maritandum: quem refert, & sequitur Ioã. Crot. in dict. l. si cõstante. nu. 15. Tiraquell. vbi supra. nu. 148. vbi plura videbis in fauorem nobilium. Suadetur etiam ratione. Nam nobilis maioribus indiget diuitijs, quam rusticus, seu vilis. Facit glo. in l. seruis. ff. de leg. 3. quod rustici non sunt alendi delicatis cibis, sed cæpis. & caseo. & glo. in l. 1. §. idem Labeo. ff. manda. q̃ rusticus non debet ire eques, sed pedes. Comprobatur ex Iacob. à Bellap. Cyn. & Bal. in authen. ad hæc. C. de vsur. quod rustici non solent vinum, sed aquam bibere. Sequitur eos Andræ. Tiraquell. de nobilita. cap. 20. numero. 140. Quod est notandũ pro taxatione expensarum ratione itineris facienda, quando rusticus adducitur in testem. Item rustica, seu vilis tenetur lactare filium, secus tamẽ est in nobili. Azo. in sum. C. de patri. potesta. in fin. quem ad hoc retulit Bald. in l. alimenta. C. de nego. gestis. Crott. loco proxime citato. vbi dicit, q̃ nobilis non tenetur vilia exercere. Et propterea dicebat Bar. in l. prima. C. de mendi. vali. libro. 11 quod pater non tenetur alimenta filio sibi victũ quærere valenti ministrare. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de libe. agnos. Tamen fallit, quando pater esset nobilis, nam non poterit dicere filio, Vade ad ligonizandum, & colendum agrum, siue terram. cum sit dedecus filio artem illam exercere. Panormi. in capitulo secundo. col. 2. de conuers. in fide. Ioan. Lup. in repe. cap. per vestras. 3. nota. §. 23. numer. 6. Couarruuias. de sponsalibus. 2. part. cap. 8.

cap.8.§.6.nu.9.l.6.tit.19.par.4.Ibem etiã dicas quod alio modo ex qualitate personæ iudex de paupertate arbitrari debet.vt si degit in hospitali:tunc enim dicitur in eximia paupertate. Bald. per text.ibi in dict.l.siquis ad declinandam.Idem si incedit discalceatus.Angel.in.l.si vero.§.si pro rei qualitate.§.qui satisdar.cog.Idem si vadit ostiatim mendicando.doct.in cap.Odoardus. de solu. nec toleraretur ita mendicans,si haberet vndepos set de suo viuere , sed à ciuitate expelli debet.l. vni.C.de mendican.valid.libr.11.peti.117.in Curijs de Madrid anni.1534.

Ex qualitate vero factorum iudex arbitrabitur quem pauperem : vt si oneri iniuncto non potest inseruire , sed pro alimentis est sibi necessarium victum quærere.l.paupertas.iuncta gloss.ff. de excus.tut.Item colligitur ex eo,quia cessit bonis.capit.Odoardus.de solu.& ibi Innocent. Itẽ probari poterit paupertas vltra dictos modos, nempe per discussionem nuntiorum,qui referant tot esse in bonis,& tot esse in debitis.Per librum etiam æstim.Ioan.Crott.in repet.l. si constante. colum.2.num.7.ff.solut.matrimo.Est gloss. insignis.in.l.cum delege.ff.de proba.Batt.in dict.l.si constante.nunt.7.singul.secundum Ias.in. §.item si quis in fraudem.nuru.70.Insti.de actio. Matth. de Affli.in decis377.nu.2: Ias.in.l. decem.nu.34. ff.de verborũ obligationibus. Et est opinio illius gloss. in practica , & communiter approbata secundum Alciat.tracta,de præsump.regul.3. præsumptio.20.gloss.simi.in.l.1.§.cum dicitur.verb. probent.ff.si cui plus quam per.l.falci,Et est opinio communis secũdum Franc.Curti.senio.cons. 27.colum.7.numer.17.versic.sed contra præmissa.Est notanda gloss.in authenti.de hæred.& falci.§.hinc nobis.verb. substantiam.coll.1. quæ dicit,quod testis , qui non habet in bonis quantum causa valet,super qua deponit , non est idoneus, & sic propter paupertatem eius fidei detrahitur. Quam ibi sequitur Bart.& Angel.consil.15.colũ. 1.numero.3.libro.3.dicit prædictam gloss,notabilem esse Rom.in.l.si constante.in princi. ff. solut. matrimo.Hippoly.in.l.1.§.ad quæstionem.num. 16.ff.de quæstio.Socin.in tractat.regul. cum fallentijs.regul.289.fallen. 3. Et plerique alij eam extollunt in varijs locis secundum Couarru. libr. 2.variarum resolut.capit.6.numer. 8. sed est falsa eius opinio secundum Iaso.in authenti.Præterea. colum.penul.C.vnde vir & vxor.& in. l. si constante.supra allega.numero.152. & in.l. 2. ff. qui satisda.cogant, Philipp.Deci.consilio. 163. colu. 4.& est magis communis opinio contra prædictam gloss.secundum Ioan.Crottum in dict. l. si constante.1.lectione.numero. 19.& in. 2. lectur. numero.25.reputat eam falsam , vbi tamen dicit illam esse communiter approbatam. Sed aduerte pro concordia. Nam gloss.illa est vera, si recte intelligatur : quia loquitur , quando in causa concurrunt testes pauperes cum alijs diuitibus , tunc enim maior fides est adhibenda diuitibus,quam pauperibus : quia hoc casu aliqualiter paupertas debilitat fidẽ ipsorũ testiũ,vt ait gl.in.l. 3.in prin.ff de testi.Areti.consil.13. col.7.nu.16. vers.Ad secundũ de paupertate.qui in hoc casu intelligit prędictam legem.3.ff.de testi.Sedvbi non esset talis concursus,credendum est testi pauperi, si esset legalis persona,& honesta,& hoc arbitrabitur iudex. Et sic glossa prædicta est declaranda secundumFabian. de Pepis in rep.auth.Preterea. num.79.& nu.80.C.vnde vir & vx. sequitur Io. Crott.in.d.l.si constante.nu.54.in2.lectur.

Cum iam sit visum quis dicatur pauper,& paupertas quomodo probanda sit, videndũ est de cõmodis,seu priuilegijs paupertatis,& de dãnis quæ inducit. Et breuiter videatis hæc omnia affatim, & fuso sermone explicata per Luc.de Pen.in.l.fi. C.de his qui num.lib. vel pauperta.causa excusatione mer.lib.10.vbi enumerat.44.priuilegia , & 17.incõmoda paupertatis.Et Barth.Chassanæ.in catalogo gloriæ mundi.11.part.consid. 27. Vnũ priuilegiũ hic habes,aliud in.l.2.titu.16.infra isto lib.3.versi.*Pero si el señor del pleyto*.Etibi forte dicã latius.Adde Francisc.Auiles in Capitibus Pratorũ.cap.34.verb,*pobres*.nu.4.vbi aliqua paupertatis fauore nouissimè adnotauit. De miserabilibus personis hic agendum est. Nam viduæ,& pupilli miserabiles dicũtur,quia ad eorũ miseratione nos inducit Deus Exodi.22.Viduę& pupillo nõ nocebitis:si læseritis eos,vociferabuntur ad me,& ego exaudiam clamorẽ eorũ. Et Esaiæ.1.Defendite viduam,iudicate pupillo. Feli.in.c.significantibus. col.3.nu.6.de offi.delega.quærit quæ personæ dicãtur miserabiles. Et ibi ponit viduam esse miserabilem personã.Et hic habetur,quæ habet priuilegium,vt possit ad curiam regis vocare quo ad primam causæ cognitionẽ , & in prima instãtia quos libuerit.l.vni.C.quãdo impera.inter pup. & vid. l.14.quæ plures casus Curiæ ponit titu.2.lib.3.infra.l.41.tit.18.&.l.20.titu.23.part.3.& Couar.in practicis quæstionibus.c.7.Sed solet indubiũ sæpe occurrere, vtrum habeat locũ huiusmodi priuilegiũ in muliere habẽte virũ,sed tamẽ inutile,debilem,& infructuosum, sicuti contingere solet in multis. Et videtur dicendum ꝙ sic.gl.in.l.fi.C.ad leg.Flaui.de plagia.vbi mulier dicitur vidua,cuius maritus bãnitus est.Et per eã gl.determinat istud dubiũ Feliu.in.c.significãtibus.nu.8. de offi. delega.& ante eum Bal.in.d.l.fi.extendit illã gl.ad (?) tuta loquẽtia de viduis,& earũ priuilegia. & Andreæ.Tiraquell.in.ll.cõnubiali.l.6.nu.12.Confirmatur

matur ex.c.inter corporalia.de transla. episcopi. Quod est summe notandũ pro intellectu legum, quæ loquuntur de viduis. Itẽ si molestetur vidua, data negligentia iudicis secularis, poterit laicũ cõuenire immediate coram ecclesiastico. Panor. in c.significatibus.de offi.delega.& in.c.licet ex suscepto.de fo.compet. Quæ cõuentio ad euitandã molestiã, præsupposita, & probata negligentia iudicis secularis, erit absq; calumniæ pœna, quæ poterit laico citãti laicũ corã iudice ecclesiastico imponi.de qua in.l.3.infra.& ibi statim aliquam praxi necessaria pro eius intellectu aperiã. Et ita procedit dictũ Inno.in.c.super quibusdam. verbo.viduis.de verb.signi. Itẽ Rex, vel alia illustris persona, quæ alias nõ potest stare in iudicio, potest esse tanquam procurator pro vidua.l.11.versic.*fueras esse*.tit.5.part.5.

Item cum vidua dicatur miserabilis persona, clericus poterit corã ecclesiastico iudice tãquã aduocatus eam defendere.c.1.&.ca.cum sacerdotes. de postuland.l.2.tit.9.lib.1.foro legũ.l.9.tit.19.lib.2.suprà.Angel.in sum.verb.aduocatus. vbi intelligit procedere, q̃ clericus in sacris possit esse aduocatus pro miserabilibus personis in causis ciuilibus, non autem in criminalibus.

Quod intelligendũ est in vidua, quæ honesta, & pauper est, alioquin non. Felin.in. c. significantibus.de offic.delega.n. 8. vbi inquit, q̃ omnes seruãt, q̃ priuilegia fauore viduarũ procedũt de illis, quę honeste viuũt, nõ alias. Luc.de Pena.in.l.quoties.col.secũda.C.de priuileg.schol.li. 12. Matth. de Afflictis in consti. Neapolita.lib.1.rubri.33.n. 5. Et sic amittit tutelam, si luxuriosè vixerit.glo. quam ibi sequuntur Cin. Faber. Bart. Bal. Angel. & Sali.in authen.sacramentum.in verb.nuptijs.C. quando mulier offi.tute.fung. potest. Et Bart.in. l. si quis.col.6.ff.de test.tutel.nam debet suam pudicitiam seruare.l.fi.C.quãdo muli.offi. tutel.fungi po.Bal.auth.eiusdẽ.C. de nup.& in. l. his solis. C.de reuo.dona.& in.d.l.si quis. col. vltim. Angel.Areti.in.§.fi.Insti.de legi.pa.tut.& in.§.actionum.vbi aliquid per Ias.post Fab. de actio. Spec. de tutore.§.nunc videndum.versi. Item excipitur. tenet Hippoly.singu.416.in fin.

Hinc dicit Angel.in.l.cum quædam puella. ff. de iu.om.iudic.quod vidua ducens vitã luxuriosam, nõ retinet domicilium viri. Sed est dubium, si miserabiles personæ essent alias diuites, vt viduæ, orphani, aut infirmi, vtrum sint hoc priuilegio munitæ? Et videtur quod sic, nam leges loquũtur de viduis simpliciter, & sic de orphanis, ergo sine qualitate diuitiarum, vel cum ea potest intelligi, cum cui conueniunt verba legis, debeat cõpetere eius dispositio.l.4.§.toties.ff.de dam.infecto l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa. Hippolyt. conf.19.nu.17. Itẽ qualitas est quid extrinsecum, quod adesse, vel abesse potest sine subiecti remotione, nec facit transitum de subiecto in subiectũ absque legis appositione.l.sordidorum.C.de excusa. mun. lib.10. Philoso.lib.1.de genera & corruptio.c.4. Si ergo non fuit exclusa, vel apposita qualitas diuitiarum à lege; debuit intelligi de vidua etiam diuite.

Item quia vidua, etiã diues, dicitur miserabilis persona, saltẽ habitu.c.ex tenore.de fo.compe. Et hoc respectu iudicij, in quo non potest proprias causas administrare, sed per aliũ. Et istã sententiã tenet Card.in cap.significantibus, de offic. delegat. Andræ.de Ifernia in consti. Neapolit. incip. Statuimus.colum. 1.qui dicit, quod vidua, quantuncunque diues, habet priuilegia.l. vn. C. quando Imperator inter pupill.& vi.

In contrarium, imo quod vidua si sit diues, non gaudeat priuilegio statuti.& sic istius legis cũ simili. constat, quia non potest dici q̃ careat defensione, quia omnia obediunt pecuniæ. Ecclesiasti. 10.

Item causa priuilegij cessante, cessare debet eius dispositio.c. suggestum. de decim. causa autẽ est miseria, & paupertas viduarum, ergo in diuitibus debet cessare. Istam sententiã probant Anto. Inno. Panor.nu.2. Fel.& comnis in.d.c.significantibus. Hippoly.in rep.l.vn.num.221. C.de rap.virgi. Et ista opi.est verior, & approbata secundum Matth.de Afflictis in consti. Neapo. libr.1.rub. 33.num.4.tenet Alexan.cons.121.col.fi. num.14 lib.1. Sed mihi videtur verior sententia, quod dummodo sit vidua, orphanus, vel aliter miserabilis persona, quamuis sit diues, nihilominus gaudeat priuilegio nostræ legis. quia diuersis nominibus dicit *huerfanos è biudas è pobres è miserables personas.* Si vellet excludere diuitijs affluentes, non sic dixisset diuersis nominibus.l.si idem.C.de codicill. tũ etiã, quia dictio, &, diuersa iũgit.glo.in rub.ff. de iuris & facti igno. Vt alternatiua est, in qua sufficit alteram partem esse veram, & sic, &, pro vel. Bar.in.l.sæpissime.nu.4.ff.de iu. codicill. Ias.l.generaliter.1.col.C.de cõditi.insti. Si ergo ponitur inter diuersa, sufficit, quod sit vidua, orphanus, vel aliter miserabilis persona, etiam si sit diues, quia ratione habitus talis est. Item constat de intentione legis, a qua non est recedendum, si non aliter. ff. de lega.3.gl.in.ca.ad abolendam. verb. in singularibus.de fil.presby.

Itẽ sequeretur, q̃ si haberet filiũ, fratrẽ, vel aliũ singularẽ amicũ ad gerenda sua negotia, q̃ ex eo cessaret suũ priuilegiũ inductũ miserationis causa, & sic esset in sua potestate renũtiare priuilegiũ suũ tacite, quod tñ expressa renuntiatione nõ posset. vt est gl. singu. in.l.vni.verb.excedere.C. quando Imperator inter pupill.vel vid.quæ probat, q̃ benefi-

beneficium,seu priuilegium inductum miserationis gratia non potest renuntiari.singul.secundum Alex.in.l.pe.col.fin.C.de pact.Cagnol.in procе. ff.veteris.nu.286.Thom.Parpali.l.2.col.6.ff.soluto.matr.nu.21.

Ergo ex filijs,nec ex diuitijs non desinit esse vidua,vel orphanus,& sic debet gaudere priuilegio statuti,cum in eo aliud non sit expressum. Item priuilegium non remouetur ab aliquo,nisi hæc remotio fit à iure expressa.gl.in.c.fi.de iu.patrona. cum multis concord. adductis per me ad Iacobũ de Segur.in tracta.de bonis lucratis consta.matrimonio.n 166.Thom.Parpa.in.d.l.2,nu.25.versi. prædicta de adulterio.bonus casus in.c.statutum de electio.lib.6.tũ etiam,quia ratione paupertatis quis consequitur hoc priuilegium,ergo frustratorie explicatur dictio,vidua,cum si pauper tãtum esset etiam non vidua posset consequi.Grego.Lopez in.l.5.verb.*y son estas.*tit.3.par.3.intelligit.l. regiam in vidua diuite.

Ergo huiusmodi prima cõis interpretatio doctorũ tãquã in iure nõ expressa,nõ est recipienda,cũ authoritas doctorũ,sit ꝓbabilis,nõ tñ necessaria. l.3.&ibi gl.verb.nec distinguitur.ff.d' offi.Pręsid.

Item est notandũ,quod orphani dicuntur miserabiles personæ.Psalm.9.Tibi derelictus est pauper:orphano tu eris adiutor.Et dicitur orphanus vtroque parente priuatus.Et in quibusdam ciuitatibus certa sunt ipsis domicilia cõstituta, & rectores eorũ,seu potius qui eos nutriunt,orphanotrophi vocantur.l.orphanotrophos.&.l.omnia.C.d' epi.& cle.ca.quia contingit.de religio,domi. Ex quibus infertur,quod qui non est copulatiue vtroque parente orbatus,nõ dicetur orphanus,ac proinde non veniet ad legata pro orphanis maritandis,vel huiusmodi relicta.Quia communis vsus loquendi est de istis,vt experientia docet. Et sic est tenenda ista interpretatio verborum. ca.ex literis.cum ibi traditis à Præpos.de sponsalib.

Item dicũtur miserabiles personæ peregrini,& aduenæ. Exod. 23. Peregrino molestus non eris, &c.& Deutero.10.Facit Deus iudiciũ pupillo,& viduæ:amat peregrinũ,& dat ei victũ,atq; vestitũ Facit.ca.siquis Romipetas.&.c.illi.24.q.3.& authe.omnes peregrini.C.comnia de successio.Peregrinus autem dicitur aliunde hospes, quia ignoramus eius partes.inde peregrinari. Luc. de Pen. in.l.cum simus.col. 5. C. de agri. & censi.lib.11. Probatur in tit.De cle.peregri.extra.& in.l.1.ti. 17.lib.1.ordi.supra.

Itẽ puella nobilis,quæ non potest secundũ eius conditionẽ matrimonio copulari , dicitur pauper & eidẽ põt prouideri,sicut pauperi.Confirmatur ex Bal.in.l.siquis ad declinandã.col.3.nu.5. C.de epis.& cler.vbi sic dicit,Si est vnus nobilis,qui habet alimẽta,sed suã dignitatẽ cõseruare nõ potest, & habet forte puellas,quas maritare non potest, vtrũ ꝙ in subsidiũ vitæ,vel dotiũ possit dari tanquã pauperi per episcopũ,vel executorem. Et respondeo ꝙ sic:quia licet nõ sit omnino mẽdicans, tamen secundum statum nataliũ suorũ aliqua sustentatione eget;& ideo inter pauperes connumeratur. Casus notabilis est hic.Hactenus Bald.verba.facit quod not.idẽ Bald. in. l. paupertas. ff. de excus.tut.colum.1.Deci.in capit.cæterum.col.8. versi.sed aduertendum.nu.14.de iud.& ibi hæc expresse notat.Dixi supra in princi.istius glos.

Item carcerati.tex.in.l.si quis ad declinandam. C.de epis.& cle.Cin.in.l.fi.C.si quis alte.vel sibi. Bar.in tract.de carceribus.in fin.Hippo. in pra.§. nunc videndum nu.11.Et legatum pro redemptione incarceratorum,est pium.Et causa pia dicitur, & si sint incarcerati pro malefixio.glo.in ca. sacrorum. 12.q.2.commendat Hippoly. loco præcitato.num.12. Est notanda secundum Bald.in.l.illud colum.1.num.1.C.de sacrosan.eccle.& in.l.Sed & si ideo.ff.solu.matr.Feli.in capi.significauit.de Iudæ.Addi.ad Bar.in authen.res quæ. C.communia de leg.& G omes. in.§.Item si quis in fraudem nu. 32.Inst.de actio.vbi eam dixit ordina.& communem.Et sequitur Berta.in suo indice.verb.miserabiles.versi.6.Ioan.Crott.in. l. si constante. 2. lectu.num.57.vbi optime intelligit.d.glo.ca.sacrorum.ff.solut.matrim.

Itẽ Infantes expositi inter miserabiles cõputantur.c.fin.87.dist.l.1.&.l.2.C.de infanti.expositis, Et Bart.dicit,ꝙ ipse fuit expositus in.l. quidã cũ filiũ.nu.8.ff.de verb.vbi Ias.&alij de eo scribunt,

Item etiã senio cõfecti , & decrepiti,etiã si sint diuites. Azo.in sũ.C. quãdo impera.inter pupill. & viduas.in fi.10.Lup.in rep.c.per vestras. nota. 2.nu.12.de dona.inter vir, & vxor.Quia teste Cicerone.sola senect' morbus est.Paul.ad Corinth. 6.Quod veterascit,& senescit,prope interitũ est. Itẽ Terent.Senectus per seipsam morbus est. Cicero.de senectute.§.nec nũc quidẽ.ait, Pugnandũ tanquam contra morbum est , sic contra senectutem habenda ratio valetudinis , vtendum exercitationibus modicis,tantum cibi & potionis adhibendum,vt reficiantur vires , non opprimantur. Panor.in.c.magnæ.de voto.inquit, quod statutũ de casu infirmitatis habet locum in casu senectutis.gl.in verb.permutationis.in prag.sancti. galli. tit.de colla.§.Item quod omnia. Facit.c.si qui testiũ.de testib.l.ciuitatibus.in fi.ff.de lega.1.Quod facit ad intellectum constitu.11.vniuersitatis nostræ , quæ propter infirmitatem perpetuam vel temporalem liberat Lectores à mulcta,vt habeat locũ in senibus:sicut factũ est cũ nobili,& antiquę prosapiæ Dño B.neuentano iuris canonici De

cano,

cano, & Patrino: huius enim lectio Cathedræ fuit hac ratione substitutis cõmissa ab an. 38. vsq; ad. 57. quo fuit ingressus viã vniuersæ carnis. Et nõ minus cũ multis vniuersitati inseruientibus fieri consueuit, quoties casus huiusmodi accidere contingat. Item publice pœnitentes dicuntur miserabiles personæ. Imol. in. c. significantibus. de offic. delega. qui sunt de foro ecclesiæ. Anto. & Barba. in. cap. 2. num. 60. de for. comp. De cuius veritate agendum est infra in. l. 3. istius tit.

Item liberti ecclesiæ, & qui cõmendãtur ecclesiæ, & ad eam confugiunt. glo. in. ca. omnis ætas. 12. q. 1. & ca. liberti. 87. dist. & c. eos. & capi. liberos. ea dist. notatur in. c. Episcopus. 12. q. 2.

Item officiales ecclesiæ. & alij ei seruiẽtes. secũdum Imol. in. d. c. significantibus. & gl. in. d. c. omnis ætas. Quod est verũ, si gratis seruiant, & sint pauperes, alioqui contra. secundum quod notant doct. in. d. c. significantibus.

Item dormientes. Bal. in. l. pen. C. de testam. mili. Refert Bertachi. in dictio. verb. miserabiles. vers. Secundo, facit clementi. vni. de homi. vbi infanti æquiparatur, seu furioso, ad hoc vt pœnã delicti euitet.

Item cæsi, & mutilati membris, leprosi, ac debilitati. c. 1. de cleri. ęgro. Petr. Belluga in spec. princi. rub. 23. §. Sed pone. nu. 10. Alexan. consil. 126. colum. 3. lib. 4. Et intelligo de eo cæco, qui vtriusque oculi claritatem & visum prorsus amisit, nam talis proprie dicitur cæcus. l. 1. C. qui morbo se excus. libr. 10. Aliud si haberet pupillam oculi obscuratam, quia nõ diceretur cæcus, Bal. Ang. & Paul. in. l. binas ædes. ff. de serui. vrb. prædio. Et ibi inducunt ad quæstionem statuti punientis eum, qui excæcauerit aliquem, vt non comprehendatur is, qui visum alicui debilitauerit. & Bald. in tractatu schismatis. in fi. dicit, quod qui parum videt, nõ est cæcus. Et facit quod de monoculo dicitur in. l. frater C. de excus. tuto. Tradit Marcus Anto. in repe. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 35. C. de testam. Facit ad declarationem. l. 3. Tauri. quatenus de cæco loquitur. Item cruce signati, qui aduenæ & peregrini sunt. Imol. in. d. ca. significantibus.

Item qui de nouo est conuersus ad fidem Christi. Innocen. in. c. Iudæi. de Iud. Barb. in ca. significantibus. de offi. delega.

Præterea miserabiles dicuntur diuturno morbo fatigati. l. si quis ad declinandam. §. vbi autem. C. de episco. & cleri.

Item omnes, quorum natura mouet nos ad miserandum propter fortunæ iniuriam. Azo in summa. C. quando impe. inter pu. & vidu. Et dicũtur miserabiles, quasi miseriæ habiles secũdum Isidorum. lib. 10. etymologiarum. c. ex parte. ibi, ipsius miseriæ miserandum. de cle. ægro.

Item miserabiles dicuntur sacerdotes concubinam habentes, quia miserijs pleni plusquam alij sunt, quia bona ecclesiæ in eis cõsumunt, onera infinita in eorum iniuriam & sacri muneris, quod indebite gerunt, patiuntur: quod quidem dolendũ, & flendum est, quam inuerecunde, & in scandalum fidelium hac nostra tempestate committere non verentur. Sed missa isthæc faciamus: quicquid fuerit, id minime impunitũ remanebit. Intellige tamen de miseria peccati, iuxta illud Psal. Miser factus sum. nõ tamẽ ad hoc vt possit declinare forũ, quia corã suo ordinario erit conueniendus. nã alias sequeretur, quod ex suo delicto commodum posset consequi, & quod non posset ab eo puniri in illo, vel alio delicto, vel casu ciuili, & sic semper esset in sua miseria, præstaret etiam causam delinquendi. &c. l. conueniri. ff. de pact. dota.

Item mercatores sunt miserabiles, quando grauarentur in vectigalibus, & pedagijs, & si de hoc grauamine cognosceretur, eis summarie succurri debet capitul. si qui Romipetas. 24. quæstione tertia. Inno. & Imol. in capitu. significantibus. de offic. delega. Ioan. de Ana. in capit. nulli Iudæo. col. 2. nu. 3. de Iudæ.

Est tamen admonendum, quod si aliqui casus inueniantur, in quibus maior ratio, vel æqualis fauendi & prouidendi sit, idem censetur dispositũ, scilicet, quod censeantur miserabiles personæ. argum. l. his solis. C. de reuocand. dona. & quæ not. Alexand. in authen. non licet numero quarto. C. de liber. præter. & in. l. si quis id quod numero decimonono. ff. de iur. om. iudi. vbi dicit, quod est communis opin. quod filius ingratus non solum ex expressis in authenti. vt cum de app. cog. §. causis. possit exhæredari, verum etiam ex alijs similibus, vel maiorem rationem habentibus. Dixi ad Segur. his non citatis in locis prædictis in repetitione. l. primæ. §. si vir. numero. 119. ff. de acquirenda possessione. quamuis Curt. iunior. in dicta authentic. non licet. numero vigesimo tertio aliquot fundamentis velit tenere aduersus communem. latius dicetur in. l. prima. titulo secundo. libro quinto. infra, Et quæ aliæ dicantur miserabiles personæ, iudicis arbitrio relinquuntur. Cin. Bartolus Baldus Albericus. & alij in. l. vni. C. quãdo imp. inter pup. & vid. Et adde Alberi. prima part. statu. quæstione. 112. & in suo dictionario. vers. miserabiles. Alexand. in addi. ad Bartol. in l. nec quicquam. §. finali. ff. de offi. proconsu. Guido Papa. decisione. 466. Iaso. in. l. Titiæ textores. columna quinta. de legat. 1. Decius in capitulo sedes. numero septimo. de rescriptis. Bertachi. de gabellis, septima partita. quæstione vigesimaseptima. Specula. de reo. §. primo. numero decimosexto.

Saluo si mostrare priuilegio en cõtrario. Ergo Principis priuilegio acquiritur iurisdictio. Item acquiritur consuetudine, quæ vim priuilegij habet. c. cũ contingat. de fo. comp. ibi. ex indulgentia, vel cõsuetudine speciali iurisdictionẽ huiusmodi valeãt sibi vẽdicare.

dan impedir, ni impidã la jurisdiction de las dichas nuestras ciudades y villas por razon del señorio que en los tales lugares tẽgan: saluo si mostrare priuilegio en contrario [a].

Ley II. Que el juez ecclesiastico no impida la jurisdiction Real.

El Rey don Alonso en Valladolid.

El Rey don Iuan I. en Segouia.

Tenet Barb. in Clem. vni. de seq. poss. colum. fi. nu. 17. Ioan. Lup. in rep. c. per vestras. fo. 82. colum. 3. n. 36. Roch. in c. fi. de consuetu. sect. 1. nu. 25. vbi latè hoc probat. fo. 26 colũ. 2. Amplia, quòd cõsuetudo tribuit iurisdictionẽ nõ habenti, nec aliàs præsidẽti alicui iurisdictioni, etiam priuato, secundùm Ioan. Lup. vbi suprà. 6. sed est pulchra dubitatio, nu. 27. fol. 82. col. 1. ad fin. per tex. quem ad hoc dicit sing. in d. c. cũ contingat. & sic quæ possunt induci priuilegio & consuetudine. glo. in cap. nouit. de iudicijs. verb. consuetudine & glo. in ca. Romana. verb. consuetudine. de sent. excõ. lib. 6. Intellige tamen priuilegiũ & consuetudinẽ à pari procedere, eo casu, quo datur habilitas ex parte præscribẽtis, seu inducẽtis cõsuetudinẽ, nõ aliàs. Io. And. in c. 2. de præb li. 6. Cõp. in c. causamq́; de presc Panor. & Deci. in c. nouit. nu. 12. de iudi Foli. vbi optimè declarat quæ sibilia priuilegio, sunt etiam quæ sibilia consuetudine in c. accedentes, nu. 6. de præscriptio.

Ex quo infertur, q̃ laicus ex cõsuetudine, seu præscriptione non poterit res spirituales, quorum iudicio est incapax acquirere. c. 2. de iudi. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti cap. tuam. & ibi gloss. de ordi. cogn. c. fi. de reb. eccles. c. causamq́; de præscriptio. Secùs tamen ex priuilegio Apostolico. De hoc insuper in l. 2. infrà isto titulo dicetur.

Lex. II.

b *Sea osado de impedir.* Cõcordat lex Lusitaniæ lib. 1. tit. 44. *Dos juyzes ordinarios. §. è seram auisados os ditos juyzes,* &c. Cùm Innoc. III. non putet aliquis, quòd jurisdictionem illustris regis Franciæ perturbare, aut minuere intendamus, cùm ipse iurisdictionem nostram, nec velit nec debeat impedire. cap. nouit. & ibi glo. verb. iurisdictionem. de iudic. Iurisdictio ecclesiastica à seculari distincta est. vt glo. docet in d. cap. nouit. & quo ad executionem habet jurisdictionẽ Imperator, licèt vtraque potestas fuerit Petro cõmissa. vt declarat Hugo de potestate quatuor prælatorũ. 1. parte. cap. 2. Mirũ tamen non est, si totus judiciorũ ordo peruertatur; si Papa scribit contra iurisdictionem Regis, vel è conuerso. Et iudices hoc facere solent. Ideoque spiritualem, & temporalem gladium reciprocare inquit Hosti. & post eum Ioan. And. in c. solitæ de maio. & obedi. Tradit. latè Io. Igñe. in rep. l. necessarios. §. non aliàs. nu. 23. ff. ad Sillani. Adde. l. 48. tit. 6. part. 1.

ADDICION.

Esta ley se contiene en la ley 3. tit. 1. lib. 4. Recopilat.

Ningun Ecclesiastico juez, sea osado de impedir [b] nuestra jurisdictiõ real por via de simple querella, ni en grado d' apellaciõ, ni en otra manera alguna, porq̃ la appellacion

Verùm autem princeps possit legitimare quo ad bona temporalia consequenda, & quo ad alia est dubium. Et quid in Papa? Pro cuius resolutione sit conclusio. Imperator seu Rex non recognoscens superiorem in suo territorio, potest legitimare quo ad temporalia, non tamen quo ad consequenda spiritualia, vt ordines clericales, vel huiusmodi. Secunda conclusio. Papa dispensare potest cum illegitimo in terris Imperij quantum ad spiritualia, non tamen quo ad temporalia habenda. Secùs tamen esset, si fuisset in suo territorio, in quo habeat vtrumque gladium habitu, & actu. Probatur: quia est distincta vna iurisdictio ab alia, & sic vnusquisque facit quod potest, ne transgrediatur terminos suæ potestatis, cap. 1. de sepultu. Non ergo de temporali iurisdictione se debet Papa, vel eius delegatus intromittere. glos. dict. cap. nouit. verb. iurisdictionem. de iudi.

Item probatur. Quia Comes, qui habuit potestatẽ legitimãdi ab Imperatore, nõ potest in terris ecclesiæ legitimare. Bald. post Iac. Butri. in l. 1. C.

de iure aur.an.&in l.eã.quã.col.8.C.de fideicom. Et ista est cõmunior opinio, quãuis plures teneãt cõtrarium secund.Philip.Deci. vbi alios refert in cõs.55.col.2.n.3.lib.1.Ergo nec Papa in terris imperij. Præterea probatur ex Bart.in l.1.nu.41.C. de sum.Trin.& Pau.in.c.per venerabilẽ.nu.26.& ibi Præposi.nu.69.qui filij sunt legi.Dida. del Castillo in l.12.verb.priuilegio.nu.3.in ll.Tauri.Et est.l.4.tit.15.part.4.& l.17.ti.6.lib.3.fol.legum. quæ expressè probant vtranque assertionem.Adde Paul.Cast.cons.180.nu.3.lib.1.

Dubitatur insuper. Vtrùm iudex ecclesiasticus sit cõpetens in causa dotis? Ioa.Lup.in rep.ca.per vestras.§.sed est pulchra.num.7.fol.80.col.3.dicit,quòd episcopus super dote habet cognitionẽ, & pronuntiationem, non tamen missionẽ in possessionem, nisi mediante iudice seculari.In pũcto singulariter procedit ipse Lup.loco cit.§.nota secundò.fol.78.col.2.tex.est vbi glo.& Præpos.in cap.3.de donat.inter vi. & vxo. & est communis opinio. quia causa dotis est mixti fori secundùm Philip.Deci.qui alios plures citat in authẽt.quod locum.col.2.num.5.C.de collatio.

Quæro,si est dubiũ inter episcopũ & iudicẽ temporalẽ pro iurisdictione, cui cõpetit cognitio iurisdictionis? Et videtur ꝙ regi,seu eius iudici,quia pro eo est præsumptio in suo territorio.l.1.suprà isto tit.& ibi dixi. colligitur etiam & ex Oldral. consil.83.tenet.in expresso Ioan.Lup.in rep. ca. per vestras.fol.83.col.3.num.49.

Itẽ ꝓbatur.Quãdo cõtrouertitur quęstio super iurisdictione alicuius iudicis inter partes, ipse cognoscit,& pronuntiat super hoc artic.l.2.ff.si quis in ius voca.nõ ierit.c.super literis.& ibi Panor.& Bero.in rep.n.81.de res.Et est cõis opi.secũd. Deci.in.c.ad audientiã.cõtra gl.ibi.col.1.n.4. de appel. Tenet Ang.Beroius in.c.cõquerẽte. n.15. de rest.spol.Itẽ etiã quãdo est dubiũ, vtrùm quis sit clericꝰ,& tractetur de re spirituali,est pręsumptio pro iudice ecclesiastico,& ipse cognoscit,excluso seculari. Ant.in.c.cæterùm,de iudi.Feli.in.c. pastoralis.col.2.n.4.de res.Dec.ibi.n.2.&in.c.super literis.n.12.eo tit. tx.& Domi.in.ca. si iudex laicus.de sent.excom.li.6.De iure tamẽ Lusitanorũ soli seculari de clericatu fit fides.vt lib.2.ord.tit.1. *en que casos os clerigos.* §. *os clerigos de ordens menores.* Quæ lex nõ videtur admittẽda.cùm sit contra tx.in d.cap.si iudex. Sed practicari poterit, ꝙ illa fides,quę fit de titulo,debet fieri ad instructionẽ,nõ tamẽ ad verã clericatus probationẽ.ex Bal. in l.si qua per calumniam.n.2.C.de episc.& cleri.

Præterea & finaliter pro decisione huius principalis quæstionis,& pro Io.Lup.est regia l.4.ti.1.lib.2,suprà hac compilatio.Et in materia quando allegatur exceptio incompetentiæ coram iudice. adde decis.capellæ Tholosa.210.& ibi Stephan.Auffre.& quæ not.Cassan.in cõs.Burgund. rub.1.§.8.fol.81.nu.3.vbi de iurisdictione cõcessa alicui à Rege,quærit, vtrùm ab eius successore possit tolli.

Quæro si iudex laicus, vel è conuerso pronuntiauit super exceptione incõpetentiæ deuoluendo causam alteri iudici, Vtrùm possit pronuntiatum reuocare,& causam sibi auocare? Et videtur quòd non, siue pronuntiet pro sua iurisdictione, siue cõtra eam.per l.quod iussit.ff.de re iudi.c. in literis.de offic.delegat.Rom.in singul.129.tenet quòd non posst eam reuocare.

Attamen in oppositum cõsului,& obtinui,imò quòd iudex ordinarius, qui se pronuntiauit iudicẽ in aliqua causa,possit illam sententiam reuocare.Bart.in l.ex quacunq; lect.2.n.13.ff.si quis in ius voc.nõ ier.vbi Ias.n.38.Pau.& Rip.in l.quod iussit.n.20.ff.de de iudi.Deci.in.c.cùm cessante. n.14.post Franch.ibi de appellat.Feli.in.c.qualiter.1.n.9.de accusa.Bald.in l.præses.n.3.C.quomodo & quãdo iud.vbi additio. Et est verior opinio secund.Felin.in.c.significantibus.n.1.de offi. delega.Additio.ad Rom.in d.singu.129.Et est cõmunis secund.Rebuff.in d.l.quod iussit.n.108.

Tamen dic,quòd poterit reuocari, cùm sit interlocutoria.l.quod iussit, & ibi Rebuff.ff.de re iud. Vel possumus dicere, quod aut loquimur in delegato,aut in ordinario. In priori casu non potest.Quia si delegatus dicit se incompetentem,nõ habet posteà fundamentum si velit reuocare. In secundo verò est contrarium:quia illi remanet firma iurisdictio ordinaria.Inter interlocutoriam & diffinitiuam sunt plures differentiæ, inter quas ista assignari poterit, & est in nostro proposito singul.& menti tenenda. de quibus agam in l.4.tit. 15.infrà isto libro.3.

Quæro, Vtrùm Papa possit facere,quòd clerici possint cõueniri coram iudice seculari? Videtur ꝙ non. Nã priuilegiũ fori in clericis est inductum à iure diuino,ergo à Papa nõ poterit tolli.Est opinio glo.in cap.si imperator.96.dist.verb.& discuti.Sequitur eam Panormit.nu.23.in cap.at si clerici.de iudic.& in cap.2.num.1.de maio.& obed. Felin.in cap.ecclesia.colum.2.num.6.de constit. Bertrand.consil.182.num.1.lib.1.Andræ.Isernia in peregrina.in 1.constit.Neapolit.rubr.De pœna vniuersitatum, qui erant potestates, & alij officiales.fol.45.colum.4.Matth.de Afflict.in cõstit.Neapolita.lib.1.rubr.67.num.1.Felin.in d. ca.2.de maio.& obed.Ferdi.Loazes in tract.Regis Angliæ.fol.18.col.4.nu.11.Rip.lib.1.responso.c.13.num.7.& est cõmunis secundum Alcia.in c.cum non ab homine.nu.3.de iudic.si ergo priuilegium fori est in clericis de iure diuino, vt inquit

prædict.

prædict. glossa cũ cõmuni, non poterit derogari à summo Põtifice, vt expresse firmat Lud. Roma. sing. 454. Sed an potest Papa? Et est de mẽte Car di. in rep. c. perpẽdimus. de sen. excõ. oppos. 7. co. 7. vers. Secũdã partẽ conclusionis. Quanuis soleat citari ad con- trarium: Item firmat Petr. Lenauderij in tract. de one- rib. doctorũ. 4. part. q. 61. Et aliquot ra- tionib. pbat Doctor Ioã. à Methymna in codice de restitutione. q. 15. in prin. quanuis contrariã partem velit defendere. Et redditur dubia ex notatis ab Alciat. in cap. cum non ab homine. nu. 3. de iudic. & S. Thoma in epistola ad Rom. 13. cap. Tamen à communi conclusione non recedamus. Vide tamen, quæ nouissimè tradit doct. Didac. Couarru. in pract. quæstion. cap. 31. nu. 4.

no puede passar de vna jurisdiction en otra que es agena y estraña [a] della: y del impedimento de la nuestra jurisdiction o señorio ninguno pueda conocer sino nos: y podemos compeller y apremiar a los perlados que simplemente muestren ante nos

Quæri etiã potest, vtrum consuetudo inducere posset, quòd clericus valeat conueniri coram iudice seculari, & habere iurisdictionẽ in eos in quacũque causa ciuili, siue criminali? Et videtur ꝙ non: Nam clerici expressa renũtiatione hoc nõ possũt facere. c. si diligenti. de fo. cõp. ergo nec tacita, & sic nec per consuetudinem introducere poterit. Item quia esset cõtra libertatem ecclesiæ, ac sanctorũ patrũ instituta, & per alia fundamenta, quæ latiùs colligũt Domini de Rota. deci. 839. sub tit. de consu. in antiq. vbi concludunt talem consuetudinem inualidam esse Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. col. 3. nu. 6. Nicol. Milis. in reperto. verb. clericus. fol. 32. col. 1.

Vtrùm autẽ fori priuilegium possit exemptus renuntiare sine Papa, vt Abbas sancti Isidori Legionen. vel Montis Aragonũ, qui sunt immediatè subiecti Papæ? Et videtur ꝙ non, nec prorogare iurisdictionem ordinarij. c. inter dilectos. de dona. c. cum tẽpore. de arbi. vbi etiam docto. firmãt. ꝙ si renuntiat, processus, vel sententia non tenet, cum superioris fauorem respiciat tale priuilegiũ, ne suus subditus iudicetur ab alio. Facit. 2. q. 1. nomen. & c. multi. de in. iu. ca. nimis. Io. And. in reg. Scient. de reg. iur. lib. 6. Panor. in cap. significasti. de for. comp. La. in clem. 1. de sta. mo. Domi. in c. cum nullus. de temp. ordi. lib. 6

In oppositũ huius sententiæ, imò ꝙ valebit processus, est tex. in. c. dilecti. de for. cõpe. vbi priuilegium, quòd Anglici citra mare conueniri nõ possunt, non prodest illi, qui citra mare promisit respondere, vel soluere. capit. nonnulli. de resc. vbi clericus prohibetur trahi vltra duas diætas per rescriptum apostolicum, nisi consentiat: si igitur cõsentiat, poterit vbicunque cõueniri. Et istam partem tenet gloss. pragmati. sanctio. Galli. titulo de causis. §. statuit. in verb. finiantur. numero. 4.

Quid autẽ tenendum sit in hoc articulo? Crederem priorem opinionẽ. Ioann. Andr. & aliorum. Quia ordinarius exẽpti, est Papa, sed sine consensu ordinarij non potest clericus prorogare iurisdictionẽ alterius. c. significasti. de fo. comp. vbi pro forma requiritur consensus sui episcopi vnà cũ renuntiatione facta à persona ecclesiastica: sed vbi forma est inducta à lege, renuntiatio partiũ nõ valet, ergò nec in specie proposita. gl. processus in c. dispẽdia. de resc. lib. 6. Anto. Rubeus refert & sequitur in. l. sed & si quis. §. quæsitũ. col. 3. nu. 9. ff. si quis cautio. Tum etiam, quia tex. in. d. c. significasti. dicit, consentire non possunt. Et est theorica, ꝙ constitutioni prohibitoriæ non possit renuntiari. gl. in. l. à Diuo Pio. ff. de ritu nupt. quã ex plurib. eam laudantibus exornat Tiraq. de iure primogen. q. 24. n. 9. Item quia principalis præeminẽtia est Papæ, & secundariò priuilegiati. cap. si diligenti. de for. comp. ergò in eius iurisdictionis præiudicium non tenuit renuntiatio. Faciunt no. à Ripa in l. miles. in prin. nu. 12. ff. de re iudica. & Corne. consil. 214. lib. 2. vbi loquitur in hac propria materia. Tũ etiam ex gl. & c. 1. de reg. iu. lib. 6. cum plenè ad eã notatis infra lib. 5. tit. 2. l. 4.

a ¶ *Porque la appellacion no puede passar de vna jurisdicion en otra que es agena y estraña.* Appellatio enim in causa iurisdictionis regalis ad regem est interponenda. arg. l. 1. C. vbi, & apud quem cogn. in integ. l. præcipimus. C. de appel. l. Imperatores. ff. eo. Petrus Lenaud. in tract. de oneribus doctorũ. 4. par. q. 83. Facit quod not. Calderi. cõs. 18. sub titul. de consti.

Ex quo infertur, appellari posse ad iudicem secularem à sententia lata ratione iurisdictionis temporalis a clerico, vel eius officiali, quã in feudo habet. Innocen. & Feli. colum. 3. num. 4. in ca. solitæ. de maior. & obed. Suadetur ex Bart. in l. si quando. C. de appella. vbi dixit, quòd si Rex iudicat vt Comes, appellatur ad superiorem in Comitatu, nõ attẽta in Regia dignitate. Sequitur Se-

bastian.Sapia in repet.l.1.num.73. C. qui admitti.& Fel.vbi sup,qui est videndus. & gloss. in capit. Romana.§.debet.verb.in alio.de appella. lib. 6.& Lenaude.in d.quæst. 83. De hoc latiùs agam in tit.16.infrà hoc lib. Itidem de ecclesiastico iudice ratione suæ iurisdictionis temporalis, seu spiritualis ad suũ superiorẽ interponenda est.dict. cap. Romana, & capitulũ, si quis. 2.q.6. Quia cum appellatur in locis ecclesię tẽporali iurisdictioni subiectis,ad episcopum, vel Papam est appellandum. per d. iur. & nota. in capitulo, si duobus. de appell. in §. denique. vbi est ex. ad hoc glo. not.in.c.2.de delict.puero.Cardi. S. Sixti, in capit.si quæ. §. his itaque.num.1. 11. quæst.1. Adde Couarru.in practi. quæstio. capit. 4.num.2. Item in locis subiectis,monasterio, vel ordini religiosorum, qui à sede Apostolica est approbatus, cùm eandem libertatem habeant monasteria, & res eorum, sicut ecclesiæ, vt capitulo quàm sit. & capit.cognouimus.18.quæstio. 2. ca. qui semel. 19. quæstio. 3. Loca enim, quæ antè fuerunt profana, cùm translata sunt in ecclesiam, vel monasterium, statim sortiuntur naturam rerũ ecclesiasticarum,& non possunt duplici iure censeri. capit.cùm in tua.de decim.cap.cognouimus. 12.quæst.2.cap.dilectus. 3. de præbend. in gloss. verb.regis. Temporalia nanq; ecclesiastica sunt à potestate & iurisdictione Regis separata.c.nouerint. 10 quæstio. 2.cap.secundùm canonicam. 23. quæst.8.Est in hoc aduertẽdum,quod ecclesia per omnia vendicat sibi iura principum in terris subiectis ecclesiæ quo ad temporalem iurisdictionem. Vnde Camera Papæ, seu alterius prælati tenent locum fisci.ca.vergentis, & ibi Panorm. de hære. Ioan. Andr. in cap. quia diuersitatem, de concess. præben. Facit clem.1.de hæred.& quæ not. Bald. de constit.consil.18.

su derecho, si alguno tienen sobre la jurisdictiõ, que en nuestros reynos a nos pertenece a.

¶ *Ley III. Que el lego no emplaze al lego ante juez ecclesiastico.*

¶El Rey don Alõso en Madrid.
¶El Rey don Enrique II. en Toro.
¶El Rey don Iuan II. en Palençuela. Año de xxv.
¶El Rey don Iuan II. en Zamora. Año de xxij.
¶El mismo en Madrid. Año de xxiij.
¶El mismo en Valladolid. Año de xlvij.

ADDICION.

¶*Esta ley se contiene en la ley 10.tit.1.lib.4.Recopil.*

ORdenamos, que ningũ lego b sea osado d citar c ni

a ¶ *A nos pertenesce.* Pro Rege est præsumptio iurisdictionis, per ea, quæ dicta sunt in l. 1. suprà isto tit.in 1.glos.& habens præsumptionem iuris, dicitur habere liquidissimam probationem. glos. in l.1.tutor.C.de peri.tuto.Barba.in cap. pe. col.pe. nu.18.de proba.Ias.cons.25.col.1. versi. quis debeat probare.lib.1.Dixi ad Segur.in rep.l.3.§.fi. nu.82.ff.de lib.& posthum. ergo neganti incumbit probatio, vt hîc dicitur.arg.1.l.C.de rei vendica.Et est.l.8.tit.14.infrà eod.lib.tertio.

Lex III.

b ¶ *Lego.* Vtrũ commendatores & milites Sancti Iacobi de spatha & alij ordinũ Calatraue & Alcantarę, qui sunt in hoc Regno gaudeant priuilegio fori, cum ducant vxores, & viuant sicut laici? de qua quæstione nouissimè agit ad partes Grego.Lupus in l.1.in gloss.1. tit. 7.par.1.vbi vid.nam si haberentur loco laicorum sine pœna huius legis non possent conueniri coram ecclesiastico iudice, idem de sororibus tertij ordinis Sancti Francisci.de quibus in l.19.titu. 4. lib.4.ordin.infrà.

c ¶*Citar.* Quæ sit citatio,& alia plura in materia dicam in l.1.infrà. tit. proxi. Intellige istam legem procedere per solã citationẽ corã iudice ecclesiastico factam.ibi,*citar, ni emplazar.* Et sic ipso facto, nõ obstãte pœnitentia citãs laicũ corã ecclesiastico,erit puniendus pœna huius legis. Facit. l. quis sit fugitiuus, ibi, nemo enim pœnitentia sua nocẽs esse desinit.ff.de ædil.edict.& ibi gl.verb. pœnitentia. Cõfirmatur ex Bar.in l.amplius non peti.nu.6.ff.rem ratam habere.dicente, quòd si quis sub pœna promittat alium in ius nõ vocaturum, quod pœna per solam citationem committitur.l. quàuis.ff.de in ius voc. Refert.Georg.Nat.in rep. clem.Sępe.in princ.verb.causas col. 8. de verbo. signif.Bald.in authent. Habita. C. ne fil. pro patre.num.46.& in terminis Panor.in ca.significantibus.nu.2.de lib.oblatio. vbi sic verba facit, nota.2.ibi, tracti fuissent. Quòd quis dicitur trahi per solam citationem ante libelli oblationem, & litis contestationem. Quod facit ad statuta imponentia pœnam trahenti aliquem ad certum iudicium. Et hoc aptissimum est ad confirmationem, & intellectum huius legis, cum hîc sola citatio fit in cõsideratione. Adde est l.5. & l.7. infrà hoc tit. & l.19.in comitijs Madritijs anno.1528.vbi est approbata, & confirmata hæc dispositio. Ratio

tio fratum legum est: quia quis non est extrahendus ad vetitum forũ, sed in suo foro est conueniendus. l. iuris ordinem. C. de iud. omn. iudi. c. cùm sit generale. de for. comp. Socin. in tract. fallẽ. regul. 401. l. 32. tit. 2. par. 3. l. 25. libro pragmatica, arguẽdo à casu speciali cessante. Fallit quando iudex secularis esset negligens in administranda iustitia miserabilibus personis, nec tenentur recurrere ad Regem, sed sufficit negligentia primi iudicis, ne cogantur litigare extra propria loca, alibi quærentes iustitiam. Innocent. in capit. significantibus. de offi. delega. Cum quo est communis opinio secundùm Gregor. Lopez in l. 48. in verb. *a dezir al Rey.* titulo sexto. partita prima. Sed hîc intelligo, quando esset nimis pauper vidua, vel minor, & non haberet expensas ad accedẽdum pro adipiscenda iustitia ad Regem, vel quia esset *in Indijs,* vel partibus remotis à loco sui fori, aliàs non consulerem, nisi esset ad propulsandam iniustitiam, si esset periculum in mora. Fallit in scholaribus, qui possunt in ius vocare suos debitores coram cãcellario Salmantino, & eos ibi conuenire: per d. l. 25. quamuis talis scholaris esset laicus, quia non insignitus aliquo ordine ecclesiastico, vt pote in prima consura, per priuilegium studio Salmantino concessum.

Sed est dubium, Vtrùm hoc priuilegium possit ab scholaribus renuntiari, & se submittere possint Regiæ maiestatis iurisdictioni, taliter, quòd eos deinceps citans coram ecclesiastico iudice, sit puniendus pœna huius legis? Et videtur quòd non, quia est fauor totius Collegij scholarium, ac dignitatis scholasticæ: ergo renuntiatio non valet, quòd quis studeat, & vocetur scholaris, & velit onera, vel commoda sui collegij refellere, & à se abijcere contra suum factum. argum. cap. contingit. de sentent. excommun. cap. si diligenti. de foro compet. In contrarium est, quòd fori priuilegium potest renuntiari. l. si quis in conscribendo. C. de episco. & cleri. & l. si quis in conscribendo. C. de pact. ergo post renuntiationem factam in forma coram publico notario, numeralią; Regio istius ciuitatis, non est scholaris dicendus, sed secularis, & laicus.

Constat prætereà. Nam matricula est introducta in fauorem nostrum, & eam omittens, priuatur consortio vniuersitatis, vt hisce verbis suadet constitutio. 4. nostræ vniuersitatis. Item statuimus & ordinamus, quod Rector in principio sui officij infra sex dies post eius creationẽ faciat per Scholas moneri publicè Licentiatos, Bacchalaureos, & studẽtes vniuersos, & beneficiatos in Salmanticensi ecclesia, vt infrà sex dies huiusmodi a omnes & singuli veniant ad iurandum, prout inferius est scriptum. Et si prædictum præstare recusauerint, aut neglexerint infrà ipsos sex dies iuramentum, sint ipsis elapsis à consortio vniuersitatis priuati quo ad suum commodum, & honore, donec iuramenti vinculo se astrinxerint. Idem dicitur in constitutione seq. 5. Id autem, quod in fauorem alicuius est introductum, potest liberè renuntiari. cap. ad Apostolicam. de regula. & ibi glo. si ad hoc aliàs compellerentur, retorqueretur in odium scholarium, quod tamen non est dicendum. l. quod fauore. C. de legib. Facit glos. ordi. in Clem. 2. de testi. verb. producere. ibi, intellige contra partem inuitam. Iaso. in l. patre. num. 20. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Item constat: quia priuilegium istud recusatione, vel negligentia perditur ipsius studẽtis tantùm abijciẽtis matriculam, vt per dictas constitutiones: ergo remitti potest per ipsum sine consensu scholastici. Et sic eo ipso, quòd reperiretur nomen suum abrasum, & deletum à matricula vnà cum renuntiatione, ipse sine pœna huius legis nõ posset conuenire, nec conueniri coram scholastico Salmantino. Quia non est scholaris, cùm non reperiatur eo tempore in matricula, quod est peculiare ac necessarium requisitum ad hoc, vt dici possit scholasticus, vt in dictis constitutionibus. & in dict. l. 25. lib. pragmatica. versic. *Otrosi porque somos informados.* l. matriculam. C. de agend. in reb. libro. 12. Bald. *in authent.* habita. C. ne fil. pro patr. Bart. in l. 1. C. de his qui in exil. dati. vel. &c. libro. 10. vbi dicit, quòd scholaris condemnatus & priuatus priuilegijs suis si restituatur, non gaudet eisdem, nisi *iterum matriculetur.* glo. verb. vniuersitates. in Prag. sanctio. Galli. tit. de collatio. §. itẽ quod ad dictas. Et præsumitur pro matricula. Alciat. de præsum. reg. 3. præsum. 17. num. 1.

Item ꝙ quis audiat aliquam scientiam, vel in studio generali à præceptoribus, vel in particulari, vel solus iam audita relegat, & priuato studio operã det literis, non propterea dicitur *scholaris,* nec immatriculari teneretur, quia scientiam iuxta sui animi desiderium appetit, non tamen priuilegium fori ecclesiastici, nec aliud priuilegium studentibus concessum, cùm recuset matriculari. Si enim contrarium esset verũ, sequeretur, ꝙ nobiles stantes Salmãticæ, præcipuè *illi,* qui quondã fuerũt scholares, & mutato *habitu seu statu* recesserũt ab actibus scholasticis publicè (quod si studeant priuatim, vt scholares studere solent, vel solatij causa, vt Illustrissimus Comestabilis, & Salmanticæ Dominus Petrus à Fonseca, & alij plures) essent iudicandi scholastici, ac studio durante, si hic residerent, essent sub ditione scholastica, quod tamen non est dicendũ: & hoc etiam si audiat: quia cõmunicatio scientiæ, omnibus ad eam accedere volentibus est communis, nec accessus est

est prohibendus, sed gratis dandus.

Item notiorium est, quòd iurisdictio fundatur in matricula, vt est dictũ, si ibi non reperitur, cessante omni fraude. argum. cap. vn. de renunt. li. 6. ibi, dummodo de præmissa fraude, &c. Ergo si de dolo non constat, non est de iurisdictione Cancellarij, & processus erit nullus. c. atsi clerici. de iudi. glo. in Clem. vn. de sequest. possess. & fruct. in glo. fin. Qualem te inuenero, talem te iudicabo. c. si iudex. de senten. excom. lib. 6.

Item animus inducit forũ, vel ipsum pellit, ex eo, quòd facit actus id declarantes. Bart. in l. naturalem. §. pauonum. nu. 2. aliàs. §. apium. ff. de acqu. rer. dom. & in l. lex Cornelia. §. si tamẽ. col. 1. n. 1. ff. de inin. & ibi addi. Et ꝙ possit renuntiari forus, est glo. in l. si conuenerit. ff. de iur. om. iudi. in gl. fi.

Ex quo infertur, ꝙ si scholaris deposuerit animum residẽdi in studio, quia fixit sedes suas in patria, iam non habet priuilegium matriculæ. vt per Barto. in locis præmissis. quanuis alias duret per quinque annos matricula. glo. in d. pragma. sanct. Galli. tit. de collar. §. item quod in verb. residebũt d. Pragm. 25. in fi. igitur & in casu proposito. Nõ obstat. c. si diligenti. quia loquitur in clericis ratione ordinis, & in materia fauorabili, vt iurisdictio ordinaria, quæ est naturalis, conseruetur, & in casu expresso, in quo non licet immorari: nos loquimur in scholaribus, qui non sunt huiusmodi. & in diuerso foro, vt quis conueniatur, vel conueniat extra locum iurisdictionis, & inducta à iure, ideò restringenda. Quia de facili reuertitur quis ad suã primordialem originem, cùm in habentibus symbolum facilis sit transitus. Non obstat insuper, quòd sit in fauorem scholasticæ dignitatis, quia non est principaliter, sed tantum pro conseruatione constitutionum vniuersitatis, & in casibus, in quibus locum habent: non tamen vbi quis non est scholaris modo præmisso, quia inuito non conceditur beneficium. Item probatur ex d. l. si quis in conscribendo. vbi non consideratur ad valorẽ renuntiationis fori dignitas, seu fauor iudicis, sed cõsensus renuntiantis.

Dubitari tamen poterit, Vtrùm qui ex aliqua causa motus renuntiauit expressè vel tacitè priuilegium scholarium, ac fori, si habeat animum non vtendi eo in suũ fauorem etiam si casus contingeret, an sit tutus in conscientia non se matriculando, & immunis à cẽsuris aduersus scholares nõ se matriculantes latis? Respondendum quòd sic per prædicta in superiori quæstione: quia nõ vult vti honoribus, nec emolumentis, seu priuilegijs ideo recusat matriculam, Ergo nec ligabitur censuris, quia potuit suum priuilegium negligere tam in foro fori, quàm animæ. Item quia non est scholaris, & cessat iurisdictio ipsius. c. 2. de constit. lib. 6. l. fi. ff. de iurisd. omn. iudi. nec erit periurij crimine annotandus, præmissa ratione. Quia quamuis iuramentum fiat dignitati, est annale, quoniam præcipitur annuatim fieri nouo Rectori in consti. 4. vniuersitatis: ergo nõ tenetur obedire ei nisi ratione noui iuramenti: & si ipsum facere recusauerit, vel neglexerit, priuatur commodis vniuersitati concessis.

Quæro in causa huius legis, Quis poterit prosequi actionem contra delinquentem? Respõde ꝙ fiscus Regis ad delationẽ accusatoris, vel alterius personæ, & expensis Cameræ Regalis: quia eius nomine, & de conseruanda sua iurisdictione agitur. Et ita statuatur. Dixi, ad delationẽ: quia fiscus non poterit aliter reum accusare. l. 45. in versicu. *Yo el Rey fago saber.* lib. prag. fol. 36. & l. 3. tit. 12. li. 2. suprà. ibi, *que mi merced y volũtad es, que mis procuradores fiscales, y promotores de la mi justicia, ni alguno dellos no puedã accusar persona, ni personas algunas, ni cõcejo, ni vniuersidades, ni otros qualesquier de qualquier ley estado, o cõdicion, preeminẽcia, o dignidad que sean, ni les demandar, ni denunciar cõtra ellos en mi nõbre, y de la mi camara, y fisco, ni dela justicia sin dar primero delator delas circunstancias, y demandas, y denunciaciones ante vos, o ante qualesquier de vos ante quien las han puesto, o pusieren, &c.* Nota eam legem.

Quæro insuper. Scholaris coniugatus, habens officium publicum, ex quo communiter acquirit victum, vt Barbitonsor, vel huiusmodi, si citet aliquem laicum coram Cancellario Salmantino an sit puniendus pœna istius legis?

Et videtur primò ꝙ non: quia priuilegiũ scholaribus concessum, est statutum iuris humani, & à Rege potuit limitari, & declarari, seu in totum tolli, vt est notum: sed principalis maiestas prohibuit scholaribus habentibus officium ex quo cõmuniter viuũt, vti officiales populi. l. 25. lib. pragma. ergo in specie proposita laicus est censendus, ac proinde citando laicum coram iudice ecclesiastico, est puniendus pœnis contentis in hoc edicto. Item secũdo, Sholares sunt vt in plurimùm laici, ergo de illis iudicandum est vt de laicis, nisi expressè priuilegio fori reperiantur muniti: sed prædictus Barbitonsor scholaris est exceptus, igitur quanuis sit scholaris, non debet gaudere priuilegio fori.

Item tertiò, causa impulsiua cessante, sicut fuit Calphurnia, non cessat iuris dispositio, ꝙ mulieres possint fungi aduocationis officio, quanuis non essent ita importunæ, & inueterandæ, quemadmodũ fuit Calphurnia, quæ dedit causam edicto. l. 1. §. secundo. ff. de posth. Et Hippoly. aliqua scribit in l. etiam si redditibus. num. 4. ff. de quæst. vbi cessante causa, non cessat effectus: ergo quanuis constitutio fuit facta ob fraudes vitandas, quia isti

isti tantùm studebant formaliter, & non realiter (cùm nemo, testante Christo, duobus dominis inseruire posit) ad defraudandam regiam iurisdictionem, & si qui sint qui verè studeant, nihilominus non facient cessare dispositionem Regiam ratione præmissa.

In oppositum facit primò. Nam omnes scholares sunt qui verè student, & sunt in matricula, & sortiri debent priuilegium matriculæ. const. 4. & 5. Vniuersitatis: sed officium publicum habens talis ostenditur, ergo non debet diuerso iure censeri. cap. cùm in tua, de decim.

Item secundò. Pæna priuationis priuilegij vti odiosa non debet extendi vltra casum, in quo loquitur. c. statutum, de electio. lib. 6. glo. sing. in ca. fi. de iure patrona. Dixi ad Segur. de bonis lucrat. constan. mat. nu. 66. c. is qui. de sentent. excommu. lib. 6. Sed illi, qui verè student, nō sunt priuati per d. l. 25. vers. *Item que los boticarios.* ibi, *porque aquello paresce que se haze solamente a fin de gozar de las libertades, y no de aprouechar en el estudio.* Ergo si constat, quòd sunt prouecti, & vtiliter absq; fraude studeant. cessat hæc præsumptio, & sic debet iudicari scholaris. Quia vna præsumptio excludit aliam, & veritas facit cessare fictionem.

Item & tertiò. Id quod iudicatur de capite, iudicandum est de membris. c. cùm non liceat à capite membra recedere. de præscriptio. Sed rector Vniuersitatis est clericus, vt habetur in constit. 1. vniuersita. de eo & de consiliarijs. ibi, Ita tamen quòd si clerici non coniugati. ac proinde totum contentum sub eo censetur ecclesiasticum, ac ab eo est appellādum ad Papam, vt probat Petrus Lenauderius in lib. de oneribus doctorum. 4. part. quæst. 83. incip. Quæro ad quem sit appellandū. Si ergo est scholaris & ecclesiastica persona, poterit conuenire & conueniri coram ecclesiastico iudice. authen. Habito. C. ne filius pro patr. Nā cui conueniunt verba edicti, & eius dispositio competere debet.

Item quartò. Certum est, quòd quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo. glo. in l. plagij criminis. 2. C. ad l. Flaui. de plagia. Facit glos. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appella. glo. in l. 1. ff. de abige. notat Bart. & ibi Alexan. ad eum in l. 1. §. 1. ff. si quis testa. liber. iuss. fue. Idem Bart. in l. 1. vbi de caus. status. Iaso. consi. 153. nume. 2. lib. 2. & consi. 86. num. 4. lib. 3. Et est opinio communis secundùm Boeri. decis. 168. num. 11. Si igitur potuit cogitare quòd erat scholaris, & hac ratione institutum à dict. pragmat. potuit verisimiliter ignorare quæ tollit priuilegia scholaribus habētibus pergulam publicā seu officiū, quòd nō possint citare laicos coram Cancellario, ergo consequens erit, ꝙ per citationem ab eo factam non erit puniendus pæna istius legis. Præterea nulla fraus est, quando quis verè studet, & ad sustentationem propriam aliquod officiū exercet, vt melius posit studere. nam ex intentione & facto dānato deriuatur delictum. l. illud. ff. de iniur. c. illud relatum. 15. q. 1. sed hic cessat talis intentio: ergo & dispositio huius legis. c. magnæ. cum sua glo. de voto.

Item & quintò. Intentio Principis & Domini nostri Regis Ferdinandi non fuit obijcere impedimentum pauperibus ad hoc vt retraherentur ex defectu victus ab exercitio literarum, imò eos allicere & inuitare multis priuilegijs. authen. Habita. C. ne filius pro pat. & ibi Petr. Rebuffus, & colligitur ex §. in summa. in prooemi. Instit. qui tamen impediret, si artificium, seu quæstum ingeniosum, & licitum euitaret cum quo scholaris in studio, vbi sunt innumerabiles expensæ, posset sibi opem præstare, casu quo non habeat vnde victum sibi suppeditare queat. De qua quidem causa si princeps statuens, vel noster Rex Philippus fuissent rogati, idem statuisset, vel nunc declarasset locum non habere in vero scholari. ex glo. in l. tale pactū. §. fi. ff. de pact. Segur. in repet. l. Imperator. nu. 39. vbi latè scripsi. ff. ad Trebel. Mēs enim potius quàm verba legis intuenda sunt. cap. intelligentia. de verb. signif. Segura. loco proximè citato. Ergo ex promissis tenēdum erit, quòd verè scholaris etiam si laboret publicè in aliquo officio, & sibi quærat victum, non erit priuandus priuilegiō fori, vt conueniri & conuenire posit. per prædicta, coram Salmantino iudice scholarum. Crederem tamē opinionem illam tutiorem, quòd talis scholaris cēseatur laicus, vt cessent fraudes. Et in actu practico bis vidi processum per pœnam istius legis contra scholarem habentem officium publicè, vt inquit præmissa. l. 25. Et facit. l. 6. & 7. tit. 31. part. 2.

Præterea est dubium, Vtrum pæna huius legis posit minui per iudicē ex causa paupertatis, vel ex alia verisimili, vt quia erat bonus vir, & ignorans, seu minor citans laicum coram Cancellario, taliter ꝙ apparet sine dolo fecisse? Et responde ꝙ posit in casu præmisso, vt colligitur ex Parid. de Puteo. in tract. syndica. verb. compositio. num. 1. fol. 96. col. 2. Andræ. de Iserni. in titu. Quæ sunt regalia vers. & bona. col. 3. Feli. in c. qualiter & quādo. §. ad corrigendos. nu. 29. de accusatio. Thom. Grammat. voto. 20. nu. 3. & est opinio communis secundùm Francisc. de Areti. in dict. cap. qualiter & quando. n. 24. & Couar. lib. 2. variar. resolu. cap. 9. num. 8. versi. 12. cum crimina sint. Pro qua opi. est Regia. l. 8. ad fin. tit. 31. part. 7. ibi, *pueden crecer, o menguar segun lo entendieren q̄ es guisado, y lo deuen fazer, &c.* Pæna ad idem est l. 4. tit. 22. part. 3. Orosci. in l. omnibus. n. 12. ff. si quis ius dic. non

obtempera tamen quando modificatur pœna cessio debet esse in ipsa sententia, non post. Panor. in c. nisi specialis, de offi. deleg. Innoc. in c. dilectus. de temp. ordi. Deci. in ca. at si clerici. §. de adulterijs. nu. 4. de iudi. & ibi dixi, quod quandò ex causa, hoc fieri debet in sententia, quando ex dispensatione etiam post latam secundum eosdem.

emplazar a otro lego a delãte el juez dela yglesia, ni hazer, ni otorgar obligació sobre si a q se someta a la jurisdició ecclesiastica sobre deudas, o cosas pfanas a la yglesia no pertenesciétes, y si lo hiziere, mandamos q̃ por el mismo hecho

Quæro, Vtrum debitor pœnæ pecuniariæ pro delicto si velit cessionem bonorum facere pro parte pœnę, vel pro tota vt liberetur à carceribus, sit admittẽdus, quemadmodum fit in ciuilibus causis, vt per totum. ff. & C. de cessio. bonorum? Videtur dicendum quòd talis cessio erit admittenda: quia tam in debito descendenti ex causa ciuili sicut in debito ex causa criminali versatur eadem æquitas, cùm iste exhibet omnia bona sua, vt se liberet à carcere. Ergo idem ius versari debet. l. illud. ff. de acquir. hæred. Facit pragm. 9. in pragmaticis Caroli Cæsaris anni 1552. *De la orden que se ha de tener de aqui adelante en la caça, y pesca, &c.* in qua decisum est locum habere cessionem in debitis ex prædicto modo descendentibus.

In contrarium versatur nostra responsio, imò quod non habens in bonis, teneatur luere in corpore. l. si. ff. de in ius vocan. & ibi glo. fi. c. ad liberandum. & ibi Feli. nu. 2. de Iudæ. Gomes. vbi cõcord. citat post gl. in §. item si quis in furadem. nu. 42. Instit. de actio. l. 12. tit. 9. part. 7. Igitur cessio non est admittenda in casu nostræ legis, cùm debitum descendat ex delicto. ex Fab. in §. cum eo quoque. col. 2. Instit. de actio. vbi Plate. Bald. Angel. & Iaso. n. 13. Fab. in l. 1. C. qui bonis ced. poss. Innocen. & Barb. in cap. Odoardus. de solut. & in cap. finem litibus. de dol. & contu. Nicol. Boeri. decisi. 349. num. 8. Sic igitur concludunt prædicti, quod cessio bonorum non admittitur quando cunque quis tenetur ex delicto, vel quasi, sed pœna pecuniaria resoluitur in corporalem. per d. l. fi. cum alijs iuribus præcitatis etiam si talis deficeret in vno nummo haberet locum prædicta regula secundum Baldum in l. cum sit. C. de sepul. violat. Felin. in dict. cap. ad liberandum. num. 4. Iaso. in l. 2. num. 60. C. de iure emphyteu. Confirmatur ex pluribus decisio. adductis à Tiraquell. in lib. 2. de retract. §. 4. gloss. 1. num. 25. cum sequentib. Et sic teneo, quod cessio non habeat locum, sed debeat puniri in corpore. per dict. l. fin. Non obstat. d. pragm. 9. quia loquitur quãdo quis detinetur pro damnis, interesse, seu expensis ad petitionem partis ei debitis incidenter post pœnã criminis furti, vel delicti delinquentibus impositam.

Secus si principaliter esset statuta pœna pecuniaria pro crimine, vt hîc, & sic succederet pœna corporalis, vel relegationis, arbitrio iudicis attenta qualitate delicti: quia interest reipub. q̃ delicta puniantur. c. vt fame. de sent. excom. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. Cum ergo in præmissa pragma. 9. deficiant verba legis, debet eius dispositio cessare. l. vbi autem. in prin. ff. de ad mi. tut. l. 4. §. prætor. vers. toties. ff. de dam. infect. l. si seruũ. §. nõ dixit Prętor. ff. de acq. hær. Corn. cõs. 133. col. 1. n. 2. lib. 2. Et sic est tenẽdũ, q̃ in pœna hîc statuta non habeat locum cessio bonorum.

Vlterius dubitatur. Sunt duo correi debendi, (*vulgo mancomunados*) in eodem instrumento, & obligatione, quorum vnus est clericus, Vtrum citans eos coram iudice ecclesiæ, debeat mulctari pœna istius legis, si sit laicus? Et videtur quòd sic quia pœna adijcitur pro facto improbato citanti, vt hîc constat, quod commissum est eo ipso, quòd laicum sibi obligatum citauit coram ecclesiastico: quia vnusquisque potuit & debuit conueniri suo foro, cuius contrarium hic fecit: ergo, &c.

Ampliatur secundo, quòd in tantum libellus est in scriptis offerendus, quin & illud procedat, etiam si in iudicio actor notario dictet petitionẽ suam, ac postulet, vt in acta redigat in scriptis, actionemque, quam intendit proponere. gloss. in l.in sacris.verb.depositione. C. de proxim. sacro.scrini.lib.12.& ibi Bart. Sebast. Sapia. in rep. l.ius dicentis.nu.59.ff.de iur.omn.iud.Et est opinio communis secundùm Ioan. Orosc.in 1.actione.nu.41.ff.de edend.Hodie tamen de iure regni hæc communis non procedit, dummodo petitio apud acta, à notarioq; in scriptis sit redacta, siue in scriptis,aut viua voce petentis sit declarata, secundum Ioan. Orosc. vbi suprà. Est l.11.tit.1.lib. isto,3.suprà.Mirumq; est secundum eum, quantum de scrupulosa iuris solennitate & duritie lex illa remittat idem videtur sentire Greg. Lop.in l. 41.in gloss.prima.titulo secundo.part.tertia quatenus hodie se remittit.ad d.l.vndecimam.tit. 11. lib.3.ord. De iure tamen Portugaliæ requiritur libellus in scriptis.vt habetur in §.13.tit.15.lib.3. ord. Lusitaniæ.Et ibidem tit.19.§. vnico. De iure etiam regni requiritur petitio in scriptis.l.42.c.1. ibi,*ha de presentar su demanda*.lib.pragm.regũ. Catholi. Quod proculdubio apud regia tribunalia. est in vsu:nunquam enim in regio auditorio fuit admissus libellus nisi in scriptis secundum Io. Matienço in dialogo relatoris.3.par.ca.43.nu.1.pragmatica regia nouissima enim est leg. 11. ordin. ideoque reuocat eam.l. si quis in principio. ff. de legat.3.

Sunt etiam plures casus, in quibus etiam attenta iuris solennitate, non requiritur libellus, quos explicat Specul. 2. part. de libellorum cõceptio. §.nunc.dicendum est.nu.1 cũ seq.ad 50.vsque ad viginti & vnum Socin.in tract.regul. cum fallen. regul.223.Alciat.refert.47.in pract.fol. 69. vers. In quibus causis offeratur libellus, vel non Singulariter ad 30.vsque declarat Ioãnes de Vicomercato.in rep.l.edita.nu.29.col.6 vers.primo fallit regulariter in causis summarijs. C. de edend. Angles in cap. 36. verb. summarias.in capitibus Prætorum.Iaf.consil.9.lib.1.& in dict. tit. 19.§.vni.lib. 3.ordin.Lusit.regni.

Secũda regula principaliter fit. Libellus debet esse clarus, concludens petitionem agentis, per quem demõstretur species futuræ litis sine aliquã incertitudine,aliàs non valeret.l.1.ff.de edend. c. fin.vbi Ancha.notab.4.num.3. de libelli oblatio. tx.in l.ne causas.ibi,quoniã verendũ est,ne lis incognito negotio dirimatur, adempta copia cõquerendi.C.de appella.c.cum clamor.de testib.c.literæ.de dilatio.c.cõstitutis.de religio.domi.l.fi. C. de an.exceptio.Marian.Socin.in c.1. notab.7.& in c.2.art.2.de libelli obla.Iaf.in l. edita nu. 6. C. de edend.& in.§.omniũ.nu.125.Insti.de actio. & in l.si per errorem.nu.19.ff.de iu.om. iudi. & in l. 1.ff.de edend.& in l.cùm quid.lect.1.nu.26. ff.si cert.pet.Soc.in.l.certi cõdictio.eod.tit.& in tracta.reg.cũ fal.reg.234.Firmian. in reperto. verb. libellus generalis. Celf. in additio.ad Lanfranc.in d.c.quoniam contra.n.24.in verb. non procedit. declarat Ioã.Orosc.in l.actione.n.34 ff. de eden. Purpurat.in d.l.edita.col.3.nu.5.& 8.versic.Secũdò ex eo quod de claritate.Ex qua constat primò, quod libellus non debet esse generalis,sed specialis, habita consideratione rei petitæ. l. forma. ff. de censib.l.si in rẽ.ff.de rei vend.l.25. tit. 2. part. 3.l.4.in ordin.iudiciali. & Aranzeli tabellio. Spe. de libello.conceptio.§.iuxta.nu.10.Maria. Soci. in c.2 art.9.principal.de libel.oblatio. Si quidem ex facti narratione non potest colligi quæ sit quãtitas,res, seu factum contentum in libello, libellus nullus erit. Bald.in l.edita.nu.22 & in rep. Paduana.nu.63.col.11.C.de edend.

Secundò infertur,quod obijciens simulationem aduersus contractum, species simulationis exprimere debet.Paul.de Cast.in l.iuris gentium. §.dolo malo.nu.2.ff.de pact.

Infertur tertiò,ratio decidendi ad tex. in capit. pia.§.si quis igitur. de excep. lib. 6. vbi statuitur obijcientem exceptionem excommunicationis contra aliquem, constrictum esse ad declarandam speciem ipsius, nempe quæ, qualis, & à quo iudice fuerit lata.Ratio est:nam exceptio obscura, vel generalis non releuat. Barto.in l.1.col.3.ff.de exceptio. Alexand.consil.29.nu.28.lib.7. Sed generalitas parit obscuritatem.l.fi. C.de annali.exceptio:ergo,&c.

Si tamen declaratio incertitudinis non sit in potestate actoris,admittitur libellus generalis, & incertus.l.1.§. qui autem. ff. quorum lega. Facit elegans dictum Innoc.in capit. 2. de libell. oblat. quod ex quacunque causa creditor probabiliter dubitat, admittitur libellus incertus. Refert alia adducens Claudi. Marnerius in repet. l. natura-

liter.§.nihil commune.num.111.ff. de acquirend. possessio. Hoc etiam est verum non solum quando incertitudo prouenit facto aduersarij, sed etiā quando venit ex quocunque errore probabili. Innocen.in cap.constitutus.de in integr.restitutio. Angel.& Ias.in §.sed iste.colun.6.Insti.de actio. Est singulare & egregium dictum secūdum Claudium in d.§.nihil commune.num.110.Idem probat Socin.in tractat.regula.cum fallen.regul.234 fallen.2.Ioann. Coras. in l. qui liberos. num.48. ff.de rit. nuptia. Et patet in obligatione alternatiua, in qua electio regulariter est debitoris.l. vbi autem nō apparet. §. qui illud.ff.de verbor. obligationib.l.plerunque. ff.de iure doti. Et in petitione eius quod interest: id enim cum non ex potestate actoris, sed ex subtilitate iudicis pendeat. l. vnica. C. de sentent.quæ pro eo quod interest.admittitur in eo libellus incertus. gloss. in l. certi condictio.ff.si cert.pet.plenè Barto.in l. stipulationes non diuiduntur.colum. fina. de verborum obligationib.Ioann. Coras. loco & numero præcitato.

Fallit etiam in iudicijs vniuersalibus. vt in petitione hæreditatis, societatis, vel huiusmodi. l.4. in ordina.iudicialibus, & Arauzeli tabelli.l. 26. & ibi Montalo.tit.2.pat. 3. Adde Barto. & Thom. Parpali.in rubr.ff.solut.matrim.colum. fin. num. 30.glo.in cap.2.de lib.obla.

Libellus autem generalis & incertus si pars nō opponit, & sententia super eo feratur, sustineri possit, cap.abbate.de re iudi. lib. 6. gloss.& doct. per tex.ibi in l. fin. C.de annal.excep. Lanfranc. in cap.quoniam contra.verb.petitiones.num.24. de probat.Sebast.Vanti.de nullit. ex defectu processus, pag.297.nume.26.decis. in l. omne. num. 8.ff. de offici. assesso. & in l. edita. num. 5. C.de edend.

Vanti.vbi suprà limitat non procedere in causis criminalibus, etiam parte non opponente. Idē probat Cels.ad Lanfran.loco præcitato, qui alios ad id allegant.

Intellige etiam, quod est necesse in caussis ciuilibus, quod omnino declaretur pendente iudicio, aliàs super eo non posset ferri sententia secundùm Bart.in l.si mater. ff. de rei vend. Panormit. in cap. 1.de libello.oblatio. Quod semper est menti tenendum secundum Bulgarinum de Bulgari. in repet. rubr. ff. de solut. matrim. num.17. versic.Et addit circa libellum. Adde Robert. Maranta, in specul.aduocato.de ordi iudic.6. part. pag. 295. num. 16. Decius in l. edita. num. 8. C. de edendo.

Tertia regula sit. Libellus non debet continere alternationem causarum, quæ obscuritatem & incertitudinem induceret. Socin.in cap. 2. nume. 12.de libell.oblatio.Iaso.in.§. sed iste. nume. 70. de actio.

Quarta regula. Libellus nō debet continere cōditionem, sed purè est proponendus. Socin. vbi suprà.vers. Quinta regula. vbi ponit quatuor casus, in quibus procedit libellus conditionalis.

Quinta regula. In causa ciuili non est tempus & locus explicandus in petitione, nisi in actione famosa.Bart.in l. 1. ff.de edend. Si tamen in causis ciuilibus peteretur, faciendum erit, vt reus exceptionem præscriptionis in suum fauorem allegare possit.Alexand.in dict.l.1.num.31.Et actor cautè agit, si ponat tempus oblationis propter interrumpendam præscriptionem. l. si quis. C. de præscript. 30. anno.Alciat.in practi.§. actoris aduocatus.fol.72.colum. 1. nec debet facere mentionem de iure aduersarij, si quod habere prætendit. Lanfranch. vbi suprà num. 29. nam esset visus fateri: nisi dicat, casu negato, & non concesso,&c.

Sexta regula. In causis criminalibus seruanda est solennitas.l.libellorū.ff.de accusa.videlicet, locus cōmissi criminis, annus, mēsis, indictio, regnatio Imperatoris.gloss.in l.in causis.verb. secretarium.C.de accusat. Simile in princip. Institu. de publi.iudi.verb.& instituendis.Robert. Marant. in Specul. aduocato. 6. part. de libelli oblatio. num.6.l.14.tit.primo.part. 7. vbi videtur, quod non sit necessarium nomen Regis in libello accusatorio: de consuetudine tamen seruatur contrarium, imò quod semper apponitur nomen Regis secundum Gregor.Lopez in dict.l.14.verb. *lo jaze*. Debet etiam iurare, quod talem accusationem non interponit de malitia, sed ob consequendam iustitiam.dict.l. 14.notat ibi Gregor. Lopez post Alberic.in dict.libellorum. Angel. & Augusti.in tract. de malefi.verbo.& ad querelam.nu.4. in libello tamen accusatorio sufficit dicere, in vno die talis mensis, nempe Octobris Anni. 1558. nisi à reo declaratio postuletur fortè ad coarctandam negatiuam loco & tempore, nam tunc tenetur explicare diem commissi criminis.Bart. in leg. is qui reus.colum.3.ff.de publ.iudi. Iaso. in l. 2. §.si quis Ephes.ff.de eo quod cert. loco, colum. 1. & 2. Areti. in cap. qualiter. §. debet. nume. 117. de accusatio. Et est opinio magis communis, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum secundùm Iaso. in dicto. §. si quis Ephesi. columna secunda post med. Gregorius Lopez notat. in dict. l. 14. verb. *et mes*. iusta causa existente, nempe ad rei defensionem, est iuridica, & verior, & in praxi recepta. Confirmatur ex Purpur. in repet.l.edita.nu.213.C.de eden.quicquid Imol.in l.is qui reus.ff.de publi. iud. & Alexand. ibi ad Bart. & Robert. in pract. aduocat. 4. par. distinct.

distinct. 16. numero. 44 pag. 248. senserint in contrarium. Quam intelligo procedere cessante iusta causa, & sit verosimilis timor subornationis testium in probanda negatiua, casu, quo ex vehementi præsumptione constat iudici commissum ab inquisito delictum fuisse: nam ipse amputare debet materiã deierandi, & delinquendi. cap. clericos. de cohabita. cleric. & mulier. Et ex his quæ dico in. l. 2. titu. 3. libro. 5. infrà.

Libellum autem producẽs nisi ei petitum fuerit, non declaret diem cõmissi criminis quia teneretur illum probare, cùm sit qualitas adiecta accusationi, qua non probata, reus absolueretur. argumen. tex. in. l. Prætor ait. §. docere. ff. vi bono. rapto. gloss. in. l. cum actum. ff. de nego. gest. Iaso. in. l. prima. §. in eum. numero tertio. ff. si quis cau. Hippolyt. in practi. §. quoniam. num. 52. vbi qui aliquid affirmat in substantia, vel qualitate, tenetur illud probare. Secundò hanc partem post Bart. in locis ab eo citatis tenet singula. Corne. consilio. 100. num. vigesimoquinto. libro secundo. & consilio. 134. num. 8. libro quarto. Et vltra per eum citata reperio idem tenuisse optimum Iurisconsultum Paul. de Castr. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. numero quarto. & ibi Curti. ad eum in additi. ff. de acquirenda hæredi. Hippolyt. in repe. rub. num. 72. ff. de fideiusso.

Septima regula sit. Aduocatus summoperè debet aduertere in compositione libellorum, ne deficiat in solennibus, & clausulis ipsius necessarijs. De quibus videre licet per Marian. in capit. 2. artic. 13. de libell. oblatio. Cels. in clausula. folio. paruæ impressionis. 30. columna 4. de cautelis circa libellum adhibẽdis. Adde Alciat. in pract. fol. 72. colum. 1.

Octaua regula sit. Quòd principaliter agens criminaliter ad pœnam delicti ordinariam, non poterit cumulare ciuilem. Speculum aureum aduoca. Marantæ. 4. part. distinct. 1. num. 12. Secùs si ad damna incidenter ageret. Marant. loco præcitato. num. 20. Meliùs Dida. Couarru. Archiepiscopus designatus lib. 2. variar. capi. 10. num. 7. §. hæc omnia.

le da la ley a, para poner sus excepciones peremptorias o perjudiciales, y si las pusiere dentro de los veynte dias, o despues con juramento segun que la dicha ley dispone, sea assignado termino al actor de ocho dias para responder a las dichas exceptiones. E si el reo el dia que cõtestare el pleyto en respondiendo pusiere alguna excepciõ, o excepciones perẽptorias, o perjudiciales, sea assignado al actor termino de. viij. dias para respõder a las excepciones, el qual dicho termino passado, o si ante de los. viij. dias respondiere, sea

a *§ Da la ley.* Suple, scilicet. l. 1. titu. 8. infrà eo. Verũ autem terminus iste legalis possit à iudice abbreuiari, vel extendi? Bart. in. l. 2. numero. 4. ff. de re iudica. tenet quod sic, dicens, quod ex causa iudex terminũ iuris diminuere possit. Probatur primò ex text. capit. pastoralis. de exception. qui est singul. sic illum inducendo. Terminus dilatoriarum est litis contestatio, nihilominus iudex ibi diminuit prædictum terminum, ergo pro sententia Bart.

Secundò. Certum est, quòd ad agendum ex iuris instituto competit vnicuique terminus triginta annorum. l. omnes. & l. sicut. C. de præscri. 30. vel. 40. annorum. tamen iudex potest statuere terminum diffamanti alium de delicto, vt intra illum accuset. l. diffamari. C. de ingenu. & manu. l. Titia. ff. de accusatio. ibi, intra tempus à præside diffinitum. Paulus Parisi. consilio. 99. numero. 7. libro. 4. Boeri. decision. 255. Ripa libro. 1. responso. capitul. 8. numer. 7. Nell. in tractat. bannitorum. folio. 69. in. 11. volum. tractat. versiculo. 66. quæro. in. 3. part. 2. temporis. numer. 66. Antoni. Gomez. de delictis capitul. 1. numer. 17. Didacus Couarru. libro. 1. variarum resolutionũ. capitulo. 18. Ergo iudex minuere potest terminum legalem.

Tertiò suadetur. Nam ad petendum restitutionem in integrum, competit petenti quadriennij tempus. Clementi. vnic. de restitutio. in integ. capitul. 1. eod. titul. lib. 6. iudex tamen potest huiusmodi terminum iuris abbreuiare. l. petendæ. C. de tempor. in integ. resti. peten.

Item & quarto ex textu in. l. licet. C. de iure de liber.

luego recebido juramento de calumnia [a] a ambas las partes: y no sea termino alguno asignado al reo para replicar, por quanto en sus posiciones puede dezir y declarar lo que querra para excluyr la replicacion del actor: y hecho este juramento de calumnia, asignado termino perentorio a ambas las partes de ocho dias para hazer y dar posiciones y articulos. Las quales posiciones recibio y hallo en los pleytos el vso y luenga y general costumbre de todo el mundo: y despues los derechos y leyes de las partes para ser los pleytos mas ligera y libremente librados por las cõfessiones de las partes: y los articulos para ver declarar prouança. Y por quanto entendemos que son muy prouechosas para abreuiamiẽto de los pleytos, establescemos, y mandamos, q̃ se vsen en los nuestros Reynos. La platica es esta.

Contestado el pleyto, y hecho juramento de calumnia, el actor parta, y desmiembre por partes todo su libello y demanda, y haga

liber. vbi competit suis hæredibus tẽpus longissimum ad se immiscendum in hæreditate secundum gloss. ibi. versicu. Longi. quam ibi Alexand. & Iaso. testantur communem. & Franc. Balba. de præscriptio. in. 4. parte. 4. principal. quæstion. 9. numero. 1. in 3. volum. secũdũ antiquã impressionẽ. & Iaso. in. l. si filius qui patri. columna tertia. numero nono. ff. de vulgar. & pupill. quamuis ab hac communi sententia velit recedere. Et etiã communem fatetur Deci. in. l. 1. lectura 2. columna. 5. numer. 9. C. quando non peten. part. Vid. l. 7. titu. 14. par. 6. Diximus infrà lib. 5. titul. 3. in gloss. rub. quæstion. 4. Et est vera opinio secundum Roma. consili. 71. colum. 3. versi. Et ex hoc sequitur. Sed, vt docet Vlpianus. in. l. quandiu. in vltim. ff. de acquirenda hæreditate. quando non vult adire seu se immiscere hæres, iudex potest ei terminum statuere breuiorem ad instantiam substituti.

Quintum fundamentum pro Bartoli sententia est. Debitoribus cõdemnatis ad soluendũ, assignatur quadrimestre tempus à iure, glo. in. l. 2. ff. de re iudi. tex. & gl. in. l. debitoribus. eo. tit. l. 2. & 3. C. de vsur. & rei iudi. tex. expressus in c. quoad consultationẽ de re iudi. Iudex autẽ restringere potest hunc terminũ legalẽ: ergo pro Barto. opinione. Hæc argumẽta & rationes referũtur in effectu à Iasone in dict. l. 2. col. 5. nu. 23 & Stephan. Aufreri. in addition. ad Capellam Tholosan. decision. 197. Et in hoc plures doctores adducũtur à Nicolao Boeri. ad Dinum in regul. indultum. de regu. iur. libro sexto.

Alia opinio est, quòd iudices nõ possunt tempora à lege, vel statuto sine ministerio iudicis præfinita mutare, vel prorogare in partiũ præiudiciũ. Iacob. de Aren. Cuma. Imol. Pet. de Besu. & Iaso. qui in. d. l. 2. nu. 22. ex relatione doctorum dicit opinionem hãc esse cõmunẽ aduersus Bar. ibiq; ea prosequitur vsq; ad n. 30. quo in loco profitetur veriorẽ & cõmuniorẽ. Imol. dicit cõmunem in c. cũ sit Roma. vbi Philipp. Franc. Præposit. n. 15. Decius. n. 13. & Augusti. Beroius. n. 58. faciens plures conclusiones. de appellation. Rip. etiam cõmunem dicit in dict. l. 2. nu. 14. Andræ. Tiraquel. in lib. de retract. 1. §. 3. gloss. 2. nu. 4. Consequens erit quod terminus huius legis ad allegandas exceptiones peremptorias & præiudiciales non poterit abbreuiari, seu restringi, cum sit beneficium inductum à iure absque ministerio iudicis. Facit ad. l. 1. titu. 8. infrà eodem.

Secus tamen erit, quando terminus relinqueretur iudicis arbitrio, vt in aliquibus legibus cauet.

a ¶ *Iuramento de calumnia.* Concor. pragmat. de Madrid.

dri.l.42 cap.11.lib. Pragmaticarũ regũ Catholicorũ.l.3.titulo.10.partita.3. & l.23. titul.11.ead. part.3.& l.11.tit.1.isto lib.3.ordina.l. cum & iudices.cum suis.§§.C.de iureiuran. propter calum ni.dand. Et sciendum est, quod iuramentum calumniæ est,cum quis iurat,se bona fide, & non calumniandi animo agere vel respondere nec calũniandi animo egisse, nec respondisse.l. cum iudices.in princ.C.de iureiurãd.propter calumn. dãd.l.inter cohæredes.§.si familiæ. in fin.verbis.ff. familiæ herciscundæ.ibi, ideo iurare debent non calumniæ causa litem intendere, non calumniæ causa ad inficiationes ire. Azo in summa.de iureiu rand. propter calum.dand,num.1.Hostien.in sum ma.de iura.calumniæ.§.1.d.l.23.

Secundo dubitatur. Quid comprehendat illud iuramentum calumniæ?Respondendum est quod multa,vt scripsit Hostien.§. quid contineatur.loco præcitato. & etiam Azo vbi suprà.Latius Robert.Maranta.in specul.aduocato.6. part.de ordi ne iudi.§.1.actus.nu 10. pag.424. Primò, quod actor credit se iustè petere, & non calumniose. Item secundò, quòd respondebit veritatem super omnibus,de quibus rogabitur. Tertiò, quod non vtetur falsa probatione. Quartò, quod non corrumpet iudicem, nec Tabellionem. Quintò, quod calumniosam dilationem non petet. Specula.de iuramen.calum.§. est autem iuramentum de calumnia. Optima lex.23.titulo.11.partit.3. gloss. calumniæ. in capitulo. 1. de iura. calumniæ.

Tertiò dubitatur, Quando fit iurandum de calumnia? Respondeo, post contestationem litis,& incontinenti post Specula.vbi suprà.§.1.columna.1.& de iurisdictio. omni.iudi.§. texto. Hostiens. in summa. de iurament. calum.§. quando præstandum est. in princip. text. expressus in.l. secunda in princi. C. eo.titul.l. rem non nouam. C.de iudi.capitulo primo.& in capit.cum causam de iuramen.calum.capit.dudum.2.de electio. Alciat.vbi suprà retulimus.§. est autem folio.84.l. 23.titulo.11.partita tertia.vbi optimè per Montaluum in verb. *por demanda y por respuesta*.Probatur in hac.l.1.ibi inferius,dũ ait,*contestando el pleyto,y hecho juramento de calumnia*.Si autẽ tacitè fuerit omissum ab initio, poterit peti in quacunque parte iudicij,vt iuretur. Specul. de iurament.calum.§.est autem numero.1. & §.sequitur. numer. 4.colum.2.in princip.notat Archidia. in capit.1. colum.2.in verb.iurari. & ibi Ancharranus.num. 2.Domini.& Franch.colum. prima.de iurament. calum.libro.6.vbi est text.expressus pro hac cõclusione.vbi litera Bonifacij octaui. Põtificis maximi sic se habet. Si de calumnia, seu de veritate dicenda in primo litis exordio non iuretur,vt debet,poterit postmodum in qualibet parte litis iurari,cum huiusmodi iuramenta præstari ab initio de substãtia ordinis iudiciarij non existat.Si omittatur,iudex ex officio, ne partes calumnientur, poterit exigere tale iuramentum in quacunque parte iudicij,etiam post conclusum in causa,argu men.text.in dicto capitulo primo. Quod tenet Baldus in leg. duodecima numero sexto.C.de iureiurand.propter calum. dand. Robert. Maranta. in specul.aduocat.6. parte. pagina. 423. numero tertio.incumbit enim iudici ex officio etiam ad nullius postulationem, quod lites sine calumnia procedant.text.in dict.l.secunda.§. sed quia vere mur.vbi Baldus notat numero secundo. Ex quo infert,quod licèt per constitutionem superioris nulla exceptio impediat litis contestationem: tamen si iudici liqueat de calumnia,ex officio suo reo non petente,nec excipiente,poterit actorem repellere: nec facit aduersus constitutionem,quia illud officium non est exceptio,sed iurisdictionis exercitium, quam iurisdictionem habet iudex in qualibet parte litis. Sequitur Ancharranus, licèt Bald.non nomine proprio, seu cognomine, sed nomine domini sui nuncupauerit. in capitulo primo.columna secunda.in principi. de iuramen. calumniæ.libro sexto.Multa enim ex officio iudicis fieri possunt ad inquirendam veritatem,quę tamen parte petente non admitteretur, vt in casu præmisso.Philipp. Franch. in dicto capitul. primo.columna prima. versicul. Nota primo. nisi in causis summarijs.gloss. interrogabit.in clementi. Sæpe.de verborum signific. quã sequitur Franch. dicens eam esse singul. Et est notab. secundùm Socinum in tracta.regul.cum fallen.regul.312.fal lẽn.8.Alexand.consilio.147.columna fin. numero decimonono.libro secũdo, quod in causis sum marijs post conclusum in causa etiam ad partis pe titionem poterit iudex ex officio partes interrogare lapso termino designato ad probandum: ergo optimè potest peti iuramentum calumniæ,vt via claudatur calumnijs.argumen.tex. in dict.capit.1.§.quamuis de iuramen.calum.lib.6. in sui ratione.l. vbicũque iudicem æquitas nouerit, æquè oportere fieri interrogationem dubium non est. ff.de interrogatori.actioni.l.1.in fin.tit. 10.parti. 3.cap.iudicantem.30.quæst.5.gl.in. ca. sic enim. §.intelligis.verb.diligentius.28.quæstio.1. optima.gl.in.cap.1.de offi.iudi. Optimè faciunt quæ notat Domi. in.§. item in criminali. col.2.4.q.3. vers.ibi,interpretatio. Dic, quod iudex dũ dicit ꝗ iuramentũ veritatis dicẽdæ & de calũnia poterit iudex ante,vel post litis cõtestatione, quot es iudici videbitur expediens exigere. Ergo,&c.Facit etiam consti.incip.Partes.tit.26.lib.1. consti. Neapolitana.ibi,dum dicit, plerunque etiam vel

pro

pro qualitate personæ, vel causæ: vel si iudex quòd falsum respondet, suspectum habeat respondentem, ad sacramenti religionem adducere eum possumus, dicit ibi gloss. final. scilicet. de veritate dicenda. vt de prob. cum de indebito. §. in omnibus, & in dict. constit. partes. colum. 3. numero 9. notat Matthæ. de Afflictis. Ex quo potest inferri iudicem ex officio suo compellere posse partem ad iurandum de calumnia, quamuis plenè probauerit intentionem suam: nempe quia fortè existimat probationes falsas esse ex aliquot verisimilibus coniecturis: vel quia quamuis probet mutuum, suspicatur ei solutum fuisse secretè, taliter, quòd reus caret probatione, prout multoties (quod dolendum censeo) vidi: vel quia præsentatur schedula, seu chirographum, in quo quis se spe futuræ numerationis, debitorem affirmat, est transcursus terminus ad allegandam exceptionem non numeratæ pecuniæ. Vel aliquis est inquisitus de delicto tali die commisso, de quo est vehemens præsumptio apud iudicem quòd commisit, tamen huiusmodi veritas ex tali præsumptione resultans, fortè fuit obumbrata falsis testibus, coarctando negatiuam loco & tempore, taliter, quòd est impossibile secundùm rerum naturam committi potuisse à tali inquisito delictum, est dubium in facti contingentia, vtrum ab eo actore, seu reo, non obstante sufficienti probatione ad obtinendum, possit peti iuramentum calumniæ. & de veritate dicenda.

Et ex prædictis iuribus affirmandum videtur, quòd si iudex viderit, quòd pars veritatem cũ iuramento aperiet, nec est verosimile quòd deierabit, poterit etiam post conclusum in causa cogere partem ad iurandum, ne ius alterius partis pereat. Illam opinionem tenet Roderi. Suarez in rep. l. post rem iudicatam. §. sed pulchrum dubiũ. num. 3. ff. de re. iudi. fol. 157. col. 1. cũ seq. vbi adducit pro hac sententia quinq; fundamẽta. & in l. 4. tit. 12. *de las juras*. nu. 2. cũ seq. lib. 2. foro legum. Et etiã actore non probante, reus compellitur declarare veritatem, etiam ad partis petitionem, & sic reus tenetur se compurgare. tex. qui ita seruatur de iure huius regni secundùm Suarez in dictis locis in l. 1. & in l. 4. titu. 12. lib. 2. foro legum, quibus adstipulatur tex. in capitul. 2. §. in omnibus. de iur. calum. lib. 6. qui est casus clarus ad hanc decisionem.

Secundo suadetur. Iuramentum calumniæ, & veritatis dicendæ ex causa non est prohibitum à iure, cum sit, ne quis cum aliena iactura locupletetur. Ita tenet in terminis AEgidi. Bellame. in. cap. 2. de probat. colum. final. num. 9. secùs si absque causa exigeretur, nam esset probatio superflua, & præceptum irrationabile, quo casu vltimo stat verus intellectus dicti capituli. 2. secundùm eum ibi in fina. verbis. Et rationes huius vltimæ propositionis ibi ponit Hosti. colum. fi. ad fin. Bellamera. col. 2. nu. 2. Cardinal. colum. 1. Bald. colũ. 1. numer. 5. Antoni. de Butrio. colum. 1. Et Deci. notabil. 2. dicens post Bald. quod non est tex. in iure magis ponderosè loquens, quàm dictus tex. in d. c. 2. de probatio.

Tertio præterea confirmatur. Nam iuramentum calumniæ, vt prædictum est, in qualibet parte litis & iudicij præstari potest. capitu. 1. de iura. calum. libro. 6. ergo factis probationibus etiam potest compelli ad iurandum de calumnia, præsertim stante consuetudine, quod ad hoc, vt probationes valeant, requiritur probantem de calumnia iurare. text. in dict. capitu. 1. & ibi gloss. & in authentic. in isto. C. de iureiur. propter calum. dand.

Quarto rursus constat. Nam dispositio text. in dict. capitul. 2. est exorbitans à regulis iuris, quod ius vult regulariter consuetudines esse seruandas, capit. consuetudo. distin. 1. l. de quibus. ff. de legi. quamuis sint contra ius commune. capi. cum dilectus. de fide instru. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. l. 6. in ordina. Tauri. ibi, *lo qual mandamos que se guarde, saluo en las ciudades, y villas y lugares do segun el fuero de la tierra se acostumbra tener los bienes al tronco, o la rayz a la rayz*.

Ideoque vltra casum in eo expressum extendi minimè debet. argum. tex. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimo. capitul. quæ à iure. de regul. iur. libro. 6.

Quinto his etiam instari potest pro hac sententia: nempe quod etiam postquam quis plenè probauerit intentionem suam, teneatur præstare iuramentum calumniæ. Nam ratio posita in. d. capitulo secundo, quæ dictum ampliat, magis inspicienda est, quàm dictum, l. cum pater, §. dulcissimis, cum ibi not. ff. de legat. 2. cum, vt in dict. text. probatur, solum iuramentum probatorium respicit, ibi, cum ad huiusmodi suffragium sit recurrendum, quùm aliæ legitimæ probationes deesse noscuntur. Ergo duntaxat ad illud iuramentum, quod fit causa probandi, prædictus tex. restringendus est, non autem ad aliud, hoc est ad calumniæ debet extendi, quod ad alium effectum fit, vt in allega. capit. 1. cum gloss. de iurament. calumniæ. Ratio enim dictum quantumcunque generale restringit. tex. in dict. §. dulcissimis. l. quod dictum. ff. de pactis. Faciunt quæ scribit Hippolyt. in repet. rub. de fideiusso. ff. num. 201. Melius per Marian. Socin. in repet. l. sciendũ. numer. 58. versiculo. Ratio enim ea est. ff. de legat. 1. Ioann. Hannibal in. l. naturaliter. num. 157. ff. de vsucapioni.

Contra

Contrariam sententiam imò quòd non cogatur iurare de calumnia postquàm plenè probauit quis intentionem suam, tenet Bald.in capitul.sicut consuetudo.colum.1.nu.7. & Felin. nume.3. de probatio. Quam opinionem communem firmant Deci.ibi.colum.1.num.1. & Augustin.Beroi,nume.2.qui tamen videntur ab hac communi recedere. Est solenne & notabile dictum Bald. secundùm Iaso.in repe.l. admonendi. numer.84. de iureiurand.Et singul. secundùm Cattelianum Cott. in memoria. iuris. verb. iuramentum calumniæ colum.2.pagin.282.versicul.sed hæc omnia. Tiraquell.de retract.libr.1.§.2.glos.2.num.1. fol.161. Dubitat tamen Iason. in.l. iusiurãdum & ad pecunias.§.qui iusiurandum.num.3.ff. de iureiuran colum.2.Facere videntur pro confirmatione dicta à Francis.Curti,in tractat. position. numero.39. latiori sermone â Ioanne de Selua. in tractat.de iureiurand.3.part.quæstione.2. Intellige tamen hanc communem, vt per Augusti. Beroi.in dicto.capit.sicut consuetudo. quòd compellatur existente iusta causa, quæ iudicis arbitrio relinquenda est. Veriorem, æquioremque opinio.ac in praxi receptam in negotijs tam secularibus ac ecclesiasticis semper fuisse à viro satis docto, ac regio consiliario audiui, quam & ipse ita in mea inuentute ferè sunt duodecim anni elapsi professus fui in additio. ad Seeut, in repeti.l.3.§.final,numero 83.ff.de liber. & posthu. quam sententiam & nunc approbatione dignam decreui.

Dubitatur.4. An iuramentum calumniæ sit de substantia ordinis iudiciarij, taliter, quòd eius omissio inducat nullitatem processus? Videtur quòd non sit de substantialibus, nisi fuerit petitum bis.l.decima.titulo primo, & l. final isto titulo,& libro tertio,si tamen tacitè fuerit omissum non inducit nullitatem,quamuis expresè renuntiari non posit capitulo primo.de iuram. calumniæ libro sexto,glossa.in l.2.§. sed quia veremur. & ibi Barto.C.de iureiur.propter calumni.dand. Ioan.de Platea.in l.quoties.col.fi. nu.6. C.de priuileg.scholar.lib.12.Matthæ.ab Afflictis, in consti.Neapolitanis,libro 2.rubri.23. nu.6.Si tamen fuerit petitum,substantiale est,quia tunc præstari debet,aliâs processus & sententia non valeret. text.in dicto capitulo primo.Sebastia. Vanti.de nullitat.processuum & senten.pagina.198.numero 29.versiculo,Quartò doctores. Ita seruatur in sacro Palatio secundum Rota.antiq.660. secundum nouiorem impresionem.1.sub titul.De iuram.calum.in antiq.folio vigesimoprimo. colum na secunda.Intellige si bis fuerit petitum.l.fin.infrà.eod.& ibi dixi.

Dubitari poterit, Vtrum procurator teneatur iurare non solum in animam domini, sed etiam sui ipsius? Respõ.q sic,alioqui habebit locum pœna.c.fi.de iura.calum. Nam licèt dominus principalis iurasset,nihilominus iurare tenetur procurator,cum ipse calumniari posit sicut dominus. Rota antiq.1.sub titul.de iura calumniæ. & eod. titul.in nouis decis.1.& decis.2. gl.in authen.Principales.verb.migrauerit.C.de iureiuran. propter calum.dando.& gloss.in cap.2.§.1.verb.ab ipsis. de iuram.calum.lib.6.per tex.ibi. Ange. in.§.nũc admonendi.col.1.num.6.de pœna teme. litigan. Cin.in.l.2.§.si autem.versi.iuxta præmissa quæro,& in authen.Principales.C.de iureiur.propter calum.dand.Et Bellamer.in c.cum in causa.nu.4. de iuram.calum.Et secundum eum ita seruatur in Curia Romana de consuetudine.

Dubitatur sextò. Vtrum in causa criminali sit iurandum de calumnia? Glo.in.l.1. verb. quicquã C.de iureiur.propter calum.dand.secundum opinionem Ioan.tenet partem affirmatiuam.Tamen dicendum est,quòd iuratur de calumnia ex parte accusatoris,dicendo,q iurat per Deum, & signum sanctæ Crucis.†.quod non proponit accusationem ex malitia, sed quia intendit se habere iustitiam, & accusatus iurat de veritate dicenda. Et ita seruatur in practica,& de stylo huius regni prout refert Barto.communem obseruantiam & stylum Italiæ hunc esse in l.1.nu.6.versic.In causis criminalibus.Bald.col. fin. num.8. Paul.nu.9. & Salice.col.1.quæst.pen.C. de iureiur. propter calum.dand.In omnibus autem causis tam ciuilibus,quàm criminalibus iurandum est de calumnia secundum communem,per tex.ibi in dict.l.1. tit.11.par.ibi. *E deuese fazer esta jura en todo pleyto,quier sea sobre cosa mueble,o rayz, quier en razon de deuda,o en pleyto de justicia de sangre, o de otra contienda qualquier.* Quod iuramentum erit præstandum etiam in exceptionibus dilatorijs. glo. & ibi Deci.nu.7.in.c.prudentiam.§.sexta. de offi. delega. contra Panormita.ibi.

Istud tamẽ iuramẽtũ calumniæ nõ seruatur in Curijs secularibus regni,quamuis iura dicant,hoc iuramentũ nõ posse expresè remitti.l.2.C.de iureiur.propter calum.dand.nec valere cõsuetudinẽ.c.cæterũ.de iur.calum.c.1.§.1. eod. tit. lib.6. Ratio potest esse,ne partes plus peccẽt iurãdo,cũ passim calumniã cõmittere solebant.arg. c.clericos.de cohabita.clerico. & mulie.Nam,vt inquit Bald.in l.si potest C.de euictio.istud iuramentum calũniæ hodie nõ æstimatur vno obolo: quia facti sumus cõteptores Dei,& religionis eius. Ideo optima est cõsuetudo ista, quæ tollit occasiones deierãdi.Colligitur clarè ex Rober.Marãt.in speculo adno.par.6.pag.424.nu.11.Tandem consuetudinẽ esse in Francia testatur Rebuff. in constit.

Regijs

Regias Galliæ. 1. part. in Procem. glos. 5. num. 50 Iurant tamen de veritate dicenda respondendo ad positiones, ideo sequitur in tex. verbum positum in gloss. sequenti.

a ¶ *Posiciones.* Que dicatur positio, & alias tredecim quæstiones in hac materia explicat Cy. in l. secunda. §. quod obseruari. colum. 3 nu. 12. inclusiuè vsque ad numer. 25. de iureiurando propter calum. dand.

posiciones [a] y articulos assi sobre su demanda, como sobre su excepcion, o excepciones si le fueren negadas, y hagan otro si posiciones y articulos si entendiere que le cumple para excluyr excepciones del reo. Otro si, el reo haga posiciones y

gloss. statuimus. in. c. 1. de confess. lib. 6. Specula. in titul. De positionibus. plura scripta reliquit. Et Bald. in additionibus ad eum, quem, rogo, videas: quia credo te ipsum præ manibus habere, ꝙ si illum non habeas, certissimè ausim affirmare te cæcum esse, & absque vero vtriusque iuris prudẽtiæ oculo. Qua de causa remissione cõtentus eris. Vltra Specula. videndi etiam erunt Odoffred. in tracta. positionum. Et Iacob. de Arenis, Et Lanfran. de Oriano. Et Francisc. Curt. in suis etiam tracta. de positionibus. Robert. Marant. in speculo aduoca. 6. part. titulo. De positione, seu articulorũ productione. pagin. 437.

Est igitur notandum, ꝙ quis tenetur positionibus respondere simpliciter, & sine plica, per verbum, nego, vel, confiteor talem articulum; seu positionem. l. 42. cap. 11. in lib. Pragma. Regum catholicorũ. Ratio huius legis fuit, vt responsio sit clara. l. qui ætate. §. quod autem. vbi Barto. ff. de interroga. actio. Bald. in ca. 1. nu. 3. de summa Trinita. Alciat. expressiùs hoc tenet in. l. 1. §. si quis simpliciter. num. 24. ff. de verbo. obliga. Quæritur primò, Pone quòd Illephonsus mihi mutuauerit centum in camera, nemine præsente: quæ etiam ei restitui nemine præsente, ipse Illephonsus interrogat me, vtrùm mutuauerit mihi centũ, quomodo mihi consuletur in respõsione? Si enim respondeo positioni, quòd mutuauit, sed ꝙ restitui, non stabitur meæ respõsioni, imò ex quo responsio non est simplex, habebor pro confesso.

Et in primis est dicendum, ꝙ respondens positioni stante prædicta lege. 11. condita in oppido de Madrid, ꝙ simpliciter respõdeatur, non est admittenda confessio qualificata, & tali modo respondens, habebitur pro confesso. Bart. in. l. 1. §. si quis simpliciter. num. 3. ff. de verbor. obligatio. & ibi communis secundùm Alciat. nume. 24. à qua communi non est recedendum in practica secun-

dùm eum ibi. nu. 28. Ripa etiam post Barto. ibi in l. 1. nu. 23. ff. de vulga. & pupilla. eam dicit communẽ esse. & Zasi. in d. §. si quis simpliciter. n. 14. Idem tenet, & ponit exempla. quam opinionem fatetur communem Nicolaus Boeri. decisio. 243. numero duodecimo. plura ad id citãs. Et primum cõsilium est, ꝙ talem positionem, (ne ille iactetur cõtra Deum, & conscientiam suam in præiudicium sui asserti debitoris, qui nunc verè non est) poterit in totum negare. Docet Ancharr. in regu. Possessor. columna decimaquinta. nu. 25. versi. iuxta prædicta quæro de quæstione. de regul. iur. libro. 6. Eandem sententiam refert Anto. in cap. per tuas. col. fi. ad fi. qui filij sunt legiti. in effectu, non tamen referẽdo Anchar. sed glo. Ioan. Andr. in c. cupientes. verb. malignantium. de elect. lib. 6. quã ibi reputat singul. Philip. Franch. col. 1. numer. 3. Domi. col. 2. nu. 2. adducẽtes aliquas rationes pro sententia glos. dicẽte, ꝙ habens iustã causam posset repellere aduersariũ per fraudem & calliditatem. Quam glo. ex pluribus authoribus eam laudantibus exornatam cõperies suprà lib. 1. in. l. 2. tit. 19. colũ. 660. versic. Sed dubitatur aduocatus. Non enim videtur dolum cõmittere, qui dolum excludit. l. cùm pater. §. Titio. ff. de lega. 2. Iaso. in l. cùm proponas. 2. col. notab. 4. nu. 6. C. de pact. Hippolyt. singula. 177. Alexand. in. l. qui totam. num. 2. ff. ad Trebell. vbi in nume. 3. sequitur Ancharra. in dict. regul. Possessor. refert & sequitur Montalu. in repertor. legum Ordinam. verb. falsum iurans. Et iterum in l. 26. tit. 11. par. 3. verbo. *mentira.* Sed ista non est bona responsio, cùm contineat mendacium: nam ad rogata teneris respondere clarè, & apertè. Si tamẽ non potueris probare solutionem mutui, negligentiæ propriæ ascribendũ est, nec talis amissio inde prouenies, debet grauiori amissione, quæ vitãda est, compẽsari. Potiùs enim quis debet omnia mala pati, quã malo consentire. c. sacris. quod metus causa. Quid enim prodest homini, si vniuersum mũdũ lucretur, animæ verò suæ detrimẽtũ patiatur? c. Matthæ. de simoni. originaliter Matth. 16. & Lucæ. 9. Suadetur. Nã iuramentum cõtinet certã & directã formam, quæ præcisè seruanda est, & non per æquipollẽtes, seu tacitos implicitòsue intellectus. Ias. consil. 4. col. 1. Intellectus. Et latiùs cõsi. 41. lib. 3.

per

per.c.ad nostram de iureiur. Et vtrobiq; hãc cõmunem firmat ipse Ias.& in.l.cum, qui.§.si iurauero.col.2.ff. de iureiur. Teneris igitur respondere veritatẽ simpliciter, dicẽs, Mutuauit vel nõ mutuauit. Si negatiuam asserueris, ex eo q iam solueris, retinẽs tamen in mente qualificationem, falsum iuras: si affirmatiuam asserueris, rem, seu pecuniam restitues, animã tamen indemnem seruabis: quod sequendum est ex consilio glos. in ca.1. de confess. libro.6. Existima enim, q omissio testium, & negatio creditoris semel solutum repetentis, est tentatio proueniens à domino, in qua vult teipsum tentare quemadmodum aurum in igne probatur, ponens causam in tuo libero arbitrio ad hoc vt habeat fidem ex tuis operibus, & si non deieraueris, multiplicabitur substantia tua, reputabiturque etiam ad iustitiam, vt patet in Abrahamo Gẽ.21.& Ecclesia.44. Vnde Apostolus ad Galat.3. Abraham, inquit, credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et in Sancto Iob patet in sua historia capit.2.& 42. Veritatem igitur proferas simpliciter, & si cũcta bona propter eum amiseris. Quid enim tibi temporalia bona ad vitam æternam proderunt? nunquid eorum quicquam tecum allaturum credis? Falleris. Nam vt Quid, inquit,

Diuitias ad manes nil feret vmbra suos.

Quid enim, dic mihi quæso (vt non è remotiori petamus exẽpla) proderit fœlicissimo illi, ac potẽtissimo, & perpetuæ memoriæ digno Carolo. V. Imperatori inuictissimo, Hispaniarũq; Regi, quẽ totus orbis timebat, & cuius nutu cuncta gerebãtur tot habuisse sibi subdita regna? tot subegisse rebelles? tot fœlicissimos exitus in gerendi belli pacisq; rebus degustasse? Quid, inquã, hæc omnia illi proderũt, præter in omnibus eis iustitiæ tramitẽ sequutũ fuisse? Nihil profectò, cadauer enim iã est sine spiritu, nihil iã superest, quàm vt vermibus, & terræ, de qua sumptus fuit, reddatur, bona tantum opera ipsius sequentur eum. Non ei proderunt pomposa funera in eius honorem per totum orbem celebrata. At cùm hic obiter hæc attingam, de Carolo, qui à Gotthis originem duxit, teste Ioanne Carione mathematico. lib.3. chronicorum. pagin. 252. silentio minimè prætereũda censui præclarissima funeralia in hac nostra ciuitate Salmanticensi tam à cõuentu doctorum, quàm à gubernatoribus, Patritijs, ac ciuitatensibus celebrata. Nam vt omittam maiestatem pomposi tumuli, sacrificia omnium doctorũ, scholarium, & monachorum, quam plurimis affixis tumulo carminibus, quæ multi ex scholaribus, vt patuit, non indoctis, composuerant, & ordinauerant, fuit eius obitus deploratus: (obijt autem, & dormiuit cum antecessoribus suis post vitam Christianissimè peractam anno ab orbe redẽpto, 1558. die. 21. mẽsis Septẽbris, hora secũda ante meridiẽ.) Ex quibus omnibus hæc præ manibus habui, & in memoriã tãti Principis hic inserenda curaui. Author autem carminum fuit Ioannes Ferdinandus Idiaquez Pontificij iuris alũnus, noster non aspernandus discipulus.

Elegia.

O mors orbatas vincens feritate leænas,
O fera mors omni tygride sæua magis:
O mors crudelis, o inclementia cœli,
O signis atris iure notanda dies.
Magnanimus, fœlix, victor, pius, inclytus, æquus,
Illustris, mitis, magnificus, sapiens,
Excellens, audax, fortis. pietatis asylum
CAROLVS inuictus, proh dolor, ecce iacet.
Ileuibus pennis Elegia, Indo, Scythicoq;,
Cumq; Nigro Hesperio tristia fata refer.
Horridus, inculta, tristisq; in imagine vultus
Sit tibi, funerea corpora veste tege.
Vtq; soles, pede clando incede (sed inde decoris
Nulla datò placeas, gloria danda tibi est.)
Nil resonet totum nisi mœstum & triste per orbem,
Nec tua lætum aliquid nuntia verba sonent.
Omnia deponant fastus, Indisq; lapillis,
Fulgentiq; auro purpura læta vacet.
Gaudia cum risu, veneres, lususq;, iocique,
Sint voluptates, sint procul atq; sales.
Cura, dolor, gemitus, mœror, suspiria, luctus,
Singultus, fletus pectora cuncta grauent.
Atrati veniant pueri, iuuenesque, senesque,
Atratusque tegat corpora cuncta color.
Mœreat omne genus hominum, matresque, nurusq;,
Mœstitiamque sonet solis vterque locus.
Fundite corde pias lachrymas gens proxima Tormi
Deflentes lachrymas fundite corde pias.
Flete caterua Patrũ Dominũ Regemque, Patremque
Flete caterua Patrum, flete caterua Patrum
Flete caterua pij iuuenes studiosa Patremque,
Et Dominum, & Regem flete caterua pia.
Cumque pijs lachrymis tenero de corde profusas
Audiat omnipotens supplice voce preces.
Denique mœsta dies vultus, frontemque Catonis,
Hæc Heracliti sentiat & lachrymas.
Ergo sit nobis lachrymarum summa, precumque
Dicere non siccis terque, quaterque genis,
Molliter ossa cubent Carli, super astra volans
Spiritus ascendat, molliter ossa cubent.

De eodem Exasticon ad Hispaniam.

Quid stupes infœlix Hispania, si tibi triste
Contingit cœlum, tristiaque astra vides.
Miraris totum nihil cernere posse per orbem,
Quod lætum vultus non ferat orbe sui:
Omnia, si nescis, mortis subiere triumphum
Læta nihil remanet, quod tua fata leuet.

Tumulus

Tumulus eiusdem.

Quid tumulum aspectas, etsi Busiridis aræ
Præsis, & in saxo ferrea corda geras,
Vt possis lachrymis non parcere corde profusis,
Nec siccis durus præterijsse genis.
Inspice: Martis honos, veræ pietatis amore
Curtius in patriam, religione Numa,
Consilio Nestor, decus, & tutela Mineruæ,
Exemplum Astrææ Virginis ecce iacet.
Nec tamen inde putes Carlum perijsse, quòd eius
Sæuitia mortis corpus habet tumulus:
Non obijt, viuit: viuit nam fama superstes,
Quæ Martem; & mortem vincet, & inuidiam.

Alijs præterea multis peritorum carminibus tumulum eius fuit simul & illius obitum non parcè deploratum. Exornabat etiam fastigium illius tumuli imago quædam ipsius gloriosissimi Imperatoris repræsentatiua, docta, vt ex ea constitit, cōfecta manu, quæ quidem genibus super orbem depictum flexis, tredecim post terga in terram prostratas habebat coronas: ante se verò & gladium, & horas: manibus autem in cælum iunctim protē sis, imaginem pietatis, quam coram se etiam depictam habuit, vultu supplicanti simili aspectabat. Quæ quidem omnia mira confecerat manus. Habuit præterea literis aureis dictum hoc, Seruire Deo, regnare est. Et super illud carmina hæc.

Cuncta meos orbis timuerunt regna triumphos
Gallus, Turca potens, Antipodesq; feri.
Imperium mundi deieci, regna, triumphos,
Nam mihi regnandi spes fuit vna Deus.

Hæc paucis de funerali pompa dicere libuit, vt memoria tanti Principis omnia propter Deum, vt oportet, contemnamus. Dum enim de nouissimo die memoriam habuerimus, in æternum non peccabimus. Eccle. 7. Quamuis insipientes talē vitam, modumq; viuēdi lusum existiment, & oportere vnūquēque etiam ex malo acquirere, vt habetur in lib. Sapientiæ. c. 15.

Vt ergo ad quæstionem, vnde digressus sum, reuertar, respondebis simpliciter, cum interrogatus fueris, sic sic, non non: potius enim est iterum soluere, quàm animam dānare. Vel poteris respondere, Iuro quòd si mihi quicquam mutuasti, iam in totum solui, & sic nihil debeo. Cepol. cautel. 60 & cautel. 136 refert Imol. ita cōsulentem in dict. cap. cupientes. de electio. lib. 6. Francisc. Curt. in l. fina. §. quod obseruari. num. 56 versic. Vigesimumquartum breuiloquium. C. de iureiur. propter calum. dādo. vbi dicit, quòd tutius erit respondere secundùm consilium Curtij patrui sui, in hūc modum, Iuro non habuisse mutuū à te, ad quod tenear, seu sim obligatus. Et hoc modo cautè respondebit, & euitabit periurium. Et hoc primo loco docuit Cepol. vbi suprà. Petrus Rebuff. in repet. l. vni. notab. 9. nu. 177. C. de senten. quæ pro eo. quod interest profer. Couar. lib. 1 variarum resolut. cap. 2. nu. 4.

Sed hæc cessant, stante lege prædicta. 11. quia requirit responsionē simplicem, liquidam, & clarā, sine aliqua duplicitate, vt egregiè probat Boeri. decisio. 243. nu. 12. & 13. Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter. num. 29. ff. de verb. obligat. ergo non erit admittenda responsio talis, sed simplex, Confiteor me recepisse. Vel si non recepit, Nego me recepisse. Consilium autem secundùm Alciat. loco præcitato erit, quòd reus instet, ne iudex admittat positionem generalem, Pono quòd mutuaui centum, sed quòd qualificet eam ad euitandam calumniam partis, dicendo, Pono si recepisti à me mutuo centum, quorum mihi adhuc sis debitor. Et tunc modo præmisso, absque labe periurij poterit respondere. Facit, nam iudex ex æquitate potest admittere responsionem qualificatam causa euitandi calumniam ponentis. l. iusiurandum & ad pecunias. §. non semper. vbi Bald. Roman. & Ias. ff. de iureiur. Bald. in l. 1. in princ. C. de ædilit. actio Bartho. Socin. post alios in l. 1. ff. de vulga. & pupilla.

Dubitatur præterea, Vtrùm positio partim vera, & partim falsa, sine reatu periurij possit in totū negari, vel respondens debeat partem fateri, & reliquum negare? Bartol. in. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obliga. col. fi. num. 2. quo loco respōdet, q̄ in quātitate tenetur quis respōdere in casu præmisso ad partem positionis, quatenus continet veritatem, etiam si aliam partem non debeat. l. pupillus. §. fin. ff. de verb. significat. citat Bart. pro se loco præallegato. Sed pace salua Bartol. dic, quod ille text. non facit ad negotium nostrum, in quo versamur: quia solùm dicit, quòd negatio negātis rem suam esse, ambigua est, quia potest referri ad totum & ad partem. Liceat vero in totum negari, vel nec ne, illa lex nullo pacto, probat, imo potiùs probare videtur contrariū, idest, quòd debitor potest dicere, Non debeo centum: quia postquàm sermo est ambiguus, constat, quod non potest argui respondens mendacij; cùm in dubio capienda sit præsumptio delicti exclusiua. l. merito. ff. pro socio. Et hoc fortè animaduertens Bart. nō simpliciter allegat tex. sed tex. cū glos. quæ dicit, quod siue respondens respondeat etiam de parte, siue simpliciter, videtur etiā negare de parte. Sed gloss. illa violat text. Nā si videretur etiā negare de parte, quomodo verum esset, quod dicit text. sermonem ambiguum esse? Item quomodo verum

rum esset exprimendum etiam esse de parte?

His tamen non obstantibus, & alijs, quæ ad eu citant moderni & Couarru. lib. 1. variarum resolutio. cap. 2. num. 5. opinio Bart. est communis secundum Alexand. in dict. §. si stipulanti. colū. 2. num. 7. Areti. nume. 29. col. pen. vbi dicit communiorem opinionem esse cum Bartho. Vincenti. num. 17. Socin. col. 3. num. 15. Iaso. col. 5. num. 10. versic. Successiue inquantum Bart. Hierony. Butigell. num. 15. versic. Tertia conclusio. Ioan. Corasi. col. pen. numer. 25. Lancello. Galiaula nu. 18. versic. Circa vltimam quæstionem Barto. Et eam magis communem fatetur Alciat. num. 37. versi. subsequenter Bart. & Couar. loco proxime citato, qui alios plerosque huius sententiæ authores citat. Plura tamen in contrarium huius sententiæ adducuntur a præcitatis authoribus, maxime ab Alciato & Corasio, & Couarru. Corasius tamen vbi supra num. 26. ponit cōsilium, dicens. In condemnatione expensarum si de ea re iudicaturus essem, primum illud inuestigarē, an scienter actor plus debito petijsset, vt quia eidem quantitas, quā plus petit, ei soluta erat, & tunc cum Stellionatus crimine per suam calliditatem plectatur. l. si. fideiussor. §. in omnibus. ff. mand. etiam in omni damno, quo ex hac plus petitione reus est affectus. ex Iustiniano in §. sed hæc quidem. de actio. puniendus est. Cæterum si ignoranter, quia in alterius locum successisset, reum totum fraudulenter negantem, nisi pari ignoratione afficeretur, expensis mulctarem.

Præmissam Bart. sententiam ad euadendam à contrarijs cauti aduocati eligunt securiorē viam, & obseruant secundum Angel. Paul. Cuman. & Ias. in d. §. si stipulanti nu. 10. & Alciat. col. fi. nu. 40. vt actor posita certa summa, subdat illā clausulā, si non credidit, vel cōfessus fuerit de tanto, declaret de quanto vsque ad vnum, nam tunc tenetur reus respondere, etiam de qualibet parte. Adde feli. in cap. nam concupiscentiam. colum. fina. nume. 13. de constituti. versic. in gloss. 2. in fine nota. post Barb. num 33. col. 7.

Quæri solet, an aliquā pœna sit plectendus ille qui cum iuramento falsum dixit respōdendo positionibus? Videtur dicendum quod periurij pœna. Suadetur ex Bald. in cap. 1. col. 2. num. 3. de iura. calum. vbi formaliter dicit, Itē nota argumentum, quod clerici, præsertim beneficiati, non tenentur respondere positionibus sub iuramento, quia ex periurio deponerentur, & sic punirentur vltra periculū litis motæ, & essent impositæ clericis insidiæ, & laici essent contenti de hoc. Ex quibus verbis colligitur, quod periurans se in responsione positionum, est puniēdus in amissione causæ. Confirmatur. Nam accusatus de aliquo crimine, interrogatus à iudice, iuxta iuris ordinem tenetur dicere veritatem sub pœna peccati mortalis. Panor. in. capitulo primo. nume. tertio & ibi Felin. columu. 2. num. 6. de testib. cogen. cap. quis quis. 11. quæst. 3. Cuius litera sic se habet, Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem quam Deum. gloss. in capitul. quia plerique. verbo. audacia. de offic. ordi. libro sexto vbi *inquit per prædict. tex. in ca. quisquis.* & capitulo primo de crimi. falsi. quod tacere veritatem, est peccatum mortale.

Hinc est, quod Bart. dicit, quod iuste condēnatus ad mortem fugiendo à carceribus peccat, non tamen si carcer, vel mors esset iniusta. *Is, inquam* in. l. relegati. ff. de pœn. col. 1. nu. 3. & gloss. in clemen. Pastoralis. verb. per violentiam. de re iudica. dicit, quod iuste captus si fuit relaxatus à iudice, vel custode carceris sub iuramento de redeundo, tenebitur redire, *quāuis mortis periculo verisimili se ipsum offerat.* Cuius opinionem sequitur Ange. in summa. verb. carcer. §. 4. dicens eam singul. Præpo. in cap. 1. nu. 5. de coniugi. seruo. Igne. in l. 3. §. subuenitur. nu. 122. ff. ad Senatus consultum Sillan. vbi optime eam intelligit, & *prædictis nō citatis*, expendit opinionē prædict. gloss. & sententiam Bart. in citata. l. relegati. insignis Doctor Didac. de Couar. in libr. 1. variarum resolutio. c. 2. nu. 7. qui est videndus, cum resolutiue loquatur. Tiraquell. etiam prædictam glo. citat in libr. 1. de vtroque retract. in prin. nu. 68. Igitur si secundum opinionem prædictæ glossæ tenetur redire ad carcerem, ne periurij labe fœdetur, etiā si periculum iustæ mortis verisimiliter timere possit secundum Couarr vbi supra illat. 10. Ias. in repet. l. admonēdi. num. 175. ff. de iureiur. & l. si duo patroni. §. fi. col. vltima. ff. eod. titu. nu. 4. citantes prædict. clemen. Pastoralis. quanto maiori ratione erit adstrictus in specie proposita aperire veritatem, & contrarium veritati respondendo positionibus, erit pœnis iniunctis periuris puniendus? Quarum prima est infamiæ, & non solum facti, sed iuris: & nedū canonica, sed ciuilis. Bart. per text. ibi. nu. 6. col. 2. in. l. si quis maior. C. de transact. & ibi post alios Iason. nu. 21. & Thom. Parpalias. 12. notabi. num. 41. Hieronym. Cagnol. nu. 77. & Francisc. Curti. 7. notabi. num. 34. dicens, quod circa hoc plurimum laborat glo. in. l. Lucius. ff. de his qui not. infa. & in. l. si sub conditione. §. pen. ff. de condi. insti. & in cap. testimonium. de testibus. est gl. in cap. querelam. verb. crimine irretiti. de iure iurand. Rip. late in cap. 2. col. 1. cum sequent. de rescrip. Rebuff. de pacificis possesso. nu. 218. versi. Vigesimotertio periurus. Philipp. Corn. consili. 214. col. fi. nu. 17. libr. 2. & consi. 121. nu. 14. libr. 1.

Paul. Parisi. consi 43. col. si nu. 24. lib. 1. & consil. 26. col. fi. num. 95. lib. 3. Ex qua pœna infertur interpretatio singula. ad. l. fratres. C. de inoffi. testamento. quod si condemnatus de periurio fuerit hæres institutus à fratre, excluso fratre, quod ipse poterit rescindere testamentum fratris tanquam turpi persona instituta. Quam quæstionem in terminis dicit vidisse Thomas Parpali in. d. l. si quis maior. nu. 44. C. de transactio. Idem dixi in. l. 1. infra lib. 5. tit. 2. esse in spurio, adulterino, seu filiosacerdotis, quia sunt infames. Alexan. in. l. ex facto. nu. 22. ff. de vulga. & pupilla. Iaso. in. l. fratres. nu. 11. C. de inoffici. testa. Idem Ias. in consil. 71. nu. 2 libr. 1. Ioann. Lupus in rep. cap. per vestras. §. 10. incipit. Filiam minorem. nu. 10. fol. 90. de dona. inter vir. & vxo. Idem dicit Deci. in habente concubinam, cum esset coniugatus, is, inquam, in consilio. 530. Et late probauimus in addi. ad Segur. in repet. l. cum patronus. nu. 44. ff. de legat. 2. Quod bis habui in practica, & censeo notandum. Vtrum autem ex periurij crimine efficiatur quis infamis est videndus Hierony. Cagnol. in repetitione. d. l. siquis maior. nu. 78. vsq; ad. 85. vbi ponit quinq; limitationes, & casus, in quibus non incidit in infamiam.

Secunda erit pœna, quod propter periurium quis efficitur incapax beneficiorum, ac collatio ei facta, est nulla. c. querelam. de iureiurā. ibi. non merentur ecclesias regere, qui crimine periurij sunt irretiti. Plures concordan. citat Petrus Rebuff. in concordatis, titu. de pacifi. possesso. num. 218. Petrus de Petrutia in repe. l. 1. nu. 35. ff. de iureiur. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 15. arti. 9. quæst. princip. 1. partis. 2. libr. Couarru. in repet. c. quamuis pactū. 1. parte. §. 7. nu. 3. de pact. libr. 6. Socin. consil. 7. n. 10. lib. 1. Et de varijs pœnis periurantium est videre apud Ripam in. c. 2. de rescri. Guido. Papæ. decisio. 178. nu. 2. Stephan. Auffreri. in decisio. Capel. Tholosan. 17.

Suaderi potest, Nam iuramentum contra veritatem litis decisiuum, potest, & debet puniri quo ad vtrūque forū, tam Dei in isto & futuro seculo, quam foro Cæsaris, cū sit grauissimum delictum. cap. ille qui hominē. 22. q. 5. ca. duo mala. 13. dist. S. Thom. 2. 2. q. 89. arti. 8. Domi. de Soto. de iusti. & iure. lib. 8. q. 2. per totam. Petrus de Petrutia loco proxime citato. Ergo cum inducat magnum sacrilegiū, necesse est, q puniatur. Imo leges. quæ dicerent, q solum Deum vltorem habet periurus si simpliciter vt iacent essent intelligendæ, seu accipiendæ, præstarent occasionem deierandi, promittētes impunitatē in hoc seculo, vt ad oculum apparet, & sic non essent validę. l. conueniri. ff. de pactis dotali. Ideo talis periurus ad instantiam fisci, vel iudicis posset puniri, & inquiri de periurio ac eo de crimine periurij conuicto, in consequentiam cogere ad restitutionem. gl. in. l. 2. C. de reb. credi. verb. vltorem. in. 1. solut. intelligens legem illam, quā do iuramentum tantum respicit Deum & non partis præiudicium, vt in deponente falsum in damnum collitigātis, alteriusue personæ. Et hunc intellectum esse cōmunem fatetur Hierony. Cagnol. in repet. l. siquis maior. num. 91. C. de transactio. Ias. post Bal. in. l. si duo patroni. §. fi. nu. 3. col. 3. ff. de iureiura. Monthol. in prōptuario iuris diuini & vtriusque humani. verb. periurare, & periurus. fol. 166. col. 2. decisio Capellæ Tholosa. 17. & Guid. Papa. decisio. 178. Ludo. Gome. in. §. item si quis postulante. nume. 28. Insti. de actio. Ioannes de Selua in tracta. de iureiuran. in fin. Et prius hanc sententiam tenuerat Iacob. Butrigari. in dict. leg. secunda & Bonifa. de Vitell. in clementi. Dudum. §. cæterum. de sepultu. nu. decimo sexto. versic. Nota quod subditi. dicens, quod licet dicatur periurus solum quo ad Deum vltorem, tamen crimine etiam stellionatus punietur temporaliter. leg. fin. de crim. stellionatus. ff. Vel aliter, qui est periurus sine alterius præiudicio, punitur à solo Deo, vt ibi, alias etiam à Dei ministro, vt hic, & ibi notatur. Hactenus verba fa cit Bonifa. & est communis intellectus secūdum Bart. Chassanæ. in cōsuetudi. Burgū. fol. 346. col. 4. rub. 10. §. 12. nu. 22. Couar. in rep. cap. quamuis pactum. 1. par. §. 7. nu. 2. versi. Primo deniq; loco. de pactis. libr. 6. Et est de mente Signorol. de Homodeis. in consi. 244. nu. 6. versi. In casu nostro tractamus de pœna periurij. Singulariter Zasi. in dict. §. Item si quis postulante. nume. 19. Institu. de actio.

Præterea pro hac cōmuni sententia est text. in l. si duo. §. fin. ff. de iureiur. vbi periurus subijcitur fustium castigationi. Et est tex. de iure regio eam expresse confirmans in. l. 42. c. 12. libr. Pragm. regum Catholicorum cuius verba sunt. *y si este que respondiere a las dichas positiones fuere cōuencido de perjurio, por manera, que por los actos parezca que se perjuro en la respuesta que dio, allende de las otras penas en que cae, si fuere actor, el pierde la causa: y si fuere reo, q̄ de por confiesso.* Confirmata est in curijs vallisoleti an. 1555. leg. 46.

Ex qua lege regia infertur inualidam esse opinionem, quæ habet periurium in causa litis decisiua pœna periurij non fore puniendum à iudice humano, sed tantum à Deo. per leg. secunda. C. de reb. credit. & iureiuran. Cui est similis in. l. vigesimasexta titulo vndecimo part. tertia & leg. 136. in libri styli. Et esset contra opinionem veriorem & magis communem secundum Nicola. Boeri. decisione. 305. vbi numer. 1. plures huius sententiæ authores citat, q non possit etiā à fisco regio de

gio de periurio accusari. Subdeducitur inquisitum de crimine respondendo falsum positioni delicti peccare mortaliter, ac pœna periurij teneri per prædicta aduersus Alexãdrum in additio. ad Bar. in l. 1. verb. Quæro. ff. de bonis eorũ, qui ante senten. mortem sibi consci. & additiona. ad Panorm. in c. 1. verb. quod sic. litera. C. de testib. cogẽd. Et Robert. Maran. in speculo aduocat. pag. 405. nu. 9. in 6. parte. Ferdinand. Gomez Arias in l. 78. nu. 14. in ordina. Tauri. Esset etiam præstare occasionem deludendi leges, quæ præcipiunt litigatoribus iurare de calumnia, & de veritate dicenda, tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus, vt passim in vtroque iure, Cesareo videlicet, & Regio constat.

Nec obstat. d. l. 2. dum Imperator dixerit, iurisiurandi contemptam religionem satis habere vltorem ipsum Deum. Id enim locum haberet, vbi nulla ex periurio fieret proximo iniuria, vt glos. & doct. ibi communiter tenent. Vel voluit ibi Iurisconsultus (reddendo rationem cur periuria pœna corporali grauissimè non puniantur) satis esse huiusmodi crimen maximam à Deo expectare vltionem, quamuis ab hominibus non ita seuerè fuerit punitum. Aut clarius & melius loquendo dici potest, quod. d. l. 2. loquitur in iuramẽto litis decisiuo. Non tamen vult periuriũ non esse puniendum aliqua pœna, sed tantum vult eum non esse pœna retractationis sui iuramenti puniendũ, ita scilicet, ꝙ ex iuramento suo, quod postea falsum reperitur, nullam cõsequatur vtilitatem, perinde ac si non iurasset. Vt enim sit litiũ finis, statutum est, ꝙ si pars litigans aduersarij sui fidem, seu iuramentum elegerit, & ille iurauerit, obtineat in causa, etiam si falsum iurasse probari possit: & sic nõ punitur pœna retractationis iuramenti, seu pœna non obtinendi in causa. prout est casus clarus in dict. §. item si quis postulante. de actio. & in l. non erit. §. dato. ff. de iureiurãd. Notab. secundum Hierony. Cagnol. in rep. d. l. si quis maior. numer. 91. Et sic secundum eam. l. nihil vltra quæritur, quantum scilicet pertinet ad partem, quæ non potest vltra resuscitare litem. Probatur ex litera eius. §. dato. ex verbis sequẽti. remissa quæstione, an debeatur, quasi probatũ sit iureiurando. Ecce quod manifeste loquitur respectu partis, non autem respectu iudicis, qui constito sibi de periurio, poterit illum punire, vt præmissum est. Et iste est verus intellectus ad text. in d. §. dato. secundum Cagnolum in d. l. si quis maior. col. 18. versi. Sed obstat. d. §. dato. nu. 92. C. de transactionib. Et ita potest intelligi communis opinio contraria, quæ tenet, quod non puniatur, de qua paulo ante diximus in versi. Ex qua lege regia infertur.

Infertur ex eadem radice, conuictum de periurio in iuramento de calumnia à se præstito, periurij pœnam iudicis officio non euadere, & sic accipiendam ac limitandam fore responsionem contrariam Bal. in consi. 299. col. 2. lib. 1. singulariter ipsi me loquẽtem, quẽ sequitur Petrus Rebuffus in concordata. tract. de pacificis possessoribus, nu. 216. Frederi. consil. 29. Baldus in margarita. verb. iuramentum. q. 32. Couar. in repet. cap. quamuis pactum. 1. part. §. 7. nu. 7. de pactis. lib. 6. dicit glos. in princ. Inst. de pœna temere litigant. verb. iurisiurandi. Si enim futuri seculi vltioni relinqueretur, quotidie essent quam infinita periuria. Et ita sunt, quæ timore pœnæ oportet eos à tali audacia arcere. argu. c. eum qui. de præbend. lib. 6. & alibi supra dixi. Nec est ꝙ quis existimet periuros & si in hac vita aliquanto tempore impunitos viderit, futurum vt nunquam puniantur, imo certe longe aliter euenire solet: nam & si in hac vita primo non puniũtur, tamen impuniti diu non sunt. Vt testis est Tibullus Eleg. lib. 1. Ait enim.

Ah miser, & si quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Ad idem Claudianus in Curetium.

In prolem diluta ruunt periuria patris,
Et pœnam merito filius ore luit.
Et quas fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua refudit opes.

Itẽ quod iurans falsum habeatur pro conuicto, constat. Nam falsum respondens, in effectu iuxta iuris sancitum nihil dixit. tex. cum glos. verb. habent. in l. 2. C. de hæret. vbi habetur, ꝙ falsus denarius, non est denarius. glos. simi. in c. vera iustitia. verb. falsa. 45. dist. cum cuius opinione Archidiac. Domi. & Præposit. simpliciter transeunt. Facit, nam illud quod est falsum, dicitur nullũ. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. Hippolyt. consi. 89. incipit. Summi Dei. col. 1. nu. 3. Ioã. Lup. in repet. rub. §. 70. nu. 91. de don. inter vir. & vxo. Alexand. consil. 104. Statutum loquens. col. 2. nu. 3. lib. 1. Sed respondens falsum nihil dixisse existimatur, ergo tanquam omnino nihil respondens debet haberi pro confesso. c. fi. de iureiurand. lib. 6. Præterea ob mendacium quis cadit à iure, quod sibi competebat in causa, de qua fuit rogatus. l. fin. ff. de rei vendi. per quam inquit Anto. in cap. cæterum. col. 4. versi. Vnum tamen aduerte, de iudi. feudatarium negãtem rem feudalem esse feudalem, eo ipso incidere in commissum à feudi vtilitate, & iure. Item in actione reali conuentus negans rem possidere, amittit eius rei possessionem actori quærendam, vt hoc modo mendacium defensoris impunitum non relinquatur,

 text.

text. singul. in l. fin. ff. de rei vendi. quem annotauit Lud. Roma. consi. 91. versi. quo ad vltimum. Hieronym. Grat. consil. 87. lib. 2. Ias. in. §. omnium nu. 8. versi. Vnum etiam in hac materia. Insti. de actio. & ibi Angel. & etiam Ioan. Gomez. in §. ex maleficijs. nu. 16. eod. titu. Petr. Ferrarien. in practica forma libelli interrogatio. fiendarum cum reo conuent. in verb. Primo an dictus Ioannes. & ibi eo ipso Bern. Landr. in additio. Felin. in c. cæterum. col. 5. num. 18. de iudic. Hippolyt. latissimè in repet. rub. ff. de fideiussô. q. 46. nu. 322. qui in nu. 325. dicit dict. l. fi. ff. de rei vendi. valde notabilem. Singulariter eam intelligit Panormita. in c. cum contam. nu. 18. col. 5. de iura. calumniæ. Et ibi additio. Bal. in l. quæstionem. & ibi Barba. ad eum super num. 2. C. de fideicom. l. 3. vbi eleganter illam legẽ Grego. Lopez declarat tit. 3. par. 3. Ex quibus colligere poteris casus plures, in quibus mendacia puniuntur, & alijs in locis, scilicet, in authen. Item possessor. C. qui potio. in pigno. & in. §. vassallus. si fuer. controuers. inter do. & agna. & in. l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiusso. & in. l. pen. ad fin. ff. de iu. doti. & in. l. si ex parte. §. interdum. ff. quod cum eo. Cui tex. est similis in. l. qui cum se patrem. ff. de re iud. text. in authen. contra qui propriam. C. non nume. pecu. l. sed & hoc ita. §. 1. de re iudi. tex. in. l. fin. C. de iure emphy. l. 3. §. tutor. ff. de suspect. tuto. similis tex. in. §. sed & si quis. eod. titu. Insti. text. in. l. hæreditatum. §. fi. ff. ad legem falcid. l. de ætate. §. si cum esset. ff. de interroga. actio. l. 1. §. penult. ff. si quadrup. pauperi. fecisse dica. §. fi. Instit. de fideicom. hære. cap. fina. de solut. l. 100. styli. dict. l. 3. titu. 3. part. 3. l. 42. cap. 12. libr. pragmaticarum Regum Catholicorum.

Intellige tamen prædicta iura eo casu, quo negatio fieret super petitione aptè formata, alias autem non procedit pœna. l. 1. verb. solenniter. C. de his quæ pœnæ nomi. Bald. in repet. l. Paduana. l. edita. col. pen. versi. ex tribus autem. nu. 59. C. de edend. Sequitur Iasin. l. eum qui. col. 4. nu. 14. ff. de iureiur. & in. §. omnium. nu. 97. Instit. de actio. Barthol. Chassanæ. consil. 38. col. 2. nu. 10. versic. hinc videmus. reputat singulare Ludouic. Gomez. in. §. ex maleficijs. num. 17. versic. Ego tamen vltra adducta. Insti. de actio. Cõfirmatur ex Bart. in l. si filius. ff. de interroga. actio. Roma. consil. 224. Felin. in c. cæterum. de rescript.

Intelligitur præterea, nisi negans generaliter negasset, dicẽdo, Nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur esse vera. Bart. in. l. si dubitet creditor. §. ita demum. num. 1. ff. de fideiusso. Et ibi eum sequitur Imol. & Alexand. in. leg. etiam. §. nume. 9. ff. solut. matrimo. Et est vera & communis teste Ias. in. leg. sicut autem. §. quod autem. num. 12. ff. de re iudic. dicit idem Ias. in. §. omnium. num. 98. de actio & esse dictum memorabile, ac perpetuo menti memoriæque commendandum. Et est verius secundum eundem in. l. eum qui. num. 15. ff. de iureiuran. Hippolyt. in singul. 242. col. fi. versi. Sed teneas tu mẽti, & in rep. rub. ff. de fideiussori. nu. 336. versic. quæ cõclusio. Ioã. Lup. in repet. ca. per vestras. §. 12. nu. 15. fol. 115. col. 4. versi. Itẽ hoc est verũ. de donat. inter virum & vxor. Ideo negatio non debet fieri in specie, dicendo, Nego me possidere, Nego me socium, vel similiter, sed in genere, prout singulariter docet Bar. vbi supra. Quæ cõis & vera est opinio secundum Paul. Parisi. consi. 100. col. 2. libr. 3. Quamuis contrariã dixerit cõmuniter teneri Feli. in c. cæterum. de iudic. col. 5. n. 19. versi. Limita tertio. quẽ in specie reprobat Ias. in d. §. quod autem. col. fi. n. 12. & Paul. Parisi. dict. consil. 100. num. 9. asserens à priori sententia Barto. communi non esse recedendum. In regno tamen nostro tenetur respondens positionibus simpliciter, & pure per verbũ Nego, vel, consiteor, respondere. Nec admittitur responsio, Nego petita prout petuntur, & narrata prout narrantur. leg. 11. condita in oppido de Madrid. Tertio modo potest euitari pœna negantis, si negans ante litem contestatam pœnitentia ductus reuocauit talem negationem, secundum Iacob. de Are. Albert. Ange. Rapha. Alexan. & Iaso. col. 2. num. 5. in dicto. §. quod autem. Angel. Imol. & Paul. in dict. l. si dubitet creditor. §. 1. ff. de fideiusso. tex. insignis, mentique tenẽdus in l. electio. §. nec. & ibi gl. verb. poteris. & Bal. ff. de noxalib. actio. Est nota. secundum Iaso. in dict. §. quod autem. num. 5. glo. in. l. inde Neratius. §. hęc actio. verb. in duplum. ff. ad legem Aquili. quam commendat Iaso in. l. eum qui. col. 3. num. 9. ff. de iureiurand. & ibi plures concord. citat Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras. §. 12. num. 15. versi. Hoc tamẽ intellige. de dona. inter virum & vxo. Plura tamen inducta in odium mendacij colligit vltra prædicta Ias. in. l. quod te. col. 10. numer. 30. ff. si certum petat. & in dict. §. quod autem. num. 4. Guilielm. Benedi. in repe. capit. Rainutius. verb. Si absque liberis moreretur. 2. num. 159. de testamen. Franciscus Brun. de indicijs & tortura prima parte. q. 3. numer. 18. versicul. Quæro an mendacium. Oldendorpi. de probatio. titul. Vtri litigatorum sit ex varijs circunstantijs decernenda probatio, regul. 2. num. 2. & in tracta. actio. loci communes. §. finis omnium actionum est. num. 25. fol. 194. in 7. volum. tract. Late de mendacio, quod hodie veritate suppressa, nimis abundat, vltra præmissa est videndus Luc. de Penna in lege secunda columna prima, & secunda. C. de incol. libr. 10.

Dubitatur

Dubitatur præterea, Verum censeatur periurus & confessus ipso iure, vel requiratur sententia? Respondendum est, quod ad hoc vt debeat habere locum dicta pœna legis. 11. de Madrid, requiritur pronunciatio iudicatis. Bart. in. l. eius qui delatoré. col. 1. n. 2. ff. de iure fisc. vbi plenas concordantias in hac quæstione videbis per Additionatorem, id enim etiam in criminibus pœnam ipso iure imponentibus locum habet capit. cum secundum leges. de hæret. lib. sexto ibi, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. Roma. consil. 211. columna penultima versiculo. Secundo moueor, notans text. illum, quod vbi ipso iure propter quid præexistens deuenitur ad certum actum, semper requiritur sententia declaratoria super præexistenti. Probatur. Nam periurus, qui est propter periurium priuandus aliquo iure, non est ipso iure priuatus, nisi in casibus à iure expresis. Felin. in cap. 2. colum. 1. de resc. Thomas Parpali. in repet. l. si quis maior. num. 66. in. 17. notabil. de transactio. & ibi Cagnol. num. 86. versic. Secundò quæritur. Addendus est omnino Panormitan. in capitulo cum causa. columna secunda numero. 11. vt lit. nō constet.

articulos sobre la excepcion o excepciones si le fueren negadas [a]: y para excluyr las replicaciones del actor, y el juez mande dar copia [b] a las partes, e asigne otros ocho dias e termino peremptorio a responder con juramento singular e particularmente a cada vn articulo so cada

a ¶ *Si le fueren negadas.* Si positionem negauit, ex ea amplius iuuari non poterit, vt superiori gloss. dictum est. Et insuper addendus Ripa in. l. naturaliter. § nihil commune. numer. 122. ff. de acquiren. possess. qui singulariter loquitur.

b ¶ *El juez mande dar copia a las partes.* Imo videtur, quod statim teneatur respondere positionibus absque vlla termini assignatione. dict. l. 42. capit. 11. libr. Pragm. regum Catholicorum. dicens sic. *Luego en la misma hora en presencia del juez sin le dar traslado, ni termino para deliberar le apremie a q̃ de palabra, e sin q̃ le aya de mandar vna o dos, o tres vezes, e sin cōsejo de letrado la parte principal. &c.* & Adde leg. tertiā. titulo decimotertio partita tertia vbi Gregori. Lopez referens hanc leg. de Madrid in gloss. penul. tenet cum ea simpliciter constituens correctionem inter istam legem & illam Pro quarū concordia est omnino consulendus Panormita. in capit. cum causam. columna secunda numero sexto. de iuramen. calumniæ. dicens, quod aut respōsio exigitur super cōtentis in petitione, super quibus est verosimile, quod sit instructa pars, & ideo non est danda dilatio. argument. leg. secundæ. C. de dilationi. Quo casu intelligendam fore statui. l. vndeciman. de Madrid. Sin autem non potuit pars instructa venire, nempe quia tūc est dubius in illa petitione in qua ab eo petitur declaratio. ex text. in dict. l. secunda versic. illi autem ibi, qui præter spem ad alienum iudicium trahitur, ideoque copia ei deneganda non est, si hoc cōmoditatis ratio postulauerit. l. inter priuatos. C. de dilatio. quo casu intelligenda est nostra lex. Quando autem cōpia sit danda, iudicis arbitrio est, relinquendum, vt ipse inspiciat, vtrum petitio sit talis, super qua pars possit esse instructa absque aliqua deliberandi facultate ei concessa, ne sit causa respondendi calumniosè ex præmeditato sermone habito secum, & cum aduocatis, qui communiter mentiri docent. Et sic arbitrabitur, vtrum sit statim, vel cum copia temporis respondendum. ex gloss. in. l. secunda. §. quod obseruari. verb. existimāt. & in. §. fina. verb. rei qualitas. C. de iureiurand. propter calumni. dand. Et sic intelligenda erit nostra lex, vt euitemus correctionem, & repugnantiam inter istam legem, & legem Madritiam vndecimam, hæc erit melior opinio ea iura concordans. capitulo cum expediat. de electio. libro sexto vel quia esset rusticus & idiota, quia potest instrui, & præsente aduocato respondere, vt eleganter voluit Hostiens. in capit. dilecti. de iudi. Specula. de positioni. §. tertio versiculo. Sed pone quod patronus. &. §. septimo versiculo decimo septimo. Baldus in. l. secunda in prin. C. de iurament. calumni. Et dictum Hostiens. verissimum esse fatetur Alexand. in. l. prima columna secunda numero quarto. ff. de vulgari. & communiter tenetur secundum Thomam, in additione ad eum ibi. Quam sententiam intelligendam esse existimamus in rustico simplici, non autem in sagaci, & callido. ex glossa. in lex athletæ. §. de rusticis. verb. interdum. ff. de excusatio. tutorum. quæ quidem glossa secundum Baldum. in. l. prima. in fin. verb. C. de interd. matri. est menti tenenda, Iaso in. l. siquis id quod. numero trigesimo secundo. ff. de iurisdictione. omnium iudicum.

vna poſiciō conteniendo e prueue el juez q̃ las poſiciones e articulos ſean perteneſcientes y claras, y las reſponſiones otroſi ſean ciertas, e claras, y no obſcuras: conuiene a ſaber: que reſponda cada vna de las partes por palabra de niego: o de cōfieſſo a, o de creo, o no lo creo b, e ſi reſpōdiere que no lo ſabe: no le ſea recibida tal reſpueſta, ante ſea auido por confieſſo c, ſegū luego diremos. ¶Si la parte pregūta

a ¶*De niego o de confieſſo*. Sine adiectione qualitatis. Bart. in. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verborum obligatio. dixi ſupra in gloſſ. *poſitiones*. Et adde gloſſ. in dict. l. ſi quidem in gloſ. 1. C. de exceptio. Bald. in. l. ait Prætor. §. quacunque autē. column. 2. verſic. In contrariū fecit. ff. de iureiurād. Quæ tamen intelligenda eſt, quod teneatur reſpondere poſitioni ſimpliciter, non exiſtente tamen cauſa: ea tamen exiſtente, reſponſio poterit modificari. Bald. in. l. iuſiurandum. §. non ſemper. ff. de iureiurand. & in. l. ſi non ſimpliciter. col. 1. verſic. Nota quod ad verbum ſimpliciter. numero primo. & ibi Andr. Barb. in additione. C. de ædili. actio. Alex. in addi. ad Bartol. in d. l. iuſiurandū. §. ait Prætor. ſingulariter docet Ange. Areti. in. §. is itaque. col. 1. verſi. Nota textū ibi, ac ſimplici. Inſti. de iuſt. & iur. Item etiā impune poterit recuſare poſitionem, cū poſitio eſt obſcura, nec habebitur ex hoc pro confeſſo, cum ponens teneatur clare, & mēbratim poſitiones explicare, vt in hac lege Regia cū ſimilibus habetur. incertitudo enim vitiat diſpoſitionē. l. duo ſunt. Titij. ff. de teſtam. tute. §. incertis. Inſti. de lega. Specula. de emphyteuſi. §. nūc aliqua. nu. 74. Hippolyt. in rep. rub. C. de proba. nu. 354. cū ſequen. Andræ. Tiraquell. de iure primogenio. 6. opin. 17. q. princip. n. 1. cū pluribus ſubiectis. merito igitur erit reijcienda, ſi poſita non eſſet per præſcripta.

Confirmatur præterea ex tex. in. c. ſi poſt præſtitum. ibi, iuſſusque à iudice reſpondere, abſque rationabili cauſa recuſet, aut nolit. de confeſſ. lib. 6. Ergo cauſa exiſtente refutari poterunt, nec confeſſus iudicandus erit, ſecūdum formā tex. ſingul. in. d. ca. ſi poſt præſtitum. & legis noſtræ.

b ¶*De creo, o no lo creo*. Reſpondens enim per verbum. Credo, habetur perinde, acſi vere eſſet cōfeſſus poſitionem. gloſſ. inſignis in capit. ex literis. verb. occultata. de iureiurand. notanda ſecundum Philipp: Franc. in cap. ſtatuimus. col. 2. nu. 9. de confeſſ. libro. 6. vbi eſt gloſſ. 1. tamen hodie tenetur indiſtincte reſpondere poſitionibus, directe negando vel cōfitendo. alias habetur pro confeſſo. l. 11. in ordinamen. de Madrid. Et optimè id ſancitū eſt cū poſitiōes fiāt ad certā probationē inducēdā, quę minime induceretur per verbū, credo, q̃ eſt dubitatiuū, & regulariter non probat. vt probat glo. verb. præſto. l. teſtiū. C. de teſti. & in cap. quoties. eod. tit. gloſ. verb. audierint. in. l. 2. §. idē Labeo ait, cum quęritur & ibi Bar. ff. de aquā pluuia arcend. Cardi. in. c. ſacris. notabil. 6. de his quę vi metuſue cauſa fiunt. Et qui hodie vnū credit, poterit cras aliud credere. argu. l. 2. ff. quis ordo in poſſeſſ. ſerue. gloſ. in. l. de tutela. verb. probata. C. de in tegr. reſtit. quam notat Peruſi. in. c. 1. n. 14. de cōfeſſ. libr. 6. Hippoly. in. l. ex libero. num. 14. de quæſtio.

c ¶*Por confieſſo*. Nota, quod iuſſus reſpōdere poſitionibus, vel nō clare reſpondēs, habetur pro confeſſo, prout hac regia cōſtit. ſancitū eſt. & in dict. l. 11 in ordina. de Madrid. c. ſi poſt præſtitum. de confeſſ. lib. 6. cuius forma ab omnibus, & per omnia ſeruāda eſt ſecundū Rotā antiq. deciſio. 681. Habet tamē locū in cauſis ciuilibus, nō tamē in criminalibus, nec vbi agitur de dolo. Bart. in l. 1. col. 2. verſi. ſcias tamē. C. de pœna iudi. qui male iud. Antoni. Capici. deciſio. Neapolitana. 60. nu. 2. Vtrū autē habitus pro confeſſo poſsit nihilominus probare cōtrariū? Reſpondendū eſt poſſe. Angel. col. 1. & Paul. col. 2. nu. 5. in expreſſo notant in. l. ſi is qui tecum. C. qui teſtamen. facere poſſunt. Verba Angel. ſunt hæc formalia. Et ſecundum hoc habes hic caſum notabilem, quod ille, qui habetur pro confeſſo, & pro condemnato ratione fictæ confeſsionis, poteſt probare contrarium, & etiam hæres eius, & ſic non operatur plus ficta confeſsio, quam vera. Idem habes in dict. l. fina. ff. de bonis eorum. Et ex hoc decido duo. Primū, quod ſi bannitus, qui non comparuit, ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo, vult purgare contumaciam, & comparere antequam feratur ſententia, & probare de innocentia, quod auditur. Secundo, quod ſi alicui, lite conteſtata, lectis poſitionibus. ſit præceptum, quod reſpōdeat ſub pœna iuris ſi non reſpondet, quod habetur per hoc

pro con

pro confesso, vt in cap. si post præstitum. de confess. libro. 6. tamen auditur, volens probare contrarium, quia non plus operatur ficta confessio, quam vera. Hactenus verba facit Angel. quæ memoriæ perpetuo sunt commendanda ad intellectum illius Regiæ constitutionis. Comprobat hanc sententiam Anto. de Butrio. in. cap. ex parte colum. fin. de confess. Areti. consil. 146. col. 2. num. 5. Alexand. de Imol. consil. 145. incip. Domini redemptoris inuocato suffragio. columna. 2. versic. quod autem contra fictam confessionem. num. 4. lib. 6. Ioann. de Imol. singulariter in. l. fin. §. iussus. colum. 3. versic. An autem si nulla causa ff. de appella. Ioan. Andræ. ad Specul. titul. De positioni. §. Nono tangendum est de pœnis. in verb. habetur. Alexand. in dict. l. si is qui columna secunda dicens bene notandum. Iaso. columna tertia numer. 6. versic Ex isto textu habes. Philipp. etiam Deci. col. 2. num. 17. idem tenet. & ponit vnam limitationem, quam per eum videas. Franc. Auiles in capitibus Prætorũ. cap. 15. n. 22. (Diximus in l. 1. verb. *hasta nueue dias*. quæst. 7. & quæst. 19. tit. 3. supra proxi.) qui dicit in practica apud Regios Senatores Cancellariæ receptam esse hanc opinionem, quod reus ficte confessus. admittitur infra nouem dies ad probandam veritatem, erroremq; talis confessionis.

Sed est dubium, Quæ sit pœna non respondentis iuxta iuris formam positionibus, si habitus pro confesso, in pœnam contumaciæ admittitur ad probandum errorem? Videtur quod nulla, & lex seruiat verbis, & non rebus, sitq; frustratoria contra institutiones, communesq; obseruationes Iurisconsultorum in. l. omne verbum. C. communia de lega. cap. commissa. §. porro. de electio. lib. 6. l. fina. C. de dona. ibi, Quid enim verbis opus est, quæ rerum effectus nullus sequitur. l. promittendo. ff. de iure doti. §. 1. Insti. quod cum eo. Hac tamen ratione minime obstante, est dicendum, quod imo pœna non modica infligitur reo, cum onus actori iniunctum iuxta iuris vulgares sanctiones, ob fictam confessionem inductam à lege propter contumaciam rei, in ipsum transferatur: & nisi contrarium suæ fictæ confessioni ostenderit, condemnabitur, actore etiam nihil probante. Tenet insignis, & clarus doctor Ioan. de Imol. in dict. l. fina. §. iussus. Quod semper memoriæ commendandum est.

Præterea quæstionis est, Vtrum inquisitus si commiserit homicidium, fateatur se occidisse ad suam defensionem, veniat damnandus, reiecta qualitatę defensionis, & sic censeatur fateri delictum? Et respondendum est contra reum, nisi probauerit defensionem, quia præsmoptio est contra eum. l. si non conuicij. C. de iniur. l. 1. C. de sicar. cap. 1. de præsumpt. originaliter habetur Prouerb. 26. Quibus iuribus aperte probatur, & constat delictum colligi, & præsumi, quotiescunque committitur aliquid, quod est de genere prohibitorũ. c. venerabilibus. §. potest quoq; iuncta glo. verb. iustitia. de senten. excom. lib. 6. explicat singulariter Doctor Segura in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. nu. 28. ff. de leg. 2. Bart. in. l. diuus. ff. de sicar. l. qui innocentem. §. pen. ff. de iniur. tex. bonus in. l. vulgaris. §. siquis æs. ff. de furt. Andræ. Tiraquell. in rep. l. si vnquam. verb. reuertatur. nu. 287. C. de reuocand. dona. referens optimum dictum Areti. in. l. qui sepatris. in. fi. ff. de acqu. hæredi. Tu ipsum videto, quia non est alibi secundum eum. Bartho. Socin. in tract. regula. cum fallentijs. regul. 94. qui ponit regulam, dicendo, Dolum presumendum fore in his, quę sunt de genere prohibitorum. Corn. idem notat in consi. 158. col. 3. num. 8. lib. 4. & in consil. 205. colũ. 1. lib. 2. & consi. 273. nu. 27. lib. 1.

His etiam est authoritas Barto. in terminis tenentis hãc sententiam in. l. Aurelius. §. idẽ quæsijt nu. 2. ff. de liberatio. legat. & in. l. eum qui. col. 2. versi. ex eo. ff. de iureiurand. Bald. magistraliter in l. vni. nu. 43. & ibi Apostillatores ad eum. C. de cõfess. & consil. 79. col. 1. lib. 2. Iaso. in. §. item siquis postulante. Insti. de actio. num. 21. & in. l. vt vim. col. 3. nu. 13. dicit. Bart. sententiam magis communem esse. ff. de iusti. & iure. Et ibi sequuntur Deci col. 7. nu. 19. Francisch. Curti. iu rep. e. nu. 71. Mari. Salomoni. col. antepe. nu. 25. & Claud. de Seysselo. nu. 79. qui eam magis cõmunem esse fatetur. & Thom. Ferrari. cautel. 5. nu. 1. Alciat. in. l. 1. §. si quis simpliciter. num. 70. ff. de verb. obligat. dixit cõmunem Ioan. Lupus etia in allegatio. hæresis. §. 7. versi. Ad cuius cõfirmationem. Felin. in. c. venerabilis. col. 4. versi. Tertius casus. nu. 15. de exceptio. & in. c. cum dilecti. col. 8. nu. 8. de accusatio. Hippolyt. singul. 185. incip. Confessio inquisiti. & iterum consil. 53. nu. 36. versi. Vltimo quia propter angustiam. Alex. in. l. nõ solum. §. sciendum. nu. 5. ff. de noui ope. nuntia. & Soci. num. 33. in l. 1. ff. si cert. pet. Thom. Grãmati. in voto. 2. nu. 1. Paul. Parisi. consi. 78. col. 2. nu. 16. lib. 4. Prępo sit. in. c. tria. colũ. 2. de sponsalib. Et tenẽt doctores magis communiter secundum Augusti. Beroi. in ca. at si clerici. nu. 73. de iudic. Robert. Marant. in specul. aduocat. 6. part. §. quartus actus. titul. De positione, seu articulorum productione. num. 27. pagin. 447. versi. super hac materia confessionis. Ludoui. Carreri. in practi. criminis. §. homicidiũ. requisito. 4. nu. 163. pagi. 413. Faciunt ea, quæ notat Boeri. decisio. 339. nu. 3. & in deci. 164. nu. 10. dicit opinionem Barto. communem. & plerique alij sequuntur, quos enumerare, fastidiosum potius

tius esset, quam subtile. Suadetur ista communis sententia ex eo, quia natura confessionis est nocere, non autem prodesse confitenti. l. de ætate. §. 1. ff. de interroga. actio: glo. in cap. 1. 2. quæst. 1. c. fi. de confess. gloss. in. l. vni. C. de confess. c. 1. 14. q. 2 ideo non sufficit allegare qualitatem ad sui defensionem absque alia probatione, quia sequeretur, ꝙ ex confessione, ac dicto suo liberaretur, quod tamen non est dicendum. ergo. &c.

Item & secundo, quia nullus in causa propria testimonium dicere potest. l. omnibus. C. de testi. l. nullus. &. l. non est ideo. eod. tit. sed testis absq; dubio censeretur quodammodo, si de qualitate simpliciter ei crederetur contra præmissa iura. ergo pro Bart. & communi.

Tertio est tex. in. l. vis eius. C. de probatio. iunctis his, quæ notãtur à Francis. Areti. in. l. decem. col. 3. versi. Tu vero aduerte. ff. de verb. obliga.

Item & quarto. Nam quando qualitas facti includit dolum, semper præsumitur. l. Decuriones. C. ex quib. cau. infam. irroge. l. quoties. §. dolum. ff. de probat. l. 1. ff. de except. doli. Prout etiã dicitur, quod ex immoderate gestis, præsumitur dolus. l. creditor. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. credito. Bart. in. l. fina. ff. de Prætor. stipula. Et casus plures vltra ducentos & viginti tres, in quibus præsumitur dolus, scriptos reliquit, & posteritati tradidit Lucas de Penna in. l. quemadmodũ. col. 2 cũ septẽ sequentibus. C. de agricol. & cẽsit. lib. 11

Itẽ quinto loco. Nã sicut ille qui iurat super facto, videtur iurare super toto. l. duobus. §. colonus. &. l. si. ff. de iur. iu. & notatur in. l. 1. §. 1. ff. quarũ rerũ actio nõ da. ita qui cõfitetur factũ. videtur etiã confessus ius, seu vinculũ, quod illo facto cohæret, quia ius in facto constitutũ est. l. si ex plagijs. §. in cliuo. ff. ad legẽ Aquil. & constito de facto, cõstat de obligatione, nisi contrarium probetur.

Præterea & sexto, Licet per personalem cõfessionem non probaretur: tamẽ probatur per iuris præsumptionẽ: quia in delictis præsumitur dolus. d. l. si non conuicij. & c. 1. de præsumptio.

Septimo fundatur. Nam per confessionem factũ est notoriũ. c. vestra. de cohab. cle. & mulie. vbi gl. & cap. fi. illiusmet. tit. Ergo oportet puniri maleficium, ne impunita maneant facinora: nisi iudex pati velit, quod alijs dissimulando concessit. l. nulli. C. ne sanctum baptism.

Contrariam Bart. sententiam tenet Salice. in. l. 1. C. de confess. imo quod tota confessio debet in totum acceptari, vel in totum reijci. Et est magis communis, & æquitati magis conueniens secundum Hippolyt. in consi. 136. nu. 31. & nu. 44. qui citat plures hanc partem defendentes.

Et videtur, ꝙ ista responsio non probat maleficium. Quia respondẽs, expresse cõtrarium asseuerat, vt nota. in. l. siquidẽ. C. de exceptio. & in. l. 2. C. de dona. ante nupti. Cum enim ista responsio duo contineat quo ad constructum eiusdem orationis coniũcta, ita quod suppositum ab opposito in cõstructu orationis non põt separari, oportet, quod intellectus sequatur eandẽ inseparabilitatẽ, quia ratio recti sermonis destruenda nõ est. l. Plautius. ff. de aur. & argent. lega. & quia aut in totũ debet approbari, aut totum improbari. l. Publia. §. fina. ff. de posit. Nam circa idem factum, seu eundẽ actum, non admittitur diuisio. l. neminem. ff. de lega. 2. nec variatio. l. in causa. ff. de procura. Nec circa factum & qualitatem. l. Caius. ff. de manumissio. Præterea probatur ex Innoc. in ca. statuimus. columna prima numero secũdo de offic. delegat. dicente, quod ille, qui dicit se iure fecisse, non fatetur maleficium, nam tunc esset notorium, & pertineret ad illum conseruatorem, de quo ibi loquitur. Vnde ibi ista quæstio videtur determinari ab Innocen. Item certum est aliud delictum, aliud pœna, & vnum est separabile ab altero. Ergo vno cõcesso, non conceditur reliquum. l. Decuriones. C. de infamib. l. cum interdictæ. C. arbitri. tutel. Sed istis minimẽ refragantibus, tenendum est cum Bart. & magis communi sententia doctorũ, quam etiam sequitur Barb. cõl. 6. in dict. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obligationibus.

His tamen præhabitis, atteñ. l. 11. de Madrid, quæ vult responsionem simplicem, & absq; cautela verborum, non videtur posse habere locum talis responsio qualificata, cum sit clarum compositam potius quam simplicem esse. Nam simpliciter dicitur respondere, qui sine plica, & inuolutione vel distinctione respondit. glo. in clemen. Sæpe. de verb. signifi. c. 1. de summ. Trini. l. codicillos. §. instituto. de lega. 2. l. coiri. ff. pro socio. l. 1. §. 1. ff. de vulgar. & pupilla. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obliga. Quo fit, quod si pono, quod mutuaui tibi centum, & respondeas, non mutuasti. & si mutuasti restitui, talis responsio dicitur non simplex, & sic respondens habetur pro cõfesso. Barto. in. d. l. §. siquis simpliciter. nu. 3. Deinde etiã in casu præsupposito post alios respondet Socin. in l. 1. nu. 9. ff. de vulga. & pupilla. Ludouic. Carreri. in practica crimin. §. homicidiũ. nu. 164. pagin. 415. versi. Limita nisi esset statutũ. Boeri. decisio. 339. nu. 3. Idẽ etiã notat expresse Philipp. Frãch. in. c. is qui. nu. 1. de elect. lib. 6. Igitur cum reus teneatur pure & simpliciter negare, vel confiteri positionẽ, non poterit adijcere aliquam qualitatem, alias haberi debet pro cõfesso. Ideoq; dicendũ est, quod ex æquitate admittenda erit talis responsio. stante hac lege regia, & dabitur terminus reo ad se exonerandum. ex notatis à Bald. in. l. 1. num. 2. C. de ædili. actio. Socin. in. l. 1. numer. primo. octauo. ff.

da por el juez estando presente le fuere mandado vna y dos y tres vezes a por el dicho juez que responda, e si razon alguna legitima no touiere, e recusare, o no quisiere responder claramente segun dicho es: o despues que le fuere mã-

ub.ff.de vulga. & pupilla. Vtrùm autem ex tali confessione sola non probata qualitate ad sui necessariam defensionem factum homicidium reus damnari possit ad ordinariam criminis pœnam? Aliqui firmãt quòd nõ. Et dicunt singularẽ doctrinam esse ad hoc Panormita. qui primàs habet in iuris pontificij declaratione. in capit. auditis. nume.32.de prescriptio. vbi Felin. numero. 30. dicit esse pulchrum dictum in practica, an esse in cultu apud modern. & est signandum & notandum secundum Barth. Soci.in.l.1.nu.10.ad fi. ff. de vulga.& pupillar. Ias. in.l. vt vim. nu. 13.de iusti.& iur. vbi etiam Deci.col.7.nu.20.Mari. Salomoni. col.fi.nu.26.Claudi. de Seyselo. nu.77.& Francischinus Curti.col.fi.versi.successiuè igitur.vbi reputat singularẽ limitationem ad doctrinã Barto. in d.§.idẽ quæsijt.Felin in.c.significasti.2.nu. 13. de homic.& in.c.afferte.col.pen.n.10.de præsumptio. Thom.Ferrari in cautel.5.Hippoly. in cõsi. 53.nu.37.Philip.Deci.in.l.1.col.6.nume. 16. ff.si cert.peta.Ferdi.Loazes in repet.§.ijs igitur.Insti. de iust.& iur. nu. 23. cum sequent. Gomez Arias in.l.43.num.11.in ordinatio.Tauri.Hippoly.singul.185.Thom.Grãma.voto.2.n.2.Et est opinio magis cõmunis secundum Carreri.in practi. verb. homicidiũ.requisito.4.nu.167.& semper fuit obseruata in practica secũdũ Thom.Grãma.cõsil.69 nu.13.Claudi.de Seysell.in.l.non solùm.col.2. ff. noui operis nuntia. Confirmatur ex adductis ab Alexan.in.l.1.nu.28.ff.si cert.peta. quamuis contrarium ibi velit Socin.nu. 33. & sic contra mentem doctorũ,& non vera secũdum eundem Soci. in.l.nõ vtiq;.nu.7.ff.de exceptioni. aliæ declarationes ad Bart.sententiam in.d.§. idem quæsijt. videndæ sunt per Carreri.& alios doctores, de quibus suprà memoriam fecimus. Et illa est notãda responsio, Non feci, & casu negato q; feci fuit ad meam necessariam defensionem, secundum Bald. in.l.siquidem.col.2.num.4.C.de exceptio. Et ita communiter vti solent cauti aduocati.

a ¶ *Le fuere mandado vna, y dos, y tres vezes.* Hoc necessariũ non est tot vicibus repetere ex lege Regum Catholicorum lib.Pragm.l.42.c.11. Sed ad illũ conuincendũ de inobedientia, bonũ erit quòd iudex repetitis monitionibus, vt hic habetur, recusantem respõdere moneat, & sic crescẽte contumacia, crescat & pœna. Notatur in.l.ei qui.& in.l.vulgariter.ff.de furt. Chassan. in consuet. Burgund. rub.1.§.5.fol.45.col.4.nu.8. Et quamuis non respondens habeatur pro cõfesso.glos. in. l. certum. ff.de confess.l.3. C. de affesso. & in authen. Qua in prouincia. verb.quia cõtumacia eius. C. vbi de cri. agi oport. l. Senatus §.diuus. ff. de iure fisc. Specula. de accusa.§. fina. col. 1. Hippolyt. cõsil.49. nu. 29.& hic nihilominus vltra pœnã huius legis, cũ qua satisfit parti, poterit mulctari à iudice propter cõtemptũ. In expressis firmat terminis Zasi. in.l.vnic.§.is videtur.n.9.ff.si quis ius dicẽti non obtẽperauer.& ibi Alexand.n.13. in simili notat Chassan.vbi suprà rubr.1.§.7.nu. 11. qui omninò est vidẽdus. Vtrũ autẽ fictus cõtumax admittatur appellãs, cõsule Aymon. Crauett. de antiquitate tẽpo.2.part.n.3.fol.81.co.3.Greg.Lop. per tex. ibi.in.l.4.verb.*alçar* & in verb.*no era rebelde*.ti.22. par.3. Quis dicatur contumax præter alios declarat Zasius. in.l.cõtumacia.n.7.& in.l.de vnoquoq;.§.fi.ff.de re iud.Micha. Vlcurr. in rep. l. si finita.§.Iulia.n.82.ff.de dãno infect. singulariter Rober.Marant.in specul.aduocat.6.part.in.2.mẽbro.iudicij.de cõtumacia.pag.385. vbi ponit viginti& quatuor pœnas peculiares in iure cõtra cõtumacẽ. Et Masuer.in practi.ti. De cõtumacia pa. 23.scias tamẽ q; ad hoc vt quis nõ cẽseatur negligẽs si solicit⁹ qñ à suo superiore expectat aliquid cõsequi, debet ad minus ter petere, aut protestari. Io.monach.in c.cupiẽtes.de elect.lib.6.q̃d est mẽti tenẽdũ, qñ vis dducere tarditatẽ iudicis in querelã, qa oportet, q; eũ ter requiras vt cãm expediat. Bal.in.c.1.quo tẽp.mil. Afflict.in.c.1.q: p triginta.2.not.n.8.si de feud.fue.cõtr. inter.Do.& agn.

Est tamẽ dubiũ, cũ ista lex requirat trinã monitionẽ ad effectũ, vt habetur pro cõfesso nolens respondere positionibus, an sufficiat vna pro tribus? Respõdẽdum est quòd, nõ si credimus Ioã. Imol. in.l.finita.§.si plures.col.6. versi. Et vltimò etiam adde.ff.de damn.infect. per glos. quam ibi reputat valde sing.in clem.1. verbo. tertio. de vi. & hone.cle.Panorm.eam cõmendat in.c.ex tua. nu. 4.de cle.non resid.Feli.in.c.cum sit Romanã. nu. 19.de appel.& in.c.cũ causa.col.fi.n.9.de offic.de lega.Frãcis.Niconi.in.c.quoniã cõtra. verb. citationes.n.79.de proba.Guiliel. à Mõferrat in tra-

 cta.de

dado por el juez que reſponda por contumacia ſe auſenta. Tenemos por bien, que todas aquellas coſas, que en las dichas poſiciones y articulos ſe contienen ſobre que fuere preguntado por el juez y le mãdo que reſpondieſſe, y no reſpondio, que ſea auido por confieſſo: y aſsi lo deue luego el juez pronũciar por ſentencia.

E hechas eſtas reſponſiones de la vna y de la otra parte, ſi hallare el juez que por las cõfeſsiones ſe puede dar ſentencia diffinitiua, aſsigne termino a las partes pa-

ɑ̃a de ſucceſſ. Regum. 1. part. dub. 3. nume. 7. Auguſti. Ariminẽſis in additio. ad Angel. Aretin. in tracta. de maleſic. verb. Iudex commiſit. nume. 8. folio. paruæ impreſsionis. 213. Andræ. Tiraquell. de retract. Lignagier. §. 36, gloſ. 3. nume. 58. Vna tamen monitio pro omnibus, cum interuallo dierum, dicendo, Aſsignamus tibi terminum peremptorium vt reſpondeas poſitionibus intra ſex dies quos tibi conſtituimus pro tribus terminis & monitionibus canonicis, eſt ſufficiens ex traditione gl. in capitulo. conſtitutionem. verb. vna pro omnibus. de ſentẽ. excommu. libro. 6. Panormi. in capit. 1. columna. 1. num. 5. de dilationi. & ibi num. 9. col. 3. Felin. in ca. cũ ſuper. de teſtib. cogend. col. 1. Iaſo. in. l. qui ante calendas. nu. 4. ff. de verb. obliga. Et ſemper, vt praxis docet, fiunt modo prædicto monitiones. Vtrũm autem non reſpondens poſitionibus intra terminum ſtatutũ à iure, vel iudice, admittatur eo elapſo ad purgandam moram allegando excuſationem? Bal. in. c. ſæpe. & ibi Præpoſit. nu. 20. de appellatio. tenet admittendum eſſe. Idem Bal. iuſtum exiſtimat in ſua practi. tit. De quæſtio. circa ſententiam. quæſtion. 4. vbi proponit aliqua in contrarium huius reſponſi.

Vtrũ autẽ ſtãte Regia lege, de qua in præſenti, quòd ſi quis fuerit citatus ad reſpõdẽdũ poſitionibus, cũ cõminatione, quòd habeatur pro confeſſo, an ſi nõ cõpareat in termino poſtremæ monitionis, poſsit iudex ſine alia citatione illũ in cauſa prounũtiare pro confeſſo? Ioan. de Imol. in proprijs terminis in. l. ſi finita. §. ſi plures. col. 6. verſi. Vltimò circa iſtã partẽ. ff. de dam. infect. tenet partem affirmatiuã. & Hippoly. in rep. l. de vnoquoq;. nu. 107. verſic. Trigeſimus octauus eſt. ff. de re iudica. Tenet Specula. quẽ ipſi non referũt. lib. 2. titu. De poſitionibus. §. 8. col. fi. nu. 5. Quo in loco Ioan. Andr. dicit, ꝙ nimis durũ eſt fateri, quòd cõtumax ſuper poſitionibus nõ citetur ad reliqua. Et dicit cõtrarium fore tenendum Ioan. Andr. in c. ſi poſt præſtitutum. in nouella. colũ. 1. nu. 1. de confeſſ. libro. 6. vbi eum ſequitur Domini. col. 2. verſic. An ſi reus eſt contumax, Anchar. colũ. 2. in princ. & Philip. Franch. col. 6. nu. 21. Iaſo. in. l. nec quicquã. nu. 38. verſic. Vndecimò fallit. ff. de offi. Procõſul. & legat. Sed eſt dicendum opinionem Imolæ loco præcitato locum habere eo in caſu, quo fuit facta præmonitio cum comminatione, quòd haberetur pro confeſſo ſi nõ reſponderit ad poſitiones, vt tradit Alexan. conſilio. 222. col. 3. numer. 16. libro ſexto. Et dicit tenere Bar. in. l. impuberibꝰ. §. fin. ff. de ſuſpect. tutori. requiritur enim aliàs noua citatio, cũ ſententia declaratoria confeſsionis fictæ ſit pronũtiãda hac in lege, ibi, *que ſea auido por confieſſo, y aſsi lo deue luego el juez pronunciar por ſentencia.* Ratio eſt quia citatio eſt defenſio, & ſic tolli nõ poteſt, etiam in ſentẽtia declaratoria. Curt. conſil. 20. adducendo Cardi. & Imol. in. c. extirpandæ. de præbend. Pariſi. conſi. 1. nu. 19. libr. 1. Eſt tex. in clem. Paſtoralis. §. cæterũ. ibi, Cùm illa Imperatori tollere nõ licuerit, quæ iuris naturalis exiſtunt. de re iudi. Potuit enim allegare iuſtam excuſationem propter quam non debuit contumax reputari, nõ reſpondendo poſitionibus, vt in caſibus traditis ab Specula. de poſitionibus. §. 7. n. 12. Igitur meritò erit citandus ad prolationem ſententię declaratoriæ præmiſſæ.

Dubitatur præterea. Quid ſi interrogatus à notario nolit reſpondere poſitionibus, an habẽdꝰ ſit pro cõfeſſo? Et videtur reſpõdẽdũ ꝙ non, per iſtũ tex. dũ dixit, *Si la parte preguntada por el juez*, Ergo ſecus a notario. Quæ cõcluſio etiã locum habet, ſi notarius interrogaret litigãtẽ ex iudicis cõmiſsione, q̃a tx. iſte loqtur in iudice tãtũ, & eſt pœnalis ideo nõ eſt extẽdẽdus ad aliũ caſum. c. ſtatutũ. de electio. lib. 6. Hãc deniq; declarationẽ in proprijs terminis, vbi ſunt in textu ſimilia verba ponit Petr. de Anchar. in. c. 2. co. 2. verſi. Quid ſi interrogatus. de confeſſ. lib. 6. quod eſt memoriæ dignum.

Secundò istam sententiā tenet glo. in ca.quod suspecti.verb.canonicæ.3.quæstione.5. Bar.consi.105.& in.l.quia poterat.ff.ad Trebellian. quia hanc sententiam veriorem ait.Et idem Alexand. in.l.solet.ff.de iurisd.om.iudic.& consi.89.lib.1. Hosti.& Panormi.in cap.cùm speciali. de appellat.Lap.allega.1.nume.2.gloss.in verb. ab executore.in.l.apertissimi.C. de iudi. vbi Sali. & Angel.Paul.Paris.consi.98.colum.2.nume.7.lib.1. Quorum opinio communis est,quòd quemadmodum appellatio emissa suspendit iurisdictionem iudicis à quo,vt non teneant acta post eam,ita recusatio secundùm Anto.Tremol. in practic. ad Bonacursi.titul.de recusatio. addi. fina. & Sebastia. Vanti. de nulli. process. & senten. rubr. De nullitate ex defectu iurisdictio.ordina.num.140. Ioan.de Amicis cons. 109. colum.2. num.5. vbi alia ad hoc citat. De iure ciuili hoc procedit. de iure autem Canonico non est nullus processus, sed annullandus.gloss.in cap.quoties. verb.appelleot.2.quæstione.6.& in cap.nouit. de appell.& gloss.in cap.quoniam contra.de proba. verb. recusationes.Bald.Imol.& Decius in cap.cùm speciali.colum.fin.num.9.de appella. idem Imol.in. l.quia poterat.ff.ad Trebell.& in.l. quidam consulebat.ff.de re iudi.Roma. cons. 220. per tex.in cap.iudex.de offi. delegat.lib. 6. & cap. secundò requiris.versi.quid si coram. de appell. Ratio diuersitatis ea potest esse:quia de iure ciuili recusatio proposita operatur suum effectum absque causæ probatione.gl.in.l.quia poterat.ff.ad Trebell.verb.nec illud.nota.in.l. apertissimi.C.de iudi.Est regia.l.4.tit.16. isto. lib.3. ordinam.infrà. & in præsenti.l.1.

De iure autem Canonico requiritur, quòd causa allegetur, & coram arbitris probetur. cap.legitima.de appell. lib.6. meritò ante probationē, processus non redditur nullus, & tenet Spec. de recusat.§.qualiter autem.num.10.

Limita,nisi iam electi essent arbitri in causa suspicionis.quia ex quo cognitio iam est translata in arbitros,processus iudicis recusati etiam de iure Canonico est nullus. Angel.in.l. apertissimi. C.de iudi.Deci.in dict. cap. cum speciali. colum. fin.de appell.& in consi.175.colum.2. lib.1. vbi firmat istam opiniònem esse cōmunem. De hac quæstione latissimè agit Præposit.in.d. c.cùm sit speciale num.40.de appell.

Quæro.7. Vtrùm omnes de consilio Regis possint recusari,vel totum parlamentum.vel doctores alicuius vniuersitatis,eo quòd Præses, vel caput est suspectum,vel synodus? Videas per Nicolaum Boëri.decisio.269. De iure Regio causa suspicionis est allegāda contra senatorem Regium,& probāda coram reliquis auditoribus iuxta.l.3.infrà eodem,& l.42.capit.21. & 22.in libr. Prag.vbi habes pœnam non probantis causam recusationis propositam. Excludendus est auditor recusatus,quando cognoscunt cæteri de causa recusationis,an sit iusta. Alexand.in cap.cùm sit speciale de appellatio.Capiti.decisio.138.numero.5 Rebuff.vbi suprà pag.158. num.8. & 159. tertij tomi.

Quæro.8.Vtrùm notarius, aduocatus,& procurator possint recusari? Et gloss. in authentic. de trien. & semisse. §. & quod sæpe. verb. artificis. collatio. 3. respondet quod sic. singul. ad hoc eam dicit Bald. in capit. quoniam contra. colum.4.num. 12. de probat. Boëri. decisione. 258. numero.7. vbi alios citat. tenet Lucas de Pen.in l.hac parte.colum. C.de proxi.sacro.scrinio.libr.12.vbi assignat rationem,quare tabellio possit recusari.& recusationis causa per iuramentum recusantis probatur.Alex. consi.104. col.2. libr.5.& Boëri.d.decisio.158.num.7.Anchar.consi.263.

Quæro.9.Vtrùm remedium inductum contra iudicem suspectum quod possit remoueri,& recusari,possit à partibus renuntiari? Et videtur quod non:nam recusatio est iuris naturalis. capit. quod suspecti.§.nam quodammodo.3.q.5. & continet defensionem:nam durum est sub suspecto iudice litigare.capitul.cùm inter.de exceptio. ea autem sunt immutabilia.Clem.Pastoralis.§.cæterùm.de re iudica.

Suadetur secundò. Causa etiamsi commissa sit iudici

iudici suspecto, nō censetur remota recusatio. gl. in cap. ad hæc, de rescrip. nota. secundum Deci. in cap. postremo. num. 4. de appella. Panormita. in cap. accedens. 1. vt lit. non contest. nota. 5. etiam si cōmitteretur motu proprio Principis. Panorm. in c. cum olim. 2. colu. fin. de offi. de legat. Deci. vbi suprà. Ratio potest esse, quia id facto expresso non poterat tollere, ergo nec ex tacito nō est præsumendum.

Item reipublicæ interest, ne quis re sua malè vtatur. sed si remitteret suspicionem, perderet suā causam, & sic rem deductam in iudicio, ergo non valet renuntiatio.

In oppositū patet ratio. Nā omittens exceptionē recusationis, cēsetur approbasse personā iudicis, ac perinde posteà nō potest eā amplius opponere. Ergò à fortiori dicendū erit mediante approbatione expressa, maximè, quia ius est pro iudice, quòd ritè, & rectè procedet in offi. l. 2. C. de offi. ciui. iudic. ibi, quod non arbitramur. Bald. in. l. vn. C. ne quis in sua causa. Alciatus in tracta. præsumptio. regul. 3. præsumptio. 9.

Confirmatur ex Spec. de recusa. §. si autem recusatio. vbi cōstat, quòd recusatio iudicis ex tacita seu expressa approbatione partis excluditur. facit in arg. l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iudi. idē probat Paul. Parisi. cōsi. 31. nu. 70. lib. 1. ergo & in casu proposito.

Tamen in cōtrarium versatur. Nam si quis promiserit stare iudicio alicuius, & non appellare, intelligitur dum tamē iniquū quid non appareat, & promissio non comprehendit illicitum capit. Quintaualis. de iureiurand. text. in capit. ad hæc vbi latè Deci. num. 2. de appella. Sed primam tene, nempe quòd possit. Nam comparens voluntariè corā iudice recusato ex causa præcedenti, non poterit recusari. c. ex parte. n. de appellat. c. cùm speciali. de appella. glo. in. c. nō solum de appella. lib. 6. Bart. in. l. à procedente. C. de dilatio. Alexāder de Imol. consil. 183. colum. 2. lib. 2. Rebuff. in constitutio. regias Galliæ. de recusationibus. ar. 6 glo. vn. num. 4.

Quæro. 10. Quæ sint causæ, propter quas iudex poterit recusari? Et respōd. quòd vna est, si iudex est nimis fauorabilis alteri parti. Deci. consi. 260. nu. 4. lib. 2. Vel si loquatur aduersarius familiariter ad aurem iudicis. Roma. sing. 257.

Item si est iniquus iudex. Deci. consi. 175. nu. 1. lib. 1. Item si causa de apicibus iuris esset commissa alicui doctori crassi ingenij. Iaso. in. l. stipulationum quædam num. 5. ff. de verb. obliga. Itē propter consanguinitatem, vel ad alias causas, de quibus per Deci. in. c. postremo. de app. Quadraginta congessit Rober. Maranta. in spec. aduoca. 6. par. §. secundus actus. nu. 27. pag. 558.

Amplia primò, quòd iudex ordinarius potest recusari. cap. cum speciali. de appe. tex. est in hac, l. 13. De iure autem authen. vid. authent. si verò, de iudi. & ibi Ias. vbi non potest recusari in totum, sed datur socius. Idem fit iure Regio, vt hic. Ias. in d. l. apertissimi. nu. 4.

Item potest recusari iudex delegatus. l. apertissimi. C. de iudi. cap. si contra vnum, de offi. de leg. lib. 6. l. fin. infra eod. titu. 5. Quod procedit, nisi esset petitus per aliquam partem, nam ab impetrante non poterit recusari. authenti. offeratur. C. de litis. contest. Quod etiam extende non solum si sit impetratus per partem, sed etiam si sit impetratus per eius procuratorem. gloss. 2. in cap. cùm olim. de caus. poss. & proprie. quam ibi laudat Bald. Si autem ab vtraque parte fuerit impetratus, à nullo poterit recusari, nisi ex noua causa. text. est in cap. insinuante. de offi. de lega. l. 2. C. de consorti. eiusdem litis. iuncta glo. ibidem.

Item potest recusari Tabellio, vt suprà dixi quæst. 8. Alex. ad Bald. in. l. apertissimi. C. de iudi.

Item potest recusari Procurator etiam post litem contestat. gloss. in l. item si suspectus. ff. de Procura. Inimici hominis, domestici eius. Et nulla deterior pestis ad nocendum, quàm familiaris, inimicus secundum Boetium, sed huiusmodi esset procurator, ergo repellendus.

Item recusatur arbiter cōpromissarius ex causa noua, vel antiqua de nouo reperta. tex. singul. in. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. l. 31. tit. 4. partit. 3. Et iste est casus, in quo requiritur de necessitate, quòd exprimatur ex causa suspicionis, & cognoscat de ista suspicionis causa iudex ordinarius loci. tex. est in dict. l. partitæ. & in l. 22. part. 4. par. 3.

Item recusari poterit assessor. Panormita. in capit. 1. columna. 3. de iudic. Adde Parid. de Puteo. tracta. syndicatus. verb. suspicio. Optimè causas propter quas recusari potest iudex, explicat Rebuffus in constitutio. Regias Galliæ. tertia part. tract. de recusatio. art. 9. gloss. vna. n. 9. Vtrū autē scholaris si habeat suspicionem cōtra aliquem doctorem, seu cancellarium in examine suo possit eum, vel eos, qui sibi existunt suspecti recusare? Respon. posse. Et ita fuit Salmanticæ practicatū, me existente, doctore iam sunt decem ferè anni elapsi. Panormita. in cap cantam de offi. de lega. Felin. in cap. ex literis. num. 30. de consti. Rebuff. in tracta. de priuileg. schola. priuilegio. 87. vbi recurre, quia est quotidianum.

Dubitatur. 11. Vtrū merus executor recusari possit? Et est dicendum quòd non cap. super eo. 2 & in cap. nouit. de appe. Ias. in l. fin. nu. 9. C. de iudic. Specul. de recusatio. §. recusari. in fi. nu. 7.

Nota tamen, quòd postquam conclusum est in causa in casibus supradictis, non est locus recusationi, etiam si causa superueniat. Panormit. in capit. cum dilectus. de caus. possess. colum. 5. Et si est vera hæc opinio, datur opti. limitatio ad dict. capit. insinuãte. de offi. delega. & tenet Præposit. in cap. cum sit speciale, nu. 22. de appella. ibique hanc conclusionem aliquot modis limitat.

Quæro. 12. Aliquis fuit recusatus mediante certa causa expressa in recusatione, vtrum alia nõ expressa prosequi possit? Et concludendũ est quòd non. Bonifaci. in Clementin. Appellanti. columna. 6. num. 69. infrà de appellatio. Speculat. tenet expressè in titulo de recusã. §. fina. numero. 28. libro. 1. Et ibi respondet ad contraria. Quia ex causa iusta allegata, & expressa poterit recusari, non autem ex causa non allegata, quamuis idonea esset ad repellendum iudicem, casu quo proposita, & probata extiteret. Præposit. idem tenet in. d. cap. cum speciale sit. num. 20.

Quid autem si non expressit causam in recusatione, an possit eam explicare coram arbitris, vel saltim antequam fuerint electi? Sit conclusio. Causa suspicionis non expressa, poterit proponi antequàm arbitri eligantur, vt videmus in appellatione ab interloquutoria, vt in ea infrà decem dies possit exprimi causa, quia infrà illud tempus possit appellare, secundum Bald. in dicto capit. cum sit speciale. & ibi Alexandri. numero. 19. de appellatio. Addi. ad Speculat. titulo. de recusa. §. effectus autem. num. 27. verb. probaui.

Quæro. 13. Iudex postquàm fuerit recusatus, quid facere debeat? Et in hoc articulo sic distingue. Nam aut quæris de iure ciuili, aut de iure regni, aut de iure Canonico.

Si de iure ciuili, aut loquimur in ordinario, aut in delegato. Si in ordinario, recusatio tunc non habet locum. text. in authentic. Si verò. C. de iudic. Si in delegato, habet locum. l. final. C. de iudic.

De iure verò regni siue sit ordinarius, siue delegatus, habet locum, vt in hac. l. 1. & l. fi. isto titu. quas nunc declaramus.

De iure autem Canonico distinguendum est. Aut loquimur in ordinario, aut in delegato. Si in ordinario, procedit tex. in capitul. cum sit speciale. de appellation, qui vult, quòd partes eligant arbitros, coram quibus cognoscatur de causa suspicionis: ipse tamen ordinarius recusatus poterit statuere terminum ipsis arbitris, intra quem dictam suspicionis causam debeant terminare. tex. in capitu. legitima. de appellatio. libr. 6. & si constat causam suspicionis esse iustam, est in optione ipsius recusati causam remittere ad superiorem, aut ipse eam committet alicui personæ, vtrique parti non suspectæ, & ita loquitur tex. in dict. cap. cum speciali. de appella.

Aut versatur quæstio in iudice delegato, & tunc aut est delegatus à sede apostolica, aut ab inferiore. Si est à sede apostolica, habet locum text. in capitul. si contra vnum. de offici. delega. libro. 6. si autem est delegatus ab inferiore, tunc de causa recusationis debet cognoscere Episcopus ordinarius. Casus est in capitul. si contra vnũ. §. final. de offici. de legat. libro. 6. Si autem recusatur officialis, tunc procedit text. in dicto capitulo si contra vnum. Vide optimam legem. 22. tit. 4 part. 3.

Quæro. 14. Vtrum recusatio sit in scriptis proponenda? Et conclusiuè dicendum est, quòd recusatio est facienda in scriptis. text. iuncta gloss. libellum in. l. apertissimi. & in l. final. C. de iudic. gloss. verb. recusationes. in capitul. quoniam contra. de proba. & ibi Hosti. Ioan. Andræ. & Panormi. Spec. de recusatione. §. qualiter. numero 1. dicens, quòd in libello recusationis continebitur quis, quem, in qua causa, & quare recusat. Idem Ioan. Andr. Arch. & Domi. in capitu. legitima, de appella. libr. 6. l. 42. cap. 21. libro. Pragmatica. ibi, *vean luego, y examinen el escripto de la recusaciõ, e las causas en el contenidas, &c.* Et ibi. cap. 22. dũ dicit, *que en el mismo scripto de la recusacion.* Constat etiam, quia in obiectione huius recusationis tractatur de præiudicio tam iudicis recusati, quàm partis, & debet apparere de iustitia, vel iniustitia causæ adhoc, vt iuxta formã petitionis sentẽtia pronũtietur c. licet Heli. de simoni. l. vt fundus. ff. cõmuni. diuid. Tenet Iaso. in d. l. apertissimi. n. 15 Rebuff. dicit cõmunem vbi suprà in cõstitutio. regias Galliæ. tertia parte. pag. 159. num. 6. Tum etiam ius regium est accipiendum secundum ius commune, lege nam & posteriores. ff. de legib. Et sic casus omissus ab statuto, vel qualibet alia constitutione, seu dispositione, manet sub dispositione iuris communis lege si verò. §. de viro. ff. solut. matrimon. capit. 2. de transla. præla. capit. dilectus. de tempor. or. capit. is qui. de sentent. excommunica. libro. 6. Clementin. Ne Romani. & Clementin. Constitutionem. de electio. quæ iura loquuntur de lege, & Canone. De alijs dispositionibus adde Andræ. Tiraquell. de iure primogeniorum. quæstione. 40. numero. 190. Si ergo ita est, quòd de iure ciuili & Canonico est necessarium, quòd recusatio in scriptis proponatur, consequens erit fateri, quòd etiam de iure regio locum habere debeat per prædicta. Et ita intelligo legem hanc. 1. 2. & l. 3. infrà. quæ dicunt, ibi,

punen.

ponen,& ibi, *alegare que ha por sospechoso al Alcalde, &c.*& non dicunt, an in scriptis, vel sine scriptis, vt procedant secundùm formam constitutam à iure antiquo. & l.9.ti.7.lib.1.for. ibi, *dixere que ha por sospechoso à aquel Alcalde.*& l.22.tit.4.part.3. l.191.styli.& secundùm ius nouum Pragmat. d.l. 42.cap.21.& cap.22.

Quæro.15. Vtrùm causa recusationis cessante, cesset & ipsa recusatio? Et videtur, quòd non: nã initium vtile & validum fuisse inspiciendum est, & si res perueniat ad casum, à quo incipere nõ potuit.l.1.§.sed si filiusfam.ff.delegat. tertio. vbi testamentum nullum à principio, ex post facto non confirmatur ex habilitate superuenienti. Item actus validus à principio, non retractatur ex causa superuenienti de nouo. text. est in sui ratione in l. vnica. ff. si tabulæ testa.extabunt.ibi, nam & si mortis tẽpore tabulæ fuerint, licèt posteà interierint, comperet bonorum possessio, quia verũ fuit tabulas extare. cessante enim causa dispositionis, non cessat effectus iam consummatus. l. fina. in princip.C.vnde libe.l.sancimus.C.de admini. tuto. sed causa recusationis fuit legitima tempore, quo fuit opposita, ergo licèt posteà cesset nõ cessabit remotio.facit.l.facta.ff.de aur.& argent. lelegat. Rota.50.52.in antiq.

In oppositum facit: nam cessante causa recusationis, cessare debet dispositio, & sic remotio.argumen.cap.magnæ.in fine. de vot. cap. cum cessante.de appellat.facit glossa in Clement. 1. verbo.donec.de decim.

Item confirmatur ex Specu.de iudic.delegat.§. superest videre. versic. Quid si socius. quòd licet socius durante societate non possit dari iudex socio,& si detur, possit recusari: tamen ea societate finita, potest esse iudex, nec vt suspectus recusabitur, cessante scilicet recusationis causa. Et sequitur Alberic.in l.cui eorum. §.affinitates. in fi. ff.de postul.& in l.affinitatis. C. cõmunia de suc. Hippolyt. in l. etiam si redhibitus. colu.2. ff. de quæstio.

Quam ipse intelligerem in casibus præmissis, in quibus constaret verè, quòd cessauit causa recusationis, non autem vbi omnino esset remotus, & sic recusatio porita esset suum effectum, vel esset causa inimicitiæ, & esset postea sequuta reconciliatio, nam de tali amico non est fidendum, vt dicitur vulgariter. Et sic poteris respõdere ad adducta pro priori parte. De inimico reconciliato tenet Specu.tit.de iudic.delega.§.superest.num.13. citat cap.accusatores.in primo. 3. quæst. 5. & capit.proposuit.de appellat.

Quid facere debeat iudex delegatus facta recusatione? Specu.de exceptio.& replica.§.viso quãdo exceptiones, nu. 19. dicit, quòd facta recusatione, iudex delegatus consideret, an manifestè sit sufficiens causa recusationis, quòd si est, statim supersedeat,& fiat prout dicitur de appellationib. capit.cùm speciali.& de offic.delegat.cap. suspicionis.& compellat partes eligere arbitros, qui de causa suspicionis cognoscant. de foro competen. capit. si quis contra. & de appellationib. ad hæc & ib. vbi Præposit. num. 3. Si verò iudex dubitat, an causa sit sufficiens, puta, quia non est expressa in iure, statim eligant arbitros secundùm formam, quæ habetur in præcitatis iuribus suspicionis.& capit.cùm speciali. Quòd si sit manifestè friuola, quia proponit eam, dicendo, Recuso te, quia semel refectionem sumpsisti cum aduersario meo, vel quia fuit tecum ad sanctum Iacobum in Compostella, vel quia studuisti simul in eisdem scholis, & sub eodem præceptore, iudex non admittet eam, sed procedet in causa, recusatione minimè obstante. capit. pastoralis. de appellationib. capit. qualiter. de iudic. etiam si appellauerit, vt ibi. & in capit. vt debitus. de appellationibus. Quod intellige, quando causa esset notoriè frustratoria secundum Specul.de recusatio.§.qualiter autem.numer.2. Aliàs autem cognitio vtrùm sit legitima, necne, spectat ad arbitros, quia iudex semper iudicaret causam contra eam propositam iniustam esse, secundum Specu. loco proximè citato. Et probatur ex eo. Speculato. de recusa.§.effectus. nume. 24. Vide Felinum ponentem regulam cum 14. fallent. in capit. super literis. de rescriptis. Iacobi. in l. si quis ex aliena.ff.de iudic.ac Corset. in singul. verb. iurisdictione.el 1.

Quæro.17. Vtrùm propter suspicionem, quæ est in Episcopo, vel delegante, possit delegatus, seu eius vicarius recusari? Et videtur, quod sic. Nam vicarius alicuius prælati est in effectu eius domesticus, similiter delegatus saltim sunt ei amici, & volunt satisfacere iniuriam illatam Episcopo, vel deleganti, ex qua procedit causa suspicionis in ipsis. Ergo præsumitur suspectus, tũ ratione domesticitatis, tũ gratia amicitiæ, vel muneris recepti, vel quod sperari potest ab Episcopo, vel alia potestate: sicuti videmus quotidiè, experientiaque docti sumus, facillimè flectuntur homines in iudicijs, siue superiores, siue inferiores sint ex præmissis causis.

Secundò suadetur ex cap. visis. 16. quæstio. 2. dum dicit, humani moris est, illum vereri, cuius iudicio,& voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Sed sic est in specie proposita, ergo intentum. Et hanc opinionem tenent Panorm. & Felin. in cap.insinuante.nu.1.de offic.delega.vbi ipse Feli. plura allegat, quæ faciunt ad confirmationem huius nostræ quæstionis.

Iaso autem ex textu in l. solet. col. fi. nu. 3. ff. de iur. om. iudi. videtur tenere contrariam sententiam, sic dicendo. Nota ex istis legibus, quod causa suspicionis, quæ est in delegāte, non durat in eius delegato. Quod intellige, & limita secundū text. in cap. iudex. de offic. delegat. lib. 6. quem debuit allegare Bart. hic, qui alium corruptè allegat. Hæc sunt verba Iasonis loco præscripto.

Et ista opinio Iaso. probatur in capit. si contra vnum. in fin. de offic. deleg. Rip. in capit. primo. num. 44. de iudic. sed tamen secundùm eum contrarium verius est, & tenent communiter Docto. Ratio est manifesta: nam poterit Episcopus vicarium suum pro libito remouere. glo. in Clement. 2. de rescript. Domin. in cap. 1. de offic. vica. lib. 6. Ripa. vbi supra. ergo verisimile est, quòd trahetur in sententiam episcopi, ne reuocetur, seu remoueatur ab officio.

Præterea confirmatur ex Bal. in l. 1. C. si rector prouin. quem citat Boeri. decisio. 269. nu. 2. quòd propter caput suspectum, poterit totum collegiū recusari. Felin. in cap. 1. colum. 3. de iudic. & Pari. de Puteo. in tract. syndicatus. verb. suspicio. nume. 10. fol. 254. gloss. in cap. in singulis. verb. appellatione. in fin. de sta. regula. quæ vult, quòd si est suspectus principalis, tota synodus recusari poterit. Citat eam Felinus in cap. insinuante. col. 2. nu. 5. de offic. deleg. Boeri. dict. decisio. 269. nu. 1. Barba. in cap. 1. de iudic. Ergo & Vicarius Episcopi, seu habens causam ab alio delegatam in specie proposita poterit recusari. Confirmatur ex Præposit. in cap. cum speciali. col. 12. de appella. quem refert, & sequitur Anto. Capici. decis. 138. num. 4. quòd si prædecessor fuit suspectus, potest etiam recusari successor, quando suspicio fuisset causata respectu dignitatis, non personæ. Sed hic potest facere respectu successionis in effectu, & quia causæ suspicionis vigent contra delegantem, de quibus per Parid. de Puteo. in tracta. syndicatus. verb. suspicio. ergo idem ius debet militare.

Limita tamen in Vicario Episcopi, qui habitaret seorsum, & in eo, qui non eligitur ab ordinario, seu Episcopo. argu. l. à proconsulibus. C. de appell. Feli. in. d. c. insinuante. col. 2. num. 1. de offic. delegat.

Item fallit secundò secundum eundem Felin. loco proximè citato in causa commissa Vicario tanquam delegato à Papa. Cardin. in Clement. 2. quæst. 8. sup. de offic. vicar. qui dicit ita se consuluisse. Rip. in cap. 1. de iudic. num. 44.

b Fallit tertiò, quando Vicarius tanquam familiaris non subest Episcopo, vel caput suspectum esse tale, quod non præsumeretur ratione subiectionis, quia vniuersitas non est ei subiecta, quod faceret iniustum. Bald. & Anto. in cap. 1. de iudi.

Secus si ei subest Boeri. decisione. 269. num. secundo. Vnde si rector, vel scholasticus esset mihi suspectus, non ex eo sequitur, quòd ex hac causa sint doctores nostræ vniuersitatis, in qua maximè viget iustitia, & summa rectitudo, & vnusquisque secundum suam conscientiam rectum facere nititur.

Decimaoctaua quæstio, Vtrùm omnes de vniuersitate, Collegio, seu ciuitate possint recusari? Est dicendum, quòd quamuis qui allegat omnes doctores de ciuitate suspectos præsumatur, quòd faciat in fraudem. vt inquit Bald. in l. hoc modo. per illum text. ff. de condit. & demonstra. tamen admittenda est recusatio, secundum Alberic. in 1. par. statuto. quæst. 100. incip. An autem possit quis dicere omnes iudices. refert & sequitur Ias. in l. cum apertissimi. colum. 3. C. de iudic. Philippus Franch. in cap. cum speciali. col. 6. versic. Decimo quæritur. de appellat. Anton. Capici. decisio. 138. num. 6. Facit cap. licèt ex suscepto. de foro compet.

In contrarium versatur gloss. in cap. 1. verbo, interrogatus. de iudic. quæ dicit, quod tota synodus non potest recusari tanquam suspecta; seu Concilium. De qua præter alios ibi est videndus Ripa. Quod est verum si sit Concilium vniuersale, secus si sit prouinciale. Et vtroque casu sic intellecta gloss. est communis. Et quia secundum communem intellectum Concilium, coram quo ibi Episcopus promiserat litigare, erat prouinciale, prædicta glos. relata ad textum communiter improbatur. Licet eam defendat Domini. Iacoba. de Concilio. lib. quinto, articu. decimo. vbi ponit aliam tertiam assertionem, quòd Concilium vniuersale, vbi non præest Papa, potest etiam recusari. Quam intellige, & limita per eundem pulchrè loquentem in hoc articulo. Vide Ripam in cap. primo. num. 45. de iudic. Qui est videndus a num. 44. vsque ad 46. exclusiuè. & ibi ponit quinque conclusiones in materia.

De iure regni quamuis summus Prætor recusetur, & probata causa recusationis iuxta. l. 42. capitu. 22. in libro Pragmatica. remoueatur, non ex hoc cæteri sunt suspecti, cum antiquior auditor in eius locum statim subrogatur, & sic Consilium remanet in totum integrum in sua substantia: nec alij auditores sunt ei subiecti, nec ab eo præfecti, & vnusquisque suo capite gubernatur absque timore ipsius Præsidentis, vt experientia docet. Nam possumus dicere illud Persij.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus,
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Glos. in l. Barbarius. ff. de off. Prætor. verb. multo ma-

to magis. Et quamuis omnes recusentur, valet recusatio, & recusati debent nominare iudices literatos ad causam definiendam.d.l.42.cap.vigesimosecundo.versic. *E si todos los del consejo.*

Quæro.19. Quis cognoscet de causa recusationis proposita contra regium Senatorem? Respon. quòd alij coniudices, seu auditores non recusati. dict.l.42.cap.21.lib.Pragmatica. Si autem iudex ordinarius recusetur, datur ei adiunctus, & non remouetur in totum.authent.si verò.C.de iudi. Iaso.in.l.apertissimi.num.4.eod.tit. Et debet recusans iurare recusationem esse iustam, & nõ ex causa malitiæ obiectam. Et sine insertione causæ sufficit, secundùm ius regni, vt in hac lege habetur, & in l.2.ibique Gregor.Lop.tit.4.p.3.

Postquàm iudex fuerit recusatus, recusans debet protestare nullitatem processus, & adijcere, quòd eum recusat, & omnes iudices seculares, & tales & tales literatos, si qui fuerint in ciuitate sinistræ suspicionis, & iurare recusationem, & testimonium recusationis petere à Tabellione. Et deinde in proximo consistorio accedere cum petitione beneformata, vt declaraui in cap.quoniam contra.de probatio. vbi praxis, quæ est seruanda in regno in recusatione, & petitiones, quæ fieri debent secundum stylum hodiernum proposui. Et ne ignoretur forma, erit sequens.

Muy magnificos señores. Iuan en nombre de fulano preso en la carcel publica desta ciudad en cierta asserta causa criminal, que se trata con Pedro, y a su pedimiento, yo tengo en ella por sospechoso al muy magnifico señor fulano Corregidor desta ciudad, y a su teniente, el señor. N. y a su Alcalde mayor, el Licenciado. N. y Alguazil mayor, y a los demas justicias desta ciudad, y por tales sospechosos los tengo recusados. Y porque se me guarde mi justicia, a V.S. pido, y suplico mande nõbrar, y nombre dos señores Regidores deste su muy insigne consistorio, para que se acompañen con el señor Teniente fulano, para la determinacion desta causa. Para lo qual su officio imploro, y pido justicia, y testimonio.

Tunc per consistorium ciuitatis nominantur duo Decuriones, cum quibus iudex est sociãdus, & secum debent habere assessorem literatum, qui debet videre processum, & procedere in causa criminali cum iudice in sententiando ad torturam, siue ad aliam: & si inuicem concordant cum iudice ordinario, erit vna sententia siue torturæ, siue liberationis, & pronuntiabitur per omnes. Et si iudex non se coocordat cum assessore decurionis, tunc quilibet pronuntiat per sententiam, putà decuriones cum assessore, si est prius requisitus iudex à quo, quod iudex se concordet cum sua sententia, & tunc si non concordat, iudex de per se pronuntiat aliam sententiam. & tunc reus ad Cancellariam regiam appellat *para los Alcaldes de crimen.* Et hæc appellatio præsentatur coram illis cum testimonio, & datur prouisio, quæ vulgo dicitur, *de mejora.* Et ista prouisio est citatoria, & cõpulsoria, quia citat partem aduersam, & compellit tabellionem, quod intra certum tempus det processum sigillatũ, & clausum, & pars aduersa cum processu, vel eius procurator se præsentat coram iudicibus criminis.

Viso autem processu per eos, approbatur vna illarum sententiarum, & quæ est approbata, remittitur iudici à quo, vt in ea procedat secundùm ius. Et de his solemnitatibus dicam *infra* de appellat. Hæc autem sint quantum ad articulum recusationis. In ciuilibus autem idem dicas, si causa excedit decem millia marauetinorum, alias sententia decurionum executioni mandabitur. l. 6. & quæ ibi dicam tit. 16. lib. 3. infra. ibi, *E lo que estos assi determinaren, sea firme, executado, è no aya ni se reciba otra appellacion, ni supplicacion para ante nos ni para nuestra audiencia, ni para ante otro juez alguno.*

De differentia, quæ est inter ius Canonicum & ciuile in recusatione iudicis, est videndus Philip. Franch. in cap. cum speciali. num. 46. quæst. 21. de appellat.

De iure autem Canonico est alleganda causa in recusatorio libello, & nominantur arbitri ad cognoscendum de ea, & si legitimam repererint, iudex delegatus, seu ordinarius ecclesiasticus remouetur in totum. Forma est talis.

Muy reuerendo señor, Doctor Diego Perez por persona de mi procurador parezco ante V. merced, con protestacion que hago ante todas cosas, que por aucto, o auctos que ante V. merced haga, de no le atribuyr mas jurisdiction de la que en este caso le compete de derecho, y digo que no puede ni deue proceder en esta causa, y no ser juez della a pedimiento de Pedro, por ser como V. merced es tan su amigo, o por tal causa, de quibus suprà. *è por tal le tengo por sospechoso para que no me guarde mi justicia. E porque de derecho es cosa peligrosa, è graue, que ninguno litigue delante juez sospechoso. E para prouar la causa que de derecho se requiere ser verdadera, nõbro por mi juez arbitro al muy illustre señor Dõ Aluaro de çuñiga, que es cauallero y letrado de sciencia, y consciencia, e pido à V. m. mande al dicho fulano parte contraria a que nombre arbitro de su parte dentro de vn breue termino, so graues penas è censuras, para que se junte con el de mi parte nombrado a conoscer de la dicha causa de sospecha, y recusa-*

cion

cion. Y en effecto de no nombrar la parte aduersa, V.m. de su officio haga el tal nombramiento. Para lo qual, y en lo necessario el officio de V. m. imploro, y pido justicia, y costas. Y iuro a Dios y a esta cruz † que esta recusacion no la pongo de malicia, saluo por alcançar justicia.

Est notandum, quòd quilibet iudex ordinarius, siue delegatus potest recusari de iure Canonico. Specul. de recusa. §. 1. num. 1. Faciunt dicta supra hac gloss. quæst. 13. & cap. cùm speciali. & ibi Henriq. de appellat. & in cap. secundo requiris eod. tit.

Ista exceptio debet proponi ante litem contesta. nisi de nouo superueniat ad notitiam partis, vel de nouo fuerit orta. cap. pastoralis. de excep. facit. cap. cæterùm. de iu. calum. Item de iure Canonico erit admittenda, sicut exceptio excõmunicationis quandocunque opponatur, secundum formam text. in dict. cap. Pastoralis. etiam transacto tempore statuto à iudice ad opponendas dilatorias exceptiones, secundùm Deci. in. d. ca. Pastoralis. num. 8 & 9. Et probatur. Vbicũque ęquitas versatur, ibi rigor cessare debet. l. placuit. C. de iudi. sed ius canonicum versatur in æquitate, ne quis indebitè dãnetur, vt est notum, ergo hæc ęquitas debet præferri.

Item quamuis recusatus fuerit causa suspicionis, & inimicitiæ, est tuendus in sua defensione. argum. cap. cùm inter. de exceptio. ergo si viget de nouo etiam transcurso termino hominis, erit admittenda exceptio cum iuramento, quòd de nouo peruenit ad eius notitiam. declarat Rebuf. tres in hoc artic. casus in consti. Regias Galliæ. De recusationibus. art. 1. glo. 2. pag. 150. cum sequen.

Est dubium, Vtrùm causa possit cõmitti iudici recusatione remota? Et videtur quòd sic. Nam recusatio potest remitti expresse à partibus: ergo multò fortiùs à principe, qui est lex viua in terris. §. sed quòd principi placuit. Inst. de iure natu. genti. & ciui. cap. proposuit. & ibi glo. de concessio. præben.

Ad idem est Specul. de recusa. §. 1. num. 5. versic. quid si sic causa committitur. Lap. in capit. iudex ab Apostolica. de offic. delegat. lib. 6. Bald. in l. fin. C. de senten. & interloc. omni. iudic. Angel. & Imol. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus app. non licet. Innocen. in cap. ex transmissa. de foro compet. Hippolyt. singula. 292. Nihil est tam graue. Nam sicut appellatio expresse tolli potest, ita & recusatio secundùm prædictos Doctores. Dueñas in tracta. regula cum fallentia. regu. 43. ad finem.

In oppositum videtur. Nam recusatio continet defensionem, & quatenus continet defensionem, à principe tolli non potest. vt dixi in rubri. de exceptioni. extra. Item & secundò istam sententiam tenet Panorm. in. c. ad hæc. per gloss. ibi sing. de rescrip. & in. c. cùm inter. de exceptio. Dominic. in. c. iudex ab Apostolica. de offic. deleg. li. 6. Deci. consi. 175. num. 3. & d. c. cum inter. Et est communis secundùm Rebuf. in constitu. Regias Galliæ. pag. 148. num. 9. in 3. tomo.

Pro declaratione dic, quòd aut causa committitur iudici suspecto, & in dubio non censetur adẽpta recusatio. glo. in. d. c. ad hæc. de rescrip. quam citat Hippolyt. sing. 292. Panorm. in cap. cum inter. nu. 9. de exceptio. Deci. in. c. ad hæc. 1. num. 4. & in cap. proposuit. num. 1. de appell. & sic loquitur prædicta glo. quando commisit causam suspecto, non tamen dixit, quòd pars non posset remedium recusationis obijcere.

Aut commisit recusatione remota: & intelligitur tantùm de calumniosa, & friuola, sicut, quando cõmittitur causa app. remota, nam procedit de friuola & iniusta, non de iusta. Philip. Franch. in cap. postremò. de appellat. Hippoly. sing. 292. Et quòd clausula, appellatione remota, nõ impediat legitimam appellationem ex notorio grauamine, est glo. in. c. ex conquestione. verb. post appellationem. de resti. spol. quam multùm notab. dicit Panor. in. c. inter cæteras. 1. col. de re iud. & in c. pastoralis. in princip. col. penul. de appella. Hippolyt. in pract. §. secunda. nu. 27. & in singul. 592. & in dict. pract. §. sequens. num. 43. & consil. 89. nu. 18. & in l. prima. §. si serui quasi. num. 25. ff. de quæstio. Faciunt dicta à Felino in capit. causam quæ. num. 21. & in num. fin. de rescript. & Alci. de præsump. in 1. par. princ. num. 16. pag. 34.

Aut causam commisit de potestate absoluta, & certa scientia, & apparet, quòd nullo modò vult admittere recusationem, sed quòd in causa procedatur, & tunc valet commissio, secundùm Innocen. in dict. capit. ex transmissa. de foro competen. ibi in gloss. tua. ait, vel nisi diceret, non obstante exceptione recusationis. hactenus Innocent. sequitur eum Hostien. in dict. cap. cùm inter. Bart. in l. fin. C. de sentent. gloss. in. l. apertissimi. verb. recusare. C. de iudic. Et Hugo Cels. in tracta. Clausula. Clausulæ rescriptorum. versicu. Recusatione remota. folio. 17. colum. 1. secundùm paruam impressionem. Dueñas vbi sup. regul. 43.

Princeps omnia potest, & causa semper in eo præsumitur, & sic ei obtemperandum est, quia potest per eum grauamen ab isto iudice suspecto in causa appellationis remoueri. Quod nota, quia sæpe contingere potest ista quæstio.

Quæro. 21. Vtrùm Recusatio debeat fieri ex causa iusta, & non temeraria, aliàs non valet. Respon. quòd sic. Alexand. in l. quia poterat. ff. ad

Trebel.

Trebellia. Probatur etiam de iure Regio in hac lege, vbi requiritur, quòd proponatur cum iuramēto. Sed iuramentum non debet esse iniustum, & temerarium, ergo nec recusatio, quam confirmare per illud intendit. c. Quintauallis. de iureiuran.

Præterea recusans iudicium iusti iudicis, obijciēdo ei causam iniustam, infamat eum, ergo peccat contra ipsum, mentiendo. cap. 1. de crimi. falsi. Faciunt verba. S. Thomæ. secunda secunda. quæst. 69. art. 3. Aliquis appellat causa afferendæ moræ, ne contra eum iusta sententia proferatur, & hoc est calumniose se defendere, quod est illicitum, sicut dictum est. facit enim injuriam & iudici, cuius officium impedit, & aduersario suo, cuius iustitiā quantum potest, perturbat. Et ideò sicut dicitur 2. quæstione sexta. omnimodò est puniendus, cuius appellatio iniusta pronūtiatur. hactenus Thomas. Suadetur. Nam iudex censetur pater, sed non est possibile filijs abnegare patrem. Aristo. 8. Ethicorum. cap. vltimo. ergo nulli iniustè licet iudicem recusare. cap. vestra. de vita & honest. clericorum. vbi habetur, quod à clericis, & presbyteris quanquam fornicarijs quandiu ab ecclesia tolerantur, nec habent euidentiam operis; licitè diuina ministeria audiantur, & alia recipiantur sacramenta ecclesiastica: sed omnem, quem ecclesia iudicem instituit, tolerat: ergo contra ecclesiam facit, quicunque iudicem suum recusat. Confirmatur ex cap. 1. de appella. lib. 6. in fine. in illis verbis, Iustum est equidem, vt in eum iura insurgant, qui ius, & iudicem, & partem eludit. Sed intellige de calumniosa recusatione, secùs de iuridica, quæ continet defensionem naturalem in se, vt dictum est suprà Idem probat Richard. de Media Villa in 4. sentenc. distinct. 19. artic. 4. quæstione. 2. facit. l. 4. ibi, definitiones iudicum eludere. C. de receptis arbitris. Ex quibus constat, quòd recusans iniustè iudicem, ei facit iniuriam, ac proinde peccat. Secundò deriuatur, quòd lædit partem, ideoque tenetur ad omnia damna, & expensas hac ratione factas. cap. fin. de iniurijs.

Est dubium, an in notorijs sit admittenda recusatio? Gloss. in cap. primo. verb. conseruatores. de offic. delegat. lib. 6. respondet minimè recipiēdam fore. Comprobatur ex Roma. consilio. 324. & Domi. in capit. primo. de pœn. lib. 6. col. fin. Facit, nam in notorijs non admittitur appellatio. capit. cùm sit Romana. & capit. cùm si specia le. §. porrò. & ibi Decius colum. prima. num. 5. de appellationib. ergo idem concludendum erit in recusatione, cùm à pari procedant. Ancharra. in. c. super eo. de appella. per text. ibi. num. 2. & recusatio suspēdit iurisdictionem quemadmodum appellatio. Specula. De iudice delegato. §. restat. numero. 1. glo. in cap. quoties. verb. appellant. 2. quæstione. 6. Franchus in dict. cap. super eod. & Fírmian. in indice. verb. recusatio. versic. 17. & 33. te- Montal. in l. 9. tit. 7. lib. 1. foro. legum.

chosoalcalde, è jure a q̃ en los pleytos ciui-

Limita tamen in notorio habente pœnam arbitrariam. Felin. in cap. cum accessissent. col. 2. nu. 4. de iudi. Adde Couar. in pract. quæstioni. ca. 26. vbi agit de recusationibus iudicum præsertim de iudicibus supremis.

¶ *E jure*. Nota casum, in quo iuramentū inducit probationem in causa propria. & in capit. fina. de his, quæ vi. met. causa fiunt. l. si quando. C. vnde vi. & in l. 9. tit. decimo, part. septima. & l. 2. tit. 11. part. 3. & l. 8. tit. quarto. lib. 4. foro legum. Rota in nouis decisio. 299. Ias. in §. ex maleficijs. num. 90. Instit. de actio. singul. in. l. in actionibus. ff. de in lit. iur. Chassanæ. ponit. 35. casus, in quibus statur dicto iurantis in consuetudi. Burgundiæ. rubri. 1. §. 5. num. 176. cum sequent. folio mihi. 60. col. 1. cum. 3. sequentibus. Marc. Antoni. in tract. de viribus & virtute iuramenti. versic. quinquagesimotertio. nu. 72. vbi quā plures casus scripsit, quos ibi videre licet. Est enim glo. in §. nō solum. verb. probare. Instit. de verb. obligat. Adde legem. 33. tit. 3. lib. 8. infra.

Quid autem erit, si obijciens recusationē, nolit iurare, an valeat recusatio? Videtur quòd non, quia est formalis probatio inducta à lege, qua omissa, actus est nullus: ergo. &c. Sed dic, quòd locum habeat, si petatur à iudice recusato, aliàs autem mero iure tenet recusatio. Et hoc constat ex mente verborum huius legis, ergo habebit locum quantū ad effectū, & virtutem ipsorum. argu. tx. in Clemen. vnica. §. quia ergo ex capitulis. de iure iurand. Nam verbum, *jure*, intelligendū est, quando fuerit petitum à iudice, vel à parte, cui interest iurare, vt dicimus in l. sexta. titulo. 16. infra hoc libro. 3. Et facit gloss. verb. dic. & consule. in l. prima. §. primo. ff. de edend. tex. iuncta. glo. 1. ad fi. in l. si ex multis. C. de annali exceptio. Idē erit dicēdū in iuramento faciēdo per assessorē, & collegā iudicis: & ipse iudex poterit istum iuramentum facere in sententiæ prolatione. l. vt iurisiurandi. §. iurare. ff. de operis liberto. Iurare autem debet (inquit Vlpianus) post manumissionem vt obligetur, & siue statim, siue post tempus iurauerit obligabitur. Facit, nam quamuis exceptio dilatoria sit obijcienda ante litem contestatam, tamen satis est, si post statim, & ex modico interuallo

les tome el juez consigo por cõpañero [a] a vn hombre bueno para que librẽ el pleyto ambos a dos de consuno, y el juzgador, y el hombre bueno que assi fuere tomado juren sobre los sanctos Euangelios, que bien y derechamente libraran el pleyto, y guardaran el derecho a ambas las partes: y en los pleytos criminales, si en aquel lugar ouiere otro Alcalde, o Alcaldes, que ayan, y libren todos de consuno el pleyto principal. E si no ouiere otro Alcalde, que los Regidores, que son deputados [b] para ver hazienda del con

uallo opponatur. ex gloss. singula. & communiter recepta in l. Pomponius. §. ratihabitionis. verbo. contestationem. ff. de procuratorib. Iaso. in l. ita demum. colum. secunda. num. 3. C. de procurato. reputat singulare, & in l. edita. nume. 13. C. de edendo. quo loco sex fundamenta adducit procius glossæ confirmatione. Et idem Iaso. in l. si quis mihi bona. §. iussum. num. 23. colum. 3. ff. de acquiren. hæredita. & in l. non solum. §. morte. nume. 13. ff. noui oper. nunti. & in l. principalibus ff. si certum petatur. & in l. is qui pro tẽporali. §. si petitor. colum. 2. ff. de iureiuran. Fernandus Gomez Arias in l. secunda. numero. 49. in legibus Tauri. Hippolyt. etiam in l. prima. §. diuus Antonius. numer. 15. ff. de quæstio. dicens, quod communiter transeunt doctores cum opinione præscriptæ gl. Cui tamen similis est in l. cùm & iudices. in verbo. post narrationem. C. de iureiurando. propter calum. dand. ibi, Satis dicitur fieri in primordio, si statim post fiat. ff. si certum petatur. l. lecta. §. dicebam.

Hodie de stylo iuramentum statim in libello recusatorio subijcitur, nec expectatur petitio partis. Quæ praxis iure isto iuridica est, cùm formam inducat, absque cuius obseruatione notissimum est in iure, quod actus est nullus. Adde Pragmati. 42. capit. vigesimoprimo. & 22. fol. 32. Pragmaticarum Regum Catholicorum. Adde Alexand. consil. 104. colum. secunda, lib. quinto. post Ancharranum. consil. 263. Bald. in capit. super quæstionum. colum. 2. versic. Pone quòd notarius. de offic. delegat. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum colum. 18. de constit. Tiraquell. de iudicijs in rebus exiguis. pag. 47.

a ¶ *Compañero*. Forma huius legis habet etiam locum in iudicibus delegatis. l. 3. in fine. infra hoc titulo. Quod procedit de iure ciuili, quo iure solo iuramento sine causæ expressione procedit recusatio. & sic cessat. l. 22. tit. 4. part. 3. & l. 9. & l. 10. titulo septimo. lib. primo. fori. De iure autem Canonico, & in foro ecclesiastico causam exprimere oportet, vt glo. Montalu. notat in dict. l. nona. & docto. in cap. cùm sit speciale. de appellationibus. Etiam suprà in hoc aptaui formam recusandi quo ad vtrumque forum. Causæ autem, ex quibus iudicem recusare poteris, videbis in l. 9. tit. septimo. lib. primo. fori. l. 191. styli. Et causas, propter quas iudex possit recusari, posui suprà in glos. prima. quæstione. 10. Ex tribus enim causis, in quibus aliæ comprehenduntur iudex recusari poterit, nempè: causa odij. Secunda, amoris: Tertia, indifferenti. Et quia his tribus modis peruertitur iudicium. cap. quatuor. 11. quæstione. 3. ideò his tribus modis est prouidendum per recusationem. Nam dicitur in sacris literis. Ecclesiasti. 6. Ab inimicis tuis separare. Et Deuteronomi. trigesimosecũdo. Inimici nostri sunt iudices. Et Psalmo. vigesimosexto. Qui tribulant me inimici mei. Et Ecclesiasti. duodecimo. Non credas inimico tuo in æternum. Addendus est hic Ioan. Montholoni. in proptuario iuris humani ac diuini. prima part. verbo. inimicus. in gloss. nam abscondetur in malis. folio. 371. columna. 1. & Rebuffus optimè exponens præmissas tres causas in cõstitutiones Regias Galliæ. tertia parte. tractat. de recusatio. articulo nono. glossa vna. numero nono. pagina. 162. Felinus tangit aliqua in dicto capitulo. cùm venissent. de iudicijs. Quadraginta causas ponit Robertus Marantanus in Specul. aduocato. sexta parte. numero vigesimoseptimo. pag. 518.

b ¶ *Regidores que son deputados*. Dubitari potest, qualis sit iurisdictio administratorum, ancianiue ciuitatum, qui Decuriones vocantur? Respõdebis, quòd ad eorum iurisdictionem pertinet captum iniustè à iudice eximere à tali captura. Guil. in l.

iudices.

iudices. C. de Episcop. audient. Baldus in l. prima. secunda lectu. versic. Item, nota. ff. de offici. consulis. Hinc venit practica in hoc regno, quòd eo tempore, quo iudex visitat incarceratos, ei committatur duo anciani, seu Decuriones. Ad idem est. l. vbi absunt. ff. de tutori. & curatoribus. Cui Pauli respon sum ita se habet. vbi absunt hi, qui tutores dare possunt, Decuriones dare iubentur tutores, dum modò maior pars conueniat. l. cū speciaīs. C. de iudic. ibi, Hæc eadem, apud defensorē locorum, vel Duum viros municipales gestis apud eos habitis celebrare. Angel. in l. si quis vxori. §. si fugitiuū. ff. de furtis. De eorum iurisdictione est. l. 6. titulo decimo sexto. infrà isto lib. 3. Sed est du-

cejo, que den entre si dos sin sospecha que esten con el Alcalde a oyr y librar el pleyto: y que hagā juramē to como dicho es: y si no se auinieren a los nombrar, echen suertes quales dos dellos esten con el Alcalde de como dicho es: y los que fueren nōbrados, o en quien cayere la suerte, q̄ sean tenidos a oyr el pleyto: y hagan la dicha jura en la manera q̄ dicha es. E si en el lugar no ouiere hombres ciertos para ver la hazienda de concejo, que el Alcalde ante quiē fuere el pleyto tome buē nos hombres de los mas ricos del lugar: y estos echē suertes entre si quales dos dllos esten con el dicho Alcalde: y aq̄llos a quien cayere la suerte, sean tenidos de jurar, y de se ayuntar, y oyr el pleyto, y librarle con el Alcalde, como dicho es [a].

¶ *Ley II. Que el assessor del Alcalde vaya a las audiencias.*

¶ El Rey don Iuan II. en Valladolid. Año mil ccccxxxiij.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley segunda, tit. 16. lib. 4. Recopilat.*

Mandamos, q̄ el assessor, q̄ fuere tomado por el juez sobre sospecha contra el hecho por la parte, sea tenido de yr, y vaya a las audiēcias que se hizieren sobre el dicho pleyto, no auiendo legitimo impedimento que lo pueda escusar: y que lo haga assi so pena q̄ pague a la parte las costas y daños que por su culpa se fizieren del processo retardado. Y al tiempo que sea recebido por assessor, jure y prometa [b] de hazer su buena y honesta diligencia: porque el pleyto se fenezca lo mas breue que ser pueda.

biū, Vtrùm Decuriones possint suam iurisdictionē delegare, si fuerint impediti publicis occupationibus? Dices, quòd poterunt, dum tamen agnoscant secūdùm formam authentic. Ad hæc. C. de iudicijs. Adde Gasparē Vallascum in repetitio. l. Imperium. numero. 244. ff. de iurisdictione omniū iudic. De potestate Consulum, vide Guidon. Papam singulari. 422.

a ¶ *Como dicho es.* Vt habetur in originali. l. 1. titulo quinto, in ordinam. de Alcala. Anni. 1387.

¶ *Lex. II.*

b ¶ *Iure è prometa.* Si petitum fuerit tale iuramentum, quemadmodū exigi solet per tabellionem tempore quo assessori datur processus, aliàs autem non erit pro-

¶ *Ley. III. La forma que se deue tener quando alguno del consejo se recusare por sospechoso.*

¶ El Rey, y Reyna.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene enla ley. 1. tit. 10. lib. 2. Recopil. Y en aquel titulo se ponen muchas cosas acerca delas recusaciones de los del cōsejo, Presidente, è Oydores de las audiencias. Alcaldes de Corte, y audiencia, y de hijos dalgo, notarios, y relatores.*

ORdenamos, q̃ cada y quādo algū o quisiere recusar por sospechoso alguno de nuestro consejo [a] q̃ en el residiere, o d̃ los nuestros Oydores, o de los nuestros Alcaldes d̃la nuestra casa, y corte, o de la nuestra Chancilleria, que lo pueda hazer jurando la sospecha en deuida forma y poniendo la honestamente. Y en tal caso los otros del consejo, o los Oydores, o Alcaldes que no fueren recusados, vean breue è sumariamente sin fazer actos, ni processos si la tal sospecha es cierta, y verdadera, o no. E si hallaren ser verdadera: q̃ el tal recusado, no conozca mas de la causa, y los otros la determinen. Y si hallaren que no es justicia verdadera, q̃ conozca el recusado cōtra los otros sin embargo de la tal recusacion: Pero si fuere la causa criminal sobre que interuiene recusacion de qualquier de los dichos Alcaldes, que pidiendolo qualquier de las partes se junten con los Alcaldes ante quien pende la causa vno de nuestro Consejo en la nuestra corte, o el que por los de nuestro Consejo fuere deputado, o vno de nuestros Oydores en la nuestra Chancilleria qual los otros Oydores deputaren, que sean legos, el qual juntamente con los dichos Alcaldes sin auer nueuo juramento conozca de la dicha causa, y la determinacion, y no de otra guisa. Pero en la recusacion que fuere puesta contra los otros juezes ordinarios de las ciudades, y villas

processus nullus, quanuis non sit interpositum iuramentum. vt dixi in l. prima. supra proxima.

¶ *Lex III.*

a ¶ *Alguno de nuestro cōsejo.* Nota, q̃ regij consiliarij recusari poterūt, vt hic habetur. Conc. l. 42. c. 22. lib. Pragm. regū. Catholicorū, cuius forma erit seruanda in practica. Interrogari autem poterit cōsiliarius regis recusatus de causæ recusationis veritate. vt habetur. d. cap. 22. ibi. *Y encargamos las cōsciencias a los del nuestro consejo, è Oydores de las dichas nuestras audiēcias, que respondan a las dichas posiciones, sobre juramento que primeramēte fagan todo lo que cerca dello supieron, sin encobrir cosa alguna.* gloss. in cap. 1. verb. sine confessio. de exceptionī. Franch. in ca. cum specia li. de appella. ad fin. nisi recusaretur ob crimen, quia tūc nemo tenetur prodere seipsum. Panormit. & alij in capi. 1. de except. & seruatur in parlamento secundùm Stephan. Auffreri. in tract. de recusatio. ad fin. nu. 46. & Rebuff. eodē tracta. in constit. Regi. Galliæ. art. 1. glo. 3. num. 5. Et sic concordat ius commune cum l. 42. capit. 22.

Ad tertium dubium ex deductis in proxima quæstione dicendũ est in casu.l.4.&.5.infra eod. cum similibus ibi adducendis admittendam fore exceptionem solutionis , quæ propriè est exceptio iuris naturalis , æquitatem continentem , ne quis indebitũ à proximo recipiat, locupleteturq; cum eius iactura,ex Pompo.nij responso in.l. nam hoc natura.ff.de condi.indebi. l. iure naturæ. vbi Decius.ff.de regulis iuris. Alciat.in rubric. extra de præ-

de præscr.nu.7.l.17.titul.fi.part.7.latius legendo exposuimus in regul.Possessor.de regu.iur.lib.6. quam Deo duce cito cudendam,seu imprimendam curabimus.Regia lex.4.infra.eod.tit. probat.ibi, *Saluo paga del deudor,o promißion,o pacto de no lo pedir.* Ratio enim est,quia exceptio solutionis quatenus cōtinet defensionē,est iuris naturalis,nec cuiquā homini de mūdo est auferēda.argu.Clem. Pastoralis.§.cæterum.de re iudi.tex.c.cum inter. de exceptio. Ex qua ratione infero ad cōmunem cōclusionem. quæ habet excōmunicatum conuentum posse obijcere exceptionē compensationis, quæ solutionis vicē continet.l.amplius non peti. ff.rem ratā haber.vbi Bar.col.fi.id probat, intantum φ firmat iurantem soluere satisfacere obijciēdo compēsationē creditori. Sed in hoc, imo quod non satisfaciat,sed φ ratione iuramenti teneatur realiter soluere,est tex.in.c.ad nostrā.1.de iureiurand.cūmuni, secūdum Soci.in. l. Iulianus. num. 14.col.4.ff.de condi.& demonstra. De hoc latius in.l.4.in quæst. Vtrum exceptio cōpensationis sit admittēda aduersus cōtractum,seu instrumentum, in quo continetur iuramentum. Præterea actus cōpensandi,seu reconueniendi actorē alicui reo conuēto cēsetur permissus, cum sit inhærens causæ,ac necessarius ad iustitiam vnicuiq; litigantium ministrādam,& sic censetur concessus.l.2.ff. de iurisd.om.iudi.quia tēdit ad defensionē,quæ ex cōmunicato permissa est.c.cū inter.de exceptio. Paul.dicit.φ doctores ita decidūt in.d.l. amplius. col.fi.nu.4.Et hāc communē ac veriorem iuris testatur Philipp.Deci.in.d.ca.cum inter. nu. 27.de exceptio.Contrariā,imo quod non cōpetat excōmunicato,tenet ibi glo.quæ cōis est secūdum Deci.d.nu.27.in princi.Idem dicit Guido Papa consil.108.nu.2.ad fi.Probat bene Alberi.lib.4.statuto.q.92.col.1.Sed priorem cum Decio tenendam censeo: quia excōmunicatus per viā defensionis cōsequitur id, ad quod actor erat ei obligatus. ex doct.Innocē.in.c.si vere.de senten.excom. quam refert Deci.in.d.c.cum inter.nu.27.ad fi. Itē quia qui compensat,retinet.l.in restitutione.C.de petitio. hæredita. Et retentio,defensio est.c.quo iure.8.distinct.Et hac ratione videtur,quod naturale debitum compensetur.l.etiam.de cōpensatio.

Vtrum autem eo casu, quo non competat ius compensandi principali excommunicato secundum communem præcitatam,est dubiū, an competat fideiussori? Et videtur quod sic,dum tamen principalis non esset soluendo,non alias. Alberi. optime declarat in lib.4.de statutis.q.92. num.6. versic. In secunda quæstione.

Ad quartum dubium, Vtrum tutus exceptione possit implorare iudicis officium, vt pronuntiet illum esse tutum, imponatq; aduersario perpetuum silentium? Glo.in.l. Aurelius. §. centum. verb.cōsequi posse.ff. de liber. lega.inquit, quod vnus fideiussor antequam cōueniatur,poterit implorare officium iudicis, vt fiat diuisio inter eos, & pro reliqua parte imponatur silētiū creditori. Ad idē est glo.in.l.si contēdat.ff.de fideiuss.ibiq; Bart.Ange.& Imol.dicens hanc opinionem communē esse.glo.in.l.si finita.§.eleganter.ff.de dam. infect.dicit φ vbi alicui iusta competit exceptio, potest officium iudicis implorare, vt imponatur aduersario silentium. Idem notat Antoni. de Butri.in.c.si clericus laicum.col.fin.de foro compe. Panor.in repe.c.siquis cōtra clericum col.2.eod. tit. Communis est secūdum Soci.consil.94.nu.1. lib.3.Rebuff.in tract.de literis obligatorijs.artic. 1.glo.9.nu.55.tomo.1.cōstitu.Regiarum Galliæ. siue super actione personali,siue reali,vt infra hac glo.dicetur.Facit.l.diffamari.C.de ingenu.& manumiss.& in capit.conquerente.Innocen.num.1. de offi.ordinar.notat remedium prædictæ.l. diffamari. locum vendicare in quacunq; diffamatione. Bart. in. l. Titia. ff.de accusat.Panor.in.c.licet.de accusa.Areti.& Feli.in.c.in presentia.co.2.de probatio.Nell.in tract.bannitorum.3.parte secundi temporis.nu.66.Cepol.caut.242.Hippolyt. singula.280.Boeri.decisio.255 n.7. Ludo. Gomez. in.§.præiudiciales nu.7.Insti.de actio.Ioan. Lup. de dona.inter vir.& vxo.§.65.Panor.in capit. in autem de resc.in fin. Rota anti.decisio.304.l.pen. titu.2.part.3.

Quæ autem differentia sit inter.l. diffamari. & l.si contendat.scripsit Dominus Couar. in libr.1. variarum resolutio.c.18.nu.4.

Igitur nimirum si mihi competat exceptio pro iure meo conseruando, quod possim agere contra illum,qui dicit se esse dominū,vel infert aliquem defectum,vt illum ostēdat,alias enim ei imponatur perpetuum silentium.

Secundo adstipulatur pro communi opinione tex.in.l si pater. C.qui bonis ced.possunt.Quo in loco habetur, quod si pater emancipauit filiam, demum cessit bonis, quæ fuerunt filiæ acquisita, ipsa filia tuta exceptione implorat officium iudicis contra creditores paternos,vt imponat eis perpetuum silentium. Quem text. vnicum ibi dixit Bald.nume.2.Iaso.in dicta.l.si super possessione. colum.2.vbi vid.Deci.num.7.C. de transactio.& Corset in singula.verb.metus.Ex qua confirmatione infertur,debitorem opponere posse omnes exceptiones sibi cōpetentes contra sententiam, vel instrumentum publicum, quamuis statuto,vel lege Regia in executione non possent opponi, dum tamen petitio exequutionis nō præcederet, & sic opponens præueniret exequutionis petitionem. Tamē hodie intra decē dies cōnumerandos

à die

à die citationis, quæ fieri solet ad perficiendã vendictionẽ bonorum, de quibus facta est executio, iuxta.l.64.in ordinatio. Tauri possunt exceptiones obijci contra instrumenta guarentigia.

Tertio his etiã concinit tex.in.l.3.§.missum.ff. de Carbonia.edicto.vbi missus in possesionem, qui est dominus rei possessæ, poterit petere se possessorem, vel dominum declarari.

Quarto nõ minus eleganter probari potest cõmunis opinio ex tex.in ca.1.&.c.2. de confirma. vti.vel inutil.vbi obtinens sententiam pro se, est securus exceptione rei iudicatæ, quippe quia sententia inter partes facit ius.l.ingenuum. ff.de statu homi.factaque traditione transfert dominium. gloss.in verb.eius fit.in.§.fina.Instit. de offic. iudic.notanda secundum Panormi. in cap. cum aliquibus.nu.13.de re iudi.& in cap. proposuit. vbi glos.& docto.de concessio. præbend. Collectari. in cap.ad quæstiones.num. 8. de rerum permuta. Felin.bene in ca.cum venerabilis.nu.29.de exceptio. Ias.in.l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure. Cassador.decisio.11.num.5.sub titu.de rescript. Tutus tamen auxilio sententiæ sine eo, quod inquietetur ab aduersario, potest petere eius confirmationem per prædicta iura. Per quæ Innocent.tradidit in ca.ex parte.S.de rescrip. quod si aduersarius meus appellauit à sententia in meum fauorẽ promulgata, & eius appellatio fuit deserta, possum petere à iudice, vt pronuntiet appellationem fuisse desertam. Et ad dicta iura citata, scilicet, in capit.1.& cap.2. adde notata à Roderic. Suarez allegatio.14.colum.1.

Quinto pro comprobatione adduco text. in.l. si contendat.ff.de fideiusso. Fideiussores enim omnes, quorum sunt soluendo, si non fuerint in solidum obligati, habent beneficium diuisionis, nẽpe vt quilibet soluat debitum pro rata. vt in.l. inter eos.& in.l.inter fideiussores.ff.de fideiusso. Quidam ex fideiussoribus timens in solidum conueniri, vel quod alij efficiãtur non soluendo, vult implorare officiũ iudicis, vt pronũtiet ipsum tutum beneficio diuisionis, nã hoc per. d.l. si cõtẽdat.poterit facere. Panor.& Deci.in cap.si autem. col.3. nu.9.de resc.dicens procedere non solum in actione personali, sed etiam in reali. Areti.in ca.in præsentia.per illũ tex.& ibi Deci.col.2.nu.3. de probatio. Roman.consi.312. Rebuff.in constitu. Regias Galliæ.1.tomo.pagi.76.versi. Item poterit implorare officium iudicis, in tract. de literis obligatorijs.artic.1.glos.9.nu.55.

Hinc deducitur mulierem timẽtem se posse grauari à creditoribus mariti, quia est grauatus ære alieno, ipsam iudicis officiũ implorare posse, quatenus iudex inhibeat creditoribus, ne fiat ei aliqua molestia in suis bonis dotalibus, & alijs quibuscunque, & sic eam tueatur, & dicitur in Castella à Pragmaticis, *Carta de amparo.* per prædicta.& l.si pater tuus.C.qui bonis cede. possunt. Mõtal. in.l.5.tit.18.libr.3.foro legum Quod est notãdũ, & quotidianum in practica. Facit.l.fina.§.fina. ff. quod metus causa.vbi timens molestari, poterit inuocare iudicis officium ad hoc, vt vexatio, seu molestia non inferatur. Cui etiam conijci potest l.illicitas.§.ne potentiores. ff. de offic. præsidis. vbi iniurians alicui, vel aliade causa timens iniuriã sibi inferri ab aliquo, poterit petere à iudice securitatem, & cautionẽ de non offendendo sibi dari ab alio tertio.notat Bart.in dict.§.ne potentiores.num.1.& in.l.congruit.num. 4.ff.de offi.præsid.& in.l.si vsusfructus.§.fina.vbi late in additione.ff.de vsufruct.& in.l.in eum.numer.2.ff.de accu.& in.l.1.nume.2.C.in quibus causis colo.capi. censi.domi.accusa.poss.libr.11.& in.l.2.num.24. ff.soluto matrimonio. Felin.in rubr.num.10.col. 6.de treuga & pace. Hippolyt.latissimè plura cõgerit in.l.1.§.præterea.nume.75.ff.de quæstionibus. Dixi in quæstio. 249. Titius fecit iniuriam Sempronio. Cautio autem ista de non offendendo, non erit ad tempus perpetuum, sed erit modificanda arbitrio iudicis. Guilielm.de Cun.& Barto.in dict.§.ne potentiores.colum.2.nume.7. Angel.in.l.dies cautioni.in princi.col.2.versi. Idem dicas.ff.de damno infecto.& ibi Imol. col. 1. in.l. Valerianus.ff.de Præto.stipulatio.vbi dicunt iudicem posse arbitrari vsq; ad decẽ annos. Alexan. in.l.3.num.5.ff.de damn.infect. Felin.in rubri.de treuga & pace.col.6.versicu. Tertia declaratio. Et est cõmunis secũdum Ripam in rubri. ff. de dam. infect.col.fi.num.23.qui præter alios bene distinguit articulum, nempe tempus ante cautionem præstitam, & tempus post cautionem. Priori casu cautionem esse præstãdam simpliciter absque termini præfinitione, ne forte detur materia differendi offensionem finito tempore cautionis, argum. l.conueniri,ff.de pactis dota. Posteriori vero casu dicit cautionem præstitam tanto tempore esse duraturam, quanto durabit inimicitia, sine causa timoris. Si vero sit quæstio, quantum præsumatur durare causa timoris, tunc erit in arbitrio iudicis. Et hoc modo accipienda est cõmunis opinio.

Sexto principaliter in præsidium cõmunis assertionis in capite huius dubij deductæ, est text. in.l. Aurelius.§.centum quæ ff. de liberatio. legat.vbi quando testator in vltima voluntate liberauit debitorem, poterit ipse debitor implorare iudicis officium, vt pronũtiet ipsum tutũ esse exceptione liberationis. Facit.l.& si forte.ff.si serui tus vendicetur.vbi possidens rem liberam, potest implorare iudicis officium contra aduersarium, ne ei molestiã inferat, dicendo eam seruituti subnixam,

nixam, Et in.c.1.de iureiuran.cautum est debitorem iurantem soluere vsuras creditori suo, posse petere à iudice antequam eas soluat, q̃ compellat creditorem, vt ei remittat iuramẽtum, procedẽdo contra illum per censuram ecclesiasticã. l. si duo. ff.de iureiur.quo tex.constat, q̃ quis petit declarationem iuris competẽtis, etiam si adhuc ab aliquo tertio non inquieretur.l.1.§.1.ibi, ius non ex eo meritur, q̃ possessor occupauit, sed ex suo iure. ff. si pars hæredi.peta. Felin.dicit text.illũ in suo effectu bonũ esse in ca.olim.n.10.de rescriptis. Nõ nulla vidẽtur facere aduersus communẽ, nempè illud elementum cõmune, quo dici solet, neminẽ cogendum fore agere contra aliquẽ.l.diui fratres. ff. de accusa.l.vni.C.vt inuit.agere null.cõpella. Sed si tutus exceptione posset implorare officium iudicis, obijciendo exceptionẽ, ex qua tutum fore prætẽdit, esset compellere actorem agere, litemq; suscitare contra omnem iuris disciplinam. ergo &c. Facere videntur, quæ scripsit Hierony. Gig. in tracta.de crimine læsæ maiestatis.titul. Qualiter in crimine læsæ maiestatis proceditur. quæstio.17.pag.156.cum sequen.

Suadetur.2. Nam tutor liberatus à tutela si velit agere contra pupillum, vt illum liberet, & pupillo circa rationem prædictæ tutelæ perpetuum silentium imponatur, non est eius petitio admittenda.l.tertia.§.contrario.ff.de contrario offic. iudic.tutel.

Ad idem facit.3.tex.in.l.purè.§.fina.ff.de doli except.quo textu habetur, quòd non debet esse in potestate rei, quòd actor contra illum agat, cũ reus tutus exceptione perpetuo posit eam allegare, nempè cum ius excipiendi perpetuum sit. Petrus Rebuff.in repe.l.vni.num.82.versic. Tertiò. limita.C.desenten.quæ pro eo quod interest, proferuntur.

His etiam facit.4. vbi adest remedium ordinarium, non vendicat sibi locum extraordinarium. l.in causæ.2.ff.de minor.Bald.in.l.ea quidem. nu. 70, C.de accusationi.Rota noua decisio.224.Paulus in.l.2.nu.3.C.si min.se maiorem dixerit.Soci. consil.177.Dominus labia mea aperiat.lib.2. late Zasi.lib.1.intellect.singul.cap.20.

Sed reus tutus exceptione habet remedium ordinarium, q̃ si timet, ne probatio sua pereat, faciat recipi testes ad perpetuam rei memoriam. vt in ca.quoniam frequenter.in princip.vt lit. nõ contest.c.Albericus.& ca.significauit.de testibus. authẽ.Sed & si quis.C.de testib.l.fi.C.de vsu.pupilla.Panormi.in ca.si quis contra clericum.nu.3. de for.compet.igitur cessat remedium extraordinariũ, nempè q̃ iudicis officiũ imploret, imponatq; silentium aduersario, & sic contra cõmunem. Sed tamen his minimè refragantibus, firma est cõmunis cõclusio. Nã quãuis nullus sit cogendus litigare, quemadmodũ primo fundamento cõtra communem dicebamus, est verum nulla existẽte causa: secus si talis causa vigeret, nempè quia competit ius.quod existimat in futurum periclitari posse, vel quia molestia aduersarij succedi, ex parte aduersarij verisimiliter speratur.

Nec minus obstat secundum. Nam licèt verum sit, quòd minor non posit agere iudicio tutelæ aduersus tutorem vt illum liberet à tutela, nec etiam quis contendere posit contra actorem vt agat aduersus eum inuitus, bene tamen potest implorare iudicis officiũ, vt declaret illum esse tutum exceptione, imponatq; silentiũ aduersario, iuxta formam.c.conquerente.de offic.ordinar.

Nec impedit.3.dict.l.purè.§.fina. Nam locum habet ordinarie, non tamẽ suadente æquitate, quæ ex iudicis officio procedit, quod imploratur, ne in futurum indebite molestetur reus.

Nec his coadiuuat contra communẽ quartum argumentum. Nam remedium extraordinarium non concurrere cũ ordinario, regulariter verum esse fatemur: in casu tñ nostræ quæstionis vtrunq; remediũ extraordinariũ est, videlicet petere receptionem testium ad æternam rei memoriam, & inuocare iudicis officium, vt declaret implorantem esse tutũ exceptione. Duo enim remedia extraordinaria cõcurrere posse non negamus.in.l. de pecoribus.cum glos.ibi.C.ad legem Aquil.l.1.C. de rei vẽd.Bar.in.l.in prouinciali.§.si in loco cõi. nu. 4.ff.noui oper.nuntia.Soci.cõsil.177.col.2.lib.2.

Ex qua cõi assertione deducenda sunt aliqua quotidiana, & necessaria. Primũ creditorẽ in diẽ, vel sub cõditione à debitore suspecto, fugitiuove pignora petere posse ad sui securitatẽ.l.quæsitum ff.de pignori.vbi glo.verb.quia interest.dicit, ex iusta causa, quia recessurus putabat, aliàs contra. l. 17.& ibi Montalu. & Gregor.Lopez tit.13.part. 5. Facit illud, quod dici solet, debitorem suspectũ de fuga capi posse à iudice incõpetenti, vel à creditore. Ratio enim est, æquitasque versatur, ne quis amittat debitum, cum periculũ sit in mora, expectando iudicem competẽtem. Bald. nu. 6. Panor. in.c.cum non ab homine.de iudic.l. ait Prætor. §. si debitorẽ.ff.quæ in fraud.credito.Segur. in rep. l.ab exhæredati substituto.nu.8.& ibi dixi. ff. de legat.1.etiam si esset debitor clericus: quia detentio fit animo recuperandi debitum, nõ autẽm inferendi iniuriam, & sic absque excommunicationis pœna capi poterit. Panor.in.c.cum non ab homine.de iudic.post Bald.ibi.Socin. in tracta. regula. cum fallentijs.regul.78.Ias.in.§.1.numero.69.Instit.de actionib.Paris de Puteo in tracta. Syndicatus.verb.captura.nu.10.Caietan.in sum. verb. excõmunicatio.ca.10.Stephan.Auffre.de potestate

seculari

seculari super ecclesiasticas personas. §. tertia regula. nu. 15. fol. 122. in. 8. vo uum. tracta. diuers. doctorum. Rip. libr. 1. responso. c. 13 nu. 8. Ioa. Lup. in. l. 66. Tauri. nu. 27.

Secundo deducitur, quod ille, cui est restituendum aliquod primogenitum, vinculum, hæreditas fideicommissumve post aliquod tempus, petere posset cautionem à possidente, si est suspicio dilapidationis. argumen. tex. in. l. in omnibus. ff. de iudic. quo textu cautum est, quod in omnibus bonæ fidei iudicijs, cum nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem ex iusta causa cōdemnatio fit. l. quod si in diem. ibi, si autem non venerit, cauere officio iudicis debet de restituendo hoc debito, cum dies venerit, vel conditio extiterit. ff. de petitio. hæredi. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. versi. quod si talia verba. ff. de legat. secundo. l. 7. titul. 18. lib. 3. foro legum. Illam conclusionem in successore maioriæ probat Ioan. Lup. de Palati. Rub. in repetitio. cap. per vestras. §. 44. num. 2. de donatio. inter vir. & vxorem. Et hæc iura tam in bonę fidei, quam in stricti iuris iudicijs locū habet per text. in dict. l. quod si in diem. vbi Bart. reputat notandum. nu. 1. & Angel colū. 1. quorum opinio communis est secundum Ias. in. l. 2. col. 5. num. 16. ff. soluto matrimo. & communiter tenetur teste Ripa ibi. nume. 34. Petrus Rauennas in alphabeto aureo. verb. lex in omnibus. fol. 75. col. 1. Baptista de sancto Blasio in tract. de priuilegijs dotalibus. n. 39. & Barto. in repe. l. si constante. nu. 57. ff. soluto matri. glo. etiam in. l. possessione. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. quæ loquitur in contractu stricti iuris, communiter approbatur secundum Bal. reprobata gloss. contrarium ibi probante in dict. l. in omnibus. in. 2. lectura. ff. de iudicijs. est. l. si creditores. ff. de priuileg. credito.

Infertur. 3. vocatū ad primogenituram timētē dissipationem bonorum subiectorum restitutioni, vel ex eo, q̄ libera, & non subiecta restitutioni firmat se iactādo possessor, ipsum agere posse iudicis officium implorando, vt declaret prædicta bona vinculata, & subiecta restitutioni esse, ac iure succesiuo cōpetere sequēti in gradu, neq; posse alienari. per. l. si pater. C. de cessio. bonorum. l. si duo patroni. iuncta glo. verb. alteri. versi. Sed qualiter isti patroni. ff. de iureiur. & l. si finita. §. elegāter. ff. de damn. infect. Roder. Suarez allegatio. 4. Couar. libr. 1. variarum resolu. c. 18. col. fi. num. 8.

Infertur ex eadem radice quarto loco debitorē liberatū ab aliquo debito, quitationē, & liberationem illius debiti, ne deinceps in perpetuum molestari queat, petere posse. Bartol. in. d. §. eleganter n. 3. & Alexan. ibi. nu. 21. id intelligens procedere de liberatione particulari, non autē de generali circa omnia, vt solet nimis effuso sermone dari à mercatoribus, dicendo de omnibus debitis vsque in præsentem diem. tex. in. l. cum Aquiliana. ibi, liberationē enim captiosam interpretatio prudentium fregit. ff. de transactio. in quibus verbis Bart. mirabilem ibi censet. Bald. idem notat in. l. pactum. col. 3. num. 11. C. de collatio. Angel. in. l. cum Aquiliana. ad fi. ff. de transactio. Alex. cons. 68. col. 2. nu. 6. lib. 5. Felin. in. c. significauit. col. 4. nu. 8. & ibi additio. Benedicti de Vadis de testib. Ludoui. Roma. consil. 155. col. 2. versic. Secundo principaliter, adducens text. singula. in. l. 3. §. contrariū. vbi notat Bal. ff. de contra. actione tutelæ.

Infertur quinto habentem instrumentum vetustate consumptū renouationem ipsius ab aduersario petere posse. glo. in authen. de hæred. & falci. §. sed quoniam. verb. reparare. collatio. 1. & in. l. chirographis. verb. aut renouationem. ff. de administ. tuto. dicens, quod si quis amiserit instrumentum, poterit petere ab aduersario nouam scripturā de eo, quod habebatur in primo instrumento cōficere, ac renouare, ne ius ipsius pereat. Ang. in l. in omnibus. col. fi. ad. fi. ff. de iudi. iuxta formam traditam in. c. si. de fide instrumen. & in. l. 12. titu. 19. part. 3. l. 5. & ibi Montalu. titu. 9. libr. 2. foro legum. Et in Pragmaticis iudicialibus & Aranzeli tabellio. fol. 10. cū sequent. Regum Catholicorū.

Quo ad quintæ quæstionis examen, ex quo glossari oportet ista regia constitutio, respondendum est, quod exceptiones sunt quædam dilatoriæ, aliæ præiudiciales, cæteræ peremptoriæ. postremæ anomalæ.

Dilatoria exceptio est illa, quę differt, nō tamē extinguit litē, vt quādo declinatur iudiciū, vel solutio differtur, vt solutionis dilatæ pacti conuēti ad tēpus procuratoris, fori incōpetentis, ad inquirendum aduocatum, ac similes. Ludoui. Cattus in repet. l. quinq; pedum. nu. 23. C. fini. regundo. l. 9 tit. 3 part. 3. Et ibi Greg. Lop. & l. 236. versi. *y las dilatorias*. Zasi. in. l si conuenerit. col. 3. nu. 16. ff. de iurisdictio. om. iud. ca. Pastoralis. de exceptio. ca. cū inter. de re iudic. l. exceptionē. C. de probatio. l. fi. C. de exceptio. Exceptio aūt litis pendētię est opponēda in initio litis, quia est dilatoria, ea enim omissa semel, amplius opponi minime posset, quia ex comparitione sine obiectione litis pendētiæ visus est prorogasse iurisdictionem non sui iudicis, vt exposuimus in exceptione fori declinatoria in. l. 2. glo. fin. tit. 6. lib. 3. supra. notat expresse Matthæus de Afflictis. decis. Neapolitana. 354. num. 9. impeditque litis ingressum. Felin. in capi. exceptionem. num. 4. de exceptio. De exceptionibus dilatorijs consulendus est Specul. De exceptio. & replicatio. §. nūc videndū restat. Et Feli. in d. c. exceptionē. n. 7. & ibi Paris. n. 4. Alex. Ias. & Iacobin.

Iacobin.de sancto *Georgio in*.l.ita demum. C.de procur. Petr. Dueñas in tract.regularum.plura remissiuè ponit in regul.263.incipit.Exceptio dilatoria.

Præterea est notandum exceptionem spolij dilatoriam esse, ac in principio litis proponendam fore. *Bonifaci*.in Clem.vni.col.fin.nu.66.de causa possessio.& propriet. Ias.in.l.naturaliter. §.nihil commune.nu.138.& Claudi.Marmeri.nume. 168.ff.de acquiren.possessi.Gregor.Lopez in.l.5 verb.*le deue responder*.tit.10.part.3. Ideoque exceptio spolij post contestationem litis reijcitur.l.fi. C.de exceptio.l.probationem.C.de probat.cum litem passus fuerit cōtestari in possessorio. argu. tex.in.c.1.de resti.spoliat.Istum locum refert Antoni.Menesius in.l.error.nu.37. C. de iuris & facti ignorant.

Quid autem de exceptione excommunicationis est dicendum, Vtrum sit dilatoria, vel anomala? Quod sit dilatoria, constat, nā non perimit negotium, sed durante excommunicatione differt, quia repellitur excommunicatus agens ab actibus iudicialibus.c.intelleximus.de iudic.c.decernimus.ibi, repellere excommunicatos ab agēdo. de sent.excom.lib.6.ca.1.de exceptio.eod. *lib.6.* ibi, lites differat. Clem.vni.de exceptionib. cuius litera est. Excommunicationis exceptio dilatoriæ in qualibet parte litis opponi potest, termino peremptorio per iudicem assignato ad proponendas exceptiones declinatorias, & dilatorias. non obstante.l.4.tit.decimo.lib.2.fori legum. Et ibi Montaluus. Potest enim ista exceptio quandocunque opponi.per dict. Clemē.quia periculum communionis cum excommunicato semper vertatur in quacunq; parte iudicij, propter quod excluditur à iudicio.c.1.de exceptio.lib.6.vt sic tædio affectus, facilius redeat ad vnionem ecclesiæ. c.audi denique.11.q.3.ibi, de ecclesia per sacerdotem pellitur, vt notatus ab omnibus, erubescat. Graue enim est inter homines esse, & eorum carere suffragio.l.hi qui sanctam.C.de aposta.gl.in.c. si aliquando.de sentēt.excom.solus aut Deus, aut bestia, quemadmodum tradit Aristo.1.Polit. c.2. sed Deus esse non potest, ergo erit bellua.

Tum etiam, quia communicans cum excommunicato peccat, & ipse cum alijs fidelibus. ca.illud.vbi glo.vitari. Et *Innoc*.de clerico excom.minist.Panormi.in.c.si quis presbyter.nu.9. eo.tit. & in.c.exceptionem.nume.28.de exceptio.& in c.nulli.nume.3.de sent.excom. *Martinus* Nauar. in.c.cum contingat.pagi.169.versic.Sexto infertur.de rescr.Anto.3.part.tit.25.ca.2.§.2.Gabriel in.4 senten.dist.18.quæstio.3.dubi.5.sed occasio delinquendi est obuianda.c.nouit.de iudi. c. fi. de foro compet.lib.6.Panor.in.c.ex literis.Syluani.num.8.de sponsalib.etiam si esset peccati venialis.c.quāuis pactum.de pact.lib.6.ibi, dispendiū, secundum interpretationem Archidia ibi. glo. in c.si aliquid.verb.peiorem.22.q.4. Couar. in.d.c. quamuis.1.parte.§.6.nu.6. Tum etiā. Nam si excōmunicatus non posset repelli à iudicio, consequeretur immunitatem & commodū ex suo delicto, & sic merito repellendus est, ne ex suo crimine præmium ferat.l.itaque.ff. de furtis.l. si remunerandi.§.Maurus.ff.manda.l. verum.§. tempus.ff. pro socio.l.1.&.l.nec ex dolo.ff.de dolo.l.2.ff.de eo per quem factum erit.& ibi glo.l.siue hæreditaria.ff.de negot.gest.l.relegatorum.§.fina. ff.de interdi.& relega.l.si ab hostibus.§.1. ff.solu. matr.l.fi.ad fin.C.de rebus credi.l. pen. C.de lega. l. dubium.C.de repud.l.ita demū.C.de arbi.l.2.C. qui mili.non possunt.lib.12.c.sedes.&.c. ex tenore.de rescr.c.pastoralis.§.fina.de offi.delega.c. ex literis.de dolo& contuma.c.ad nostram.de emp. & vend.c.statuimus.de offi.delega.lib.6.c. dictū. 30.q.1.& ibi notat glos. Hinc euenire solet, quod quamuis excommunicatus inhabilitetur ad commoda, non tamen exoneratur ab onere, & sic conuenitur in iudicio.c.intelleximus. de iudic. Item sub pœna peccati mortalis tenetur recitare horas Canonicas tāquam particularis, & in secreto.glo. in.c.2.de cleri.excom.minist r.& gloss.in.c. presbyterum.in gloss.vlti.28.dist.Deci.in. d. c. intelleximus.colum.2.num.5.rursus in cap.cum inter priorem.numer.1.de exceptio.Ioan. Montagnus de Bigamia.quæstio.25.Hierony.Gigas.de pensio.quæst.64.Antoni.3.part.titu.24.cap.79. col. 2. Angel.in sum.verb.degradatio.§. 4. & in verb. hora.§.5.Syluest.eodem verb.qō.3.& in verb.degradatio.q.3.dixi in capit.1.§.quisquis igitur. cō clus.2.de sent.excom.lib.6.& ibi egi de quæstione, Vtrum excommunicatus faciat fructus beneficij suos durante censura. Nec agere poterit pro iniuria sibi illata tempore excommunicationis, hac exceptione excommunicationis illum impediente.glos.in.c.omnibus.4.q.6.in.gl.1.c.omnes illi sunt ab accusatione.6.qō.1.Ioann. Saynson in consuet.Turonensibus.fol.328.ar.18.versi. Sexta conclusio.tit. *Des amendes*.Panor.in. c. dilecti. de maio.& obedient.

Nec prætextu instrumenti guarentigij excommunicationis exceptione obstante.ex cap.pia. & gloss.verb.communibus.de excep.lib. 6. quippe cum agatur in iudicio de viribus instrumenti, & in vtilitatem excommunicati, ergo per prędicta repellendus erit. Exceptio enim excommunicationis poterit opponi contra personam agentem, licet non possit opponi contra instrumentum, Bart.in.l.1.§.& parui refert.num.6.ff.quod vi aut clam.Barb.in rubr.de exceptioni.colum. 6.versi. Sexto

Sexto poterit opponi. Quod norãdum censeo ad l. 4. tit. isto infra. Vtrum autem excommunicatus possit obijcere exceptionem compensationis ad vtranque partem, tradit Tindar. in tract. De compensationi. artic. 7. num. 24. *Deci. in cap. cum inter.* numero. 27. de exceptioni. Iam sum memor me supra in isto articulo duas communes contrarias opiniones deduxisse. Alia plura, quæ pertinent ad hanc excommunicationis materiam dixi in. c. post cessionem. de probat. & in ca. Pia. de exceptio. lib. 6.

Vnum tamen notandum est, quod ista exceptio excommunicationis repellit excõmunicatum expressim denũtiatũ publice, nõ alias. extrauag. Ad vitanda scandala. sub titulo. De excom. non vitandis. in pragm. sanctio. Gallica. l. 176. in legibus styli. Couar. in rep. cap. alma mater. 2. par. §. 2. nu. 3. de sent. excom. lib. 6. Et de tali excommunicato denuntiato est intelligenda. l. vni. tit. 5. lib. 8. infra. Et dictam extrauag. citat Philipp. Deci. in ca. à nobis. nu. 4. de exceptio. Nauar. in. c. 1. §. laboret. nu. 22. de pœniten. distinct. 6.

Item exceptio procuratoris est dilatoria; nec iudicium redditur nullũ ex eo, quod iudiciũ fuerit factum cum milite, seu muliere, ea exceptione nõ opposita ante litẽ contestatam. Bal. in. l. si militem. C. de condi. ob causam. Paul. de Cast. singulariter declarat cons. 276. col. 2. lib. 1.

Præiudiciales sunt, quæ solent opponi aduersus actorẽ, dicẽdo eum esse illegitimũ, vel seruum vel huiusmodi ad repellẽdum ab actione proposita. Quemadmodũ præter alios docet nihil allegando Zasi. in rubri. de exceptio. ff. col. fin. nu. 6. Bal. in. l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss. Iaso in. §. præiudiciales. numero. 17. Insti. de actioni. Alexandri. in cap. quiescamus. col. 2. numer. 5. distinctio. 42. l. 10. tit. 3. part. 3. & l. 236. styli. Quot autem *modis* exceptio dicenda *sit præiudicialis*, explicat Ioan. Calderi. in repet. cap. 1. colum. 10. versic. Tertio cum supra dictum sit, quod quædã quæstiones etiam incidentes sint præiudiciales, quæro quæ sint præiudiciales, de ordi. cogni. Anchar. omnino videndus in capit. tuam. colum. 2. nu. 9. Et ibi Ægidius Bella. q. 3. nu. 10. & idẽ Bellame. in. c. 1. nu. 10. tit. iam citato. De ordi. cogni.

Peremptoria exceptio est illa, quæ perimit vires actionis propositæ, & respicit totum actum. l. 3. ff. de exceptio. Specul. de exceptio. §. exceptionum. igitur. num. 1. §. appellantur. versic. Perpetuæ. Insti. de exceptio. Martin. de Fano in tract. de exceptio. impedientibus litis ingressum. ad fin. Zasi. in. l. exceptio. §. fina. colum. 1. ff. de exceptio. l. 8. & l. 11. titulo. 3. partita. 3. l. 236. Styli. & l. prima. cum suis. §§. titulo. 38. libro. 3. ordina. Lusitaniæ. & habetur libro. 8. fororum Aragoniæ. de exceptio. constitutio. Cum in omnibus fere petitionibus.

Aduertendum tamen est, quod exceptionũ peremptoriarum aliquæ nec cum negotio, nec cum actioné cõueniunt, veluti sunt omnes, qui negant directo ius actori competere, vel veluti contractũ non esse factum, vel factum, tamen contra legem, nempe sine licentia mariti. iuxta. l. 55. Tauri. patris, vel curatoris, quando res fuit vendita ad creditum, vt Philippus Hispaniarum rex nouissime statuit. petitio. 78. In curijs Pinciæ anni. 1555. Aliquæ vero negotium non negant, sed cum priuatio habitum præbuisse demonstret, ad eam elidendam tendunt, veluti doli mali, quod metus causa, pacti conuenti perpetui, & similium. vt optime docet Ludouicus Gattus in rep. l. quinque pedum. nu. 22. C. fini. regund.

Peremptoriæ autem exceptiones possunt opponi vsque ad diffinitiuam sententiam. l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss. glos. fi. in. c. cum Ioannes. de fide instrum. Paul. de Castro cõs. 70. col. 1. nu. 3. lib. 1. Zasi. in. d. l. exceptio. §. fi. col. 1. nu. 4. de excep. Robert. Maran. in speculo aduocato. part. 6. §. nonum membrũ. nu. 16. pagi. 418. §. appellantur. de excepti. & ibi latè gloss. 1. quæ magistra est in hac materia. l. 2. §. solemus. ff. de excep.

Fallit tamen in milite, qui ignorantia iuris ductus, nõ allegauit peremptoriam exceptionem intra terminum à iure institutum. l. 1. C. de iuris & facti ignor. Si tamẽ certus de ea, de facto, & de iure omisisset allegare, postea non esset audiendus ex prædicto tex. in. l. 1. ibi, ignorantia iuris. Censent Bald. colum. 3. num. 7. Paul. de Cast. colum. 2. num. 3. & Ias. colum. 2. num. 5. subijciens practicã huius dicti.

Fallit secundo, si post sententiam. vel terminum assignatum à iure, vel ab homine, de nouo superuenerint ad notitiam litigantis, nam cum iuramento ipsius partis, etiam lapso termino, admittenda erit. capit. pastoralis. de exceptió. Ad idem est lex. 8. in ordinationibus de Madrid. Gregor. Lopez in. l. 8. verb. *dar plazo*. titul. 3. partit. 3. Mõtalu. in repertorio harum legum. verb. exceptio peremptoria. folio. 41. columna. 3. cum. 2. sequentibus. nonnulla in declarationem huius legis affert. In regno Lusitaniæ idem dispositum est. l. 1. titu. 38. libr. 3. ordinam. Portugalliæ.

Anomalæ exceptiones dictæ sunt ex eo, quod possunt opponi in quacunque parte iudicij, vt exceptio excommunicationis, quæ obijcitur ante & post litem contestatam. cap. exceptionem. de exceptio, capit. Pia. eo. titul. libro. 6. Clementi. vni. vbi Buba. est. videndus isto titulo. Semel autem excommunicatus, & hodie præsumitur du-

tur durare in excõmunicatione, nisi probet titulũ absolutionis.g.in.c. proposuit.de cle. excom. ministr.vbi Panor.& alij. text. ca. sicut nobis. vbi idem Panormita.de senten.excom. Felin.in. cap. scribam.numer.3.de præsumptio. Petrus de Anchar.consil.64.Rota inantiquis decisio.238.Specula.de exceptio. §. nunc dicendum. numero.19. Quod est notandum. Nam eo ipso, quod reus allegauerit excommunicationem, ac denuntiationem factam de actore à suo prælato iuxta formam decreti. Ad vitandum scandala. in. Pram. sanctione Gallicana sub titul. De excom.non vitand.&.l.1.tit.5.lib.8.infra.vbi dicit, *que qual quiera persona que estuuiere descomulgada por denunciaciõ de los perlados de la sancta yglesia.*& ibi dicetur, erit fundata sua intentio super excõmunicatione. Et ista exceptio cum tractetur de iure publico, a quo cũque potest opponi. Card.in.dict.cap.exceptioni.quæst.6.de exceptioni. Philipp. Deci.in cap. intelleximus.nu.9.de iudic.rursus in cap.cum parati.colum.1.num.2.de appellat. Ratio potest ea esse, quia vbicunque iudex ex officio potest supplere, vt in hac specie probatur in capit. 1. ad fin. de exceptio.libro.6.ita tertium, cui non interest, admittere potest.text.notandus secundum Imol. & Deci.in dict.c.cum parati.de appellatio. Quid autem de exceptione nõ numeratæ pecuniæ quãdo posit opponi, infra.l.4.dicemus.

Quæro, Vtrum iure speciali, nempe per in integrum restitutionis remedium transcurso termino ad opponendas exceptiones præiudiciales, & peremptorias aliquis eo casu, quo tali iure sibi cõpetenti vult vti, sit admittendus. Respondeo admittendum esse.ex sententia glos.in.l. postquam liti.verb.nulla ratio. C. de pact.dicens communi iure, secus speciali, vt in minore. Quam ibi notat Ias.colum.fin.num.17.Philipp. Deci.nu.30.Ludoui.Gozadi. colum.fin.num.16.Francisc. Curti.num.fin.& Signorol.de Homodeis.col.5.num.19.versi. Vndecimo opponitur, dicitur quod nulla iuris. Omnes enim communiter illam glo.adnotant, & ex pluribus concordantijs exornatam reliquit Pinellus in repetitione.l.2.parte.3.cap.1 n.15.C.de rescin.vend.dicens opinioné ipsius receptã esse.q dispositio exclusoria, seu prohibitoria per signũ vniuersale negatiuũ nõ excludit ius speciale. Ad idẽ est gl.in.l. Decurionibus.in. gl. 1.C. de silentia.lib.12.quam præter alios notat Felin. in cap.1.colum.7.num.10.de resc.& in cap.sicut. colum.1.de hæreti. vbi habetur, quod si Princeps concedit alicui immunitatem specialiter, postea lege generali imponit onera.absque eo quod specialiter de illo priuilegio faciat mẽtionem, noncẽsetur illud derogasse. Idem notat Paul. de Castr. citans.d.gl.in.l.Decurionibus.in cõsi.146. Super primo quæsito dicẽdũ dicta statuta. lib.1. colũ.1. num.1.Ludoui.Roman.consil. 436. Quod indultum Petri.colum.3.versi. Tertia principalis ratio fundatur. Deci.in.l.in toto.colum.3.n.8.ff. de regul.iur.Ias.in.l.1.num.80. C. de summa trinitate. & in.l.cum antiquis.colum.2.num.6.C. de inoffi. testamen.& rursus in.l. quod Principi. colum.3. num.16.ff.de const.princip.glos.est notabi. in.c. vni.verb.cõsuetudine.de Capell. monacho. vers. Et nota quod consuetudo reuocat statuta, sed nõ priuilegia. Ergo lege nostra non est dicendum priuilegia concessa minoribus censeri reuocata, sed quod termino viginti dierum elapso posit petere restitutionem aduersus lapsum temporis, omissamq; allegationem prædictarum exceptionum.

Quid autẽ sit dicendũ in exceptionibus, quæ suapte natura insunt actioni, vt in pactis in continenti appositis, vel in his, quæ tacite intelliguntur, & insunt ex natura contractus, Vtrum lapso termino viginti dierum post litem contestatam, vt hic habetur, posit posteà opponi? Respondendum est posse. secundum Rode. Suarez in terminis huius legis in rep.l.post rem. indicatam. §. sed pro euidentia.num.40.fol.154.colum.3. ff. de re iudicat. reputans menti tenendum, quia habet pondus in praxi.ibiq; plura in hoc adducit. text. in.l.si pater.ibi.æstimabit an pretium. C. de actio.emp.

Vtrum autem terminus ad opponendas exceptiones præiudiciales abbreuiari posit à iudice? Videtur quod non, cum sit terminus iste viginti dierum beneficium legis, seu Principis, & sic ab inferiori non poterit tolli. cap. indultum. de regul. iur.libro.6. Tradit Bart.in.l.2. ff. de re iudic. Resolutius dixit in.l.1.verb. *La ley*.titul.4. supra eo. libro.3.

Sexto inquirere oportet principaliter. Exceptiones quo iure fuerint inuentæ, naturali ne, diuino, an humano? Videtur quod à naturali, quippe cum omne animal appetat instinctu naturæ suijpsius defensionem, maximè homo, qui animal est rationale, ratioq; minime permittat, quod indebite, ac sine defensione molestetur, & sic illi vim vi repellere liceat.c.si vero.1.de sent.excommu.l. vt vim.ff.de iusti.& iure. Si igitur defensionẽ contineat, ius naturale continet.l.si quidẽ.&.l.defensiones.C.de exceptio.cap.cum inter.eod.titu. Io. Corasi.lib.2.miscellanearum iuris ciuilis.cap. 16. num. 11. quo in loco tantisper hoc declarat. si est defensio iuris, erit naturalis, ac tolli non poterit. § sed naturalia. Insti.de iure natural. gent.& ciuil. Clemen.Pastoralis.§.cæterum.de sent.& re iudicat. Quod suadetur ex Cicerone, dicente. Omniũ animantium à natura indultum est, corpus vitamque tueri.cap.olim.de resti.spoli.l.1.C.vnde vi.l. defen-

defensionis facultas, C. de iur. fisc. lib. 10. Quatenus enim consideratur exceptio ad effectum, ne quis indebite, & sine culpa damnetur, cum absolute contineat defensionem, non est dubium, quod contineat ius naturale, ac proinde statutum, seu lex prohibens defensionem, non valeret. Bald. in l. edita. nu. 115. C. de edend. col. pe. Anani. in ca. si aduersus. col. fin. num. 13. de hæreti. Philipp. Deci. in cap. ex parte. 2. colum. 6. versi. Decimotertio fallit. de offi. delega. Roman. in repe. rubri. ff. de arbit. colum. 13. nume. 54. versic. Sed an vigore dicti arbitrij. Francischinus Curti. in repe. l. omnes populi. num. 9. ff. de iusti. & iure. citat Felin. late pro sequentem in cap. cum olim. pen. colum. de re iudica. & in cap. dilecti. colum. 4. de exceptio. & in cap. qualiter & quãdo. §. debet. de accusatio. Hormanoctius Derus in rep. l. 4. §. Cato. num. 471. ff. de verbo. obliga. Antoni. Rubeus in rep. l. pen. §. ad crimẽ. nu. 199. ff. de public. iudi. Iacobus Boulenc. in. rep. l. capitalium. §. famosos. num. 24. ff. de pœnis.

Sunt alij, qui exceptionem à iure gentium originem sumpsisse firment, nempe Bald. nouellus. num. 22. & Lancelo. Galiaul. nume. 209. versi. Et hac ratione. in rubri. ff. de verb. oblig. Quotuplex autem sit ius gentium, præter alios bene declarat Claudius Cantiũcula in rub. Insti. de iure naturali genti. & ciui. Nicolaus Bellonus in princi. post rubricæ lectionem Insti. de testamen. vbi tractat. quo iure fuit inuentum testamentũ. Fernan. Menchacensis in. 1. parte de successionum creatione, §. quo ad quartum. vbi ponit duas communes in hoc contrarias, quas & nos iam antea annotauimus in declaratione. l. 1. titul. 2. lib. 5. infra fata tamen non permiserunt ad debitum finem perducere, & sic ex iam cusis, seu impressis plura ex nostra industria, tacito authore, apud nouissimos scripta & decerpta comperimus. Ius gentium igitur secundum prædictos duplex est, nempe primæuum, quod naturale dicimus. §. singulorum. Insti. de re. diui. quod simul cum ipso genere humano rerum natura prodidit. vt expressum est in dict. §. singulorum. Secundarium est, quod non simul cum genere humano proditum fuit, sed longe postea humanis necessitatibus exigentibus a gentibus plerisque, præsertim earum, quæ moribus, legibusque vtuntur, non simul, sed varijs temporibus fuit inuẽtum. Ex quo iure descẽdunt bella, captiuitates, & similia, de quibus in. l. ex. hoc iure. et in. l. manumissionis. ff. de iusti. et iur. Et per Fortuni. in. l. 1. §. ius naturale. numer. 33. cum. seq. ff. de iusti. et iu. Sic ergo defensio est iuris naturæ ac istius iuris gentium, quod primæuum nostri dicunt.

Tamen vnicum esse ius naturale, et vnicum ius gentium, probat Corasi. libro. 6. iuris miscella. capit. 25. contra communem.

His etiam conducere videntur, qui eam esse à iure diuino existimant fuisse, prout Antoni. de Butri. in rub. de exceptio. refert. Præposit. Alexand. in princ. Decreti. colum. 4. num. 7. & alij, de quibus ibi per eũ. Barba. in rub. de exceptio. in libro Clementinarum. vers. Quo ad secundum. num. 3. cum fuerit inuenta in Paradiso terrestri, vt habetur in sacris Gen. 3. quando Adam respondit Domino roganti. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Dixit rursus Deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens decepit me, & comedi. Sic igitur patres primi excipiebant ad sui defensionẽ, vt vides, igitur fuit iuris diuini, ne quis indefensus puniatur. d. Cle. Pastoralis. de re iudicat. Facit illud. Deus, & natura nihil frustra crearunt. sed à natura insita est hæc defensio, quæ fit excipiendo, ergo & à iure diuino. Facit tex. in. c. humanũ genus. dist. 1. dum dicit, Ius naturale est, quod in lege, vel euangelio continetur. c. sana. §. cum ergo. dist. 9.

Alij probant à iure Ciuili, & non à naturali inuentam esse, aliquot rationibus, quarum prima est. Certum est enim, quod Imperator. Iustinianus in princ. Insti. de perpetu. & temp. actio. dixit se tractare velle de his actionibus, quæ ex lege, vel sacris constitutionibus proficiscuntur. Sed posteà in sequenti titulo tractat de exceptionibus, quæ largo modo sunt actiones. l. 1. ff. isto titu. Ergo exceptio ex iure ciuili sumpsit originem.

Cui argumento secundo astipulatur text. in princip. Insti. de exceptio. ibi. compertæ sunt. id est, inuentæ. secundum glo. expositionem. ergo à iure ciuili institutæ, & inuentæ: quia si de iure naturali essent, opus non esset vti illo verbo, compertæ.

Præterea comprobatur tertio. Ius naturale est inimutabile à iure humano, cum ei prædominetur. Clem. Pastoralis. §. Cæterum. de reiudica. Et Insti de legit. agna. tutel. §. fi. et. §. fi. Insti. de iure natu. gen. et ciui. Ideoq; nõ valet statutũ tollens defensionem bannito. Bal. in. l. vt vim. colum. 2. num. 3. ff. de iusti. et iur. cum his, quæ paulo ante à nobis dicta sunt. Sed exceptiones tolli possunt à statuto, seu à principe. Bart. in. l. 1. §. et parui refert. ff. quod vi aut clam. bonus text. in. c. ex parte. 2. de officio delegat. ergo exceptio non est defensio, et sic non est inducta à iure naturali. Facit notandus text. in. l. fina. ibi. à iudicio prohibeatur. ff. de decretis ab ordine faciend.

Rursus comprobanda est quarto loco ista opinio, quæ Bartoli est in. l. ex hoc iure numer. 19. ff. de iusti. et iure. tali ratione. Causatum, et deriuatum ab aliqua causa non est prius, nec

dignius sua causa, cap. 1. de fide instrumento. l. in testamēto. 1. ff. de cond. & demōst. qui primitiua inficit, deriuata vituperat, quemadmodum post Philosophum docet Bald. in l. fi. C. de verb. signi, sed actio, à qua deriuatur exceptio, est inuentum, & institutū iuris ciuilis. §. nun autē omnes. Insti. de perpetuis & tēporali. actio. tex. in l. in commo dato. §. sicut autem. ibi. actiones ciuiles. ff. commo da. §. omnium. ibi. proditæ actiones. & in §. æquè si agat. ibi, inuicem quoq; proditæ sunt actiones. Rursus & expressius in. §. sed istæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & si quæ sunt similes, ex legitimis, & ciuilibus causis descedunt, & ibi, quippe ita proditæ sunt iure ciuili actiones. §. de cōstituta. ibi, iure ciuili tenetur. & §. Itē si quis postulante. ibi, iustissimè accōmodat ei talem actionem. & §. pœnales quoque actiones Prætor pœnæ multas ex sua iurisdictione introduxit Insti. de actioni. Paul. de Cast. in l. cum hæredes. in principio. ff. de acq. possef. Ias. in l. ex hoc iure colum. 9. num. 49. ff. de iusti. & iur. Ergo & exceptio est prodita à iure ciuili, ne filia sit prius quàm mater, ac ius ciuile prius quā naturale, quod absurdum necesse esset fateri, si vera esset opinio, quòd exceptio esset prius, quam ipsa actio, ac proinde esset negandum actiones à iure ciuili inuētas, cùm sit causa prima exceptionū, & sit exclusiua actionis ipsa exceptio. l. 2. ff. de exceptio. Sed hoc est falsum, cùm actiones sint inuentum iuris positiui, ac ius naturale sit prius, ergo exceptiones sunt iuris ciuilis, per præmissa, cum Bart. contra Panor. in rubri. de exceptio.

Quid igitur dicendum? Resolutiuè pro concordia opinionum breuiter respōderi oportet, quòd exceptio cōsiderata quatenus continet defensionem, ne quis illicitè, ac indefensus condemnetur, est iuris naturalis, pariterq; diuini & sic quo ad originem: quantum autem ad formam, nomen, ac destinationē temporis, quo debent opponi, sunt iuris humani. Panormi. & Deci. in rubri. de exceptio. Bartholo. Socin. in. rubri. ff. eod. & Angel. Areti. Insti. eodem rubro. col. 5. vers. Veniam ad secundum.

Vel respondendum erit cum Bald. in. l. ex hoc iure. colum. fi. vers. Octauò quæritur. ff. de iusti. & iure, quærendo. an actiones sint de iure gentium. Quam opinionem, nempe quod sint, veriorē firmat Corasi. lib. 2. cap. 19. num. 9. miscellanearum iuris. cum & eo iure iudicia viguerint, vnde & actiones esse oportuit, pariterque & exceptiones. Ideoque re proposita cum Bal. dicas. Aut egrediuntur de potentia & materia iuris gentium, vt ex contractibus iuregentium, & sunt de iuregentium casualiter, non formaliter, nec interpretatiuè quia modus proponendi eas, est de iure ciuili. Aut habent materiam & formam à iure Ciuili, vt tutelæ, stipulationes, vel huiusmodi, & tunc sunt præcisè de iure ciuili. quia cum omne causatum sit posterius suo efficiente, necesse est, vt si causa habet formam à iure ciuili, vel materiam & formam in totum causatum dicatur esse de iure ciuili. l. manumissiones. & l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. Eandem sententiam fuit sequutus Barba. in rubri. de exceptionibus. in Clementinis. num. 3. Et sic sunt concordandæ opiniones dicentium esse de iure naturali. seu gentium, aut diuinum. vt Panormi. in dict. rub. de exceptio. & tetigit Hermanotus Detus in l. 4. §. Cato. num. 471. ff. de verb. obligat.

Hinc est, quod exceptiones dilatoriæ debent proponi ante litem contestatam. c. pastoralis. de exceptio. glo. in c. quoniā contra. verb. exceptiones. deprobat. pereptoriæ. & præiudiciales post litem contestatam intra vinginti dies, & nō post, vt in præsenti lege sancitū existit. Tum, quia non tollit ius defendendi, sed declarat, quo tempore proponi debeat, & sic absolutè nō tollitur defensio. Angel. in l. si sic. ff. de leg. 1. Alexan. in. l. cum mulier. colum. 3. num. 13. ff. solut. matrimō. singulariter. Nellus in tract. bannitorum. 2. part. 2. temporis. q. 2. num. 1. Et quatenus dicunt ex causa tolli posse ius naturale, seu diuinum, melius dicerent distinguere, & interpretari, quod Principibus cōcessum esse tradit Alberi. lib. 1. statuto. q. 8. num. 5 communis secundum Crott. in rep. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. nume. 62. versi. Quarta conclusio. & nos dicemus in secundo tomo harū consti. Regiarum in. l. titu. 2. lib. 5. infrà. Etiam confirmatur ex Couar. in epitome. 4. decret. 2. part. c. 6, §. 9. nu. 4. Pinel. in. l. 2. part. 1. num. 6. C. de rescin. vendi.

Nec etiā concedere oportet, Principem absque causa legitima, quæ requiritur in contractibus iuris gentium, posse disponere in his, qui sunt formati à iure ciuili. quia in illis inest eadem æquitas ne leuiter subuertantur à Principibus, neue præiudicium inferatur subditis aduersus quamplurium interpretum traditiones, prout primas in hac distinctione habuit gloss. verb. generali. l. fin. C. si cōtra ius vel vti. publi. probās, quod facilius Princeps abrogare potest quæ sunt iuris ciuilis, quā ea, quæ sunt iuris naturalis. vel gentiū. Paul. de Cast. in l. cū hęredis. in prin. ff. de acqui. possessio. & in l. testamenti. colum. 2. num. 4. ff. de testamen. Angel. in l. Lucius. col. 1. de euictio. Bald. & Corne. in l. si testamentum. C. de testam. Iaso in. l. ex hoc iure. colum. 9. numer. 49. de iusti. & iure. & in dict. l. si testamentum. num. 4. & plures quos citat Andræ. ab Exea lib. pactorum. pagin. 67. versi. Nec obstat quod quando Princeps. nu. 147. &

147.& Pinel.in rep.l.2.part.1.versic.insertur.20 nume.31.C.de resc.vendi. Et vltra per eos allata vtitur prædicta distinctione Paul. Orian. in repe.l.1.num.135 versic.Circa vero secundam quæstionem.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdict.refert Zasi.in.l.princeps.colum.3.num.11.ff.de legibus.Philipp.Corn.cons.312.In hac conclusione videtur prima facie.colum.2.num.10.lib.1. & cōmuniter concludunt doctores secundum Paul. Parisi.con.101.Bona de quibus in præsenti.colū.8.num.69.lib.1.Curti.cons.1.colū.7.nume.20.& consi.108.colum.3.num.7.& cons.157.num. 17. versic.Confirmatur præmissa.Ioan.Imol. consil. 146.colum.1.versic.Et aduertendū.Curti. Senior cons.20.nu.6. vers. Quoniam ex causa princeps. Sed cōtra istā communē traditionem vltra Zasi. in.d.l.princeps,omnino est videndus pulchra cōgerens Reipublicæ maxime necessaria acutissimi ingenij vir doctor Arias Pinel.in.rep.l.2. part.1. cap.2.num.1.vsque ad.29.C.de rescinden. vendi. cuius dicta non licet nobis trāscribere,nec album calculum atramento denigrare, repetito sermone,quod alienum à nobis semper fuit.Imo sit conclusio firma, principem non posse auferre ab aliquo rem suam, siue acquisitio processerit à iure gentium,siue à iure ciuili,absque legitima,& iusta causa.

Comprobatur,nā siue res mea sit ex titulo iuris gentium,siue ex iure ciuili,vtrobique concurrit iustitia,cū mea sit tam ex lege diuina Decalogi,quā ex æquitate naturali,ne quis suis priuetur sine iusta causa.iuxta illud,Ne concupiscas rē proximi tui. Et alibi. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Si ergo in acquisitis ex causis ciuilibus inest ratio naturalis,ne quis indebite re illa priuetur,consequens erit,quod causa non præexistente, quis non est priuandus, cum ei iam fuerit ius quæsitum.l.id quod nostrum.ff.de regu.iur.vrget regula text. in. l. si donationem rite fecisti etiam prætextu rescripti Principis reuocari nō potest. C.de reuo.dona.l.perfecta.C.de donatio.quę sub modo.c.licet.ln.prin.de vot. Paul.in.l.digna vox nume.6.C.de legib.Bart.per tex.ibi.in.l.fi.C.de locatio.prædio.fiscali.Bal.&ibi tex.in.ca.1.ante num.1.de natur.feud.l.in cōmodato.§. sicut. ibi, adiuuari quippe nos, non decipi beneficio oportet.ff.commod.& reg.Decet beneficium Principis esse mansurum.de regul.iur.lib.6. ergo nō est dare titulum, in quo non versetur æquitas iuris naturalis,ac proinde versetur iniquitas in reuocatione absque causa. Contra præmissam distinctionem doctorum ideo sine iusta causa princeps exceptionem præscriptionis alicui auferre non poterit.Nam quamuis præscriptio sit iuris ciuilis inuentū.vt in.§.1.Insti.de vsucapio. gl.in.l.1 ff.de acq.re.domi.§.singulorū.Insti. de re.diui.tamē acquisitio per lapsum tēporis est materiatū in ductum à iure gentium, ac talis acquisitio continet consensum Principis & promissionem, quod elapsō tempore præfixo à iure,sit sua,ergo nō poterit reuocari,iusta causa minime existente. Rebuff.in cōsti.Galliæ.2.parte tractat. de restitutionibus.gl.4.in initio ipsius. Pinel.in. dict. rep.l.2. part.1.cap.2.nume.5.Et ex eo colliges cōtra plurium doctorū doctrinas,quæ hic merito inserenda forent,nisi ibi nouissime,& optime scripta, & reassumpta ex diuersis locis essent.

Dubitatur septimo, Vtrum excipiēs censeatur fateri contenta in actione, seu petitione deducta in iudicio? Respondendum est, quod non, ex eo, quod obijciens exceptionem simpliciter, vel sub conditione intendit tantum repellere aduersariū, & nō fateri proposita contra eum, & sic actus nō debet operari vltra intentum agentis, seu se defendentis, à cuius animo debet omnis dispositio regulari,& exponi.l.nō omnis.ff.si cert.pet.nec inducta ad negandum debent operari contrariū effectum: nam non iuuaretur remedio excipiendi dato reo, sed potius deciperetur contra omne iuris sancitū.Probatur præterea ex text.in.l.non vtique.ff.de exceptio.text.& glo.in.c. cum venerabilis.vbi Deci.num.19.& Felin.num.12.fatentur hanc sententiam communē.de exceptio. Bal. in.l.exceptionem.C.de excep.Paul.Castrēs. in.l. emptor.C.de præscriptio.decem, vel viginti anno.& in.l.decem,num.3.& ibi Areti.ff.de verbo. obligat.Alexand.cons.159.numer.2.libr. 6.Paul Parisius cons.1.nume.70.lib.4. cons. 125. nume. 18.lib.1.Et communem dicit.D.Couar.libr.1. variarū resolutionum.c.2.nu.3. faciunt quæ scribit Alexand.cons.173.nu.18.lib.6.

Dubitatur octauo, Vtrum exceptiones pacto tolli possint? Videtur quod nō,cum sit defensio, ac quis seipsum non possit ex suo consensu damnare.gl.in.l.pactum.ff.de pact.vbi dicitur inualidum esse pactum, quo accusatus de crimine renūtiaret suis defensionibus. singul.secundū Ias.in.l. iubemus.colum.2.nu.7.C.de iudi.Corset.in singul.verb.defensio.& Paris de Puteo.in tract.Syndicatus.fol.paruæ impressionis.83.§.an potestas. num.9.Hippoly.plura referēs.in.l.1.§.fi.n.90.cū seq.ff.de quæstio.& in.l.vnius.§.cogniturū. nu. 71.ff eo.& in pacti.causa crimi.§.vltima.num.23. Mōtal.in.l.7.titu.11.lib.1.for.leg.litera.C.col.4. & est ab omnibus approbata. D. Couar.in Epitome.4.Decret.2.par.c.8.§.12.num.15.vbi alios eam laudantes refert,quos non licet transcribere l.liber homo.ff.ad.l.Aquil.cap.cōtingit.1.de sen. excom.vbi in criminalibus quis cōsentire non potest vt puniatur.l.nō tātum. ff. de appellatio. qui

text. est memoriæ perpetuo commendandus. Ergo & in casu nostro, maxime cum intersit Reipublicæ, ne quis re sua male vtatur, & per renuntiationem iustæ exceptionis induceretur dissipatio suorũ. ergo erit illicita, tam in causis ciuilibus, quã in criminalibus per præmissa.

Secunda exceptio est iuris naturalis, quatenus continet defensionem, vt supra dixi quæst. 6. quæ nec lege, statuto, seu rescripto Principis tolli potest. Bald. in. l. ex hoc iure. column. fi. ff. de iusti. & iure. Bart. in. l. vt vim. eo. tit. Anchar. & Panor. in cap. ex parte. de offi. deleg. Hormanoctius Deius in. l. 4. §. Cato. num. 471. ff. de verbo. obligationi. Ergo à fortiori ratione fieri nõ poterit per pactũ inter priuatas personas.

In contrarium plura suadent, quod quis possit suis exceptionibus renuntiare in suum tantũ præiudicium. c. quã sit periculosum. 7. q. 1. vbi Esau renuntiauit ius primogenituræ, & valuit perpetuo talis renunciatio. Similiter dicendum est in exceptionibus inductis à iure, quæ impropriè defensiones dici solent, Item ius non cõtribuendi cõsequutum ab aliquo expresse, & tacite, poterit remittere ipse impetrans. l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appelland. sit. vbi est casus in terminis, & communiter ignoratur secũdum Angel. de Perus. ibi, & Iaso. in. l. falso. colum. 1. num. 3. C. de diuers. rescript. Quod sequitur Antoni. Rube. optime intelligendo in repe. l. nõ solum. §. morte. numer. 261. vers. Primus casus est. ff. noui operis nuntiation. Alexand. cons. 101. col. 5. vers. Tertio principaliter. num. 10. lib. 1. vbi si quis à collectis sit immunis, & in libro collectarũ se describi patiatur, vulgo, *se dexare empadroear*, immunitatis priuilegium perdit, nisi appellet à tali grauamine intra decem dies. Quod etiã probatur. Nã nobilitas exceptionis ex factis cõtrarijs nobilibus amittitur. Aymõ Crauette late consi. 163. column. 1. cum seq. Tum etiam ex. l. 3. ff. de interdictis & relegatiquæ intelligẽdi sunt ex traditis à Tiraquell. de nobilitate. cap. 35. & cap. 37. nume. 13. & Otalora de nobilitate. 2. part. 3. partis. c. 9. vbi tractant, an talis renuntiatio patris præiudicet descẽdẽtibus, si voluerint vti iure perfecte acquisito nobilitatis ab auo, & in eo se fundare, nullum præiudicium eis inferri, respondendum erit per dict. l. 3. ff. de interdict. & relega. Cuius litera talis est. Eum qui ciuitatem amisit, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est, hæreditatem eius & libertos: & si quid aliud in hoc genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas, & hæreditates habituros. Non enim hoc fratres, sed maiores eis dedisse, ergo quo ad se non poterit se tueri cõtra collectores exceptione exemptionis extincta renũtiatione, vt præmissum est; nec nobilitatis, quem admodum probat Couar. Archiepiscopus meritissimus sancti Dominici apud Indos, qui optime disputat in rep. cap. quamuis pactum. in princi. 2. partis. num. 5. fol. 61. de pactis lib. 6. De cuius veritate alibi dicam. in l. 1. gl. 1. tit. 2. lib. 4. 1.

Postremo quod exceptiones renuntiari possint, passim in iure constat. Et tangit Signorolus de Homodeis in repet. l. postquam liti. nume. 37. C. de pact. vbi vide, nam ex his, quæ ibi tradit nu. 35. respondebis ad omnia, quæ in contrarium adduci possent. Confirmatur. Nam potest quis iuri sibi competenti renuntiare. l. siquis in cõscribendo. C. de pa. l. si quando. §. generaliter. C. de inoff. testam. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautioni. Item potest iure regio Castellæ renuntiari exceptioni nõ numeratæ pecuniæ in eódem contractu receptionis mutui. l. 9. tit. 1. part. 5. Couar. lib. 2. variarum. eam bene exponit. c. 4. §. Rursus & hæc secunda. nume. 3. ergo & alijs exceptionibus, siue dilatoriæ, siue præiudiciales sint, vel peremptoriæ sint, dummodo præiudicium nullum principaliter tertio proueniat, vt ex Signorolo vbi supra colligitur.

Quæro nono, Vtrũ exceptio excusionis tolli possit? Et videtur quod nõ: quia licet sit inuẽta à iure ciuili, tamẽ est fundata in iure naturali, seu in naturali æquitate, & sic à Principe tolli nequit. Pan. in. c. quæ in ecclesiarũ. n. 8. de consti. & in. c. per tuas. de arbi. colum. 10. Rip. in. l. quominus. ff. de fluminibus. colum. 4. num. 10. qui dicunt Principem non posse statuere cõtra ea, quæ sunt statuta à iure ciuili, fundata tamẽ in iure naturali. Laurenti. Calcan. consil. 80. colum. 3. post medi. & in excusione particulariter mentionem de prædictis faciendo ad hoc firmat Aymon Crauet. cõsil. 263. num. 4. lib. 2. vbi tenet hanc exceptionem discussionis opponi posse in vim dilatoriæ ante litẽ contestatam, et post litem cõtestatam in vim peremptoriæ. Et est communis opinio teste Bald. in consi. 150. Casus actualiter. colum. 1. numer. 1. lib. 2. Laurenti. Calcane. cons. 29. colum. 6. Guido Papa decisi. 432. colum. 3. vers. An hæc exceptio. num. 9. De excusione agit Bellon. consil. 34. nu. 3. nempe quod sit necessaria antequam procedatur aduersus tertios possessores. Quid autem si agatur remedio. l. fi. C. de acqui. poss. vtrum conuentus ante omnes debitores principales possit vti beneficio excusionis? Dic quod non, propter constitutum appositum in instrumento conuentionis, vt tenent Angel. et doct. in. d. l. fin. Corne. cõsi. 228. lib. 2. et cõsil. 85. in prin. lib. 4. Deci. in l. fi. ff. si cert. pet. Io. Ferrari. in prãct. in forma libelli. in

li. in actio. hypothecaria verb. ex mora. tradit Bellon. consi. 34. num. 5. & consi. 44. colū. fin. num. 8. vbi hoc intelligit procedere, quando tempore cōstituti constituens possidebat, nā qui vult vti constituti beneficio, hoc tenetur probare. Alex. consilio. 9. libro. 4. Decius consil. 301. colu. 3. tradunt doсto. in. l. quod meo. ff. de acquirend. possess.

Iesquier q̄ los demandados por si ouiere, q̄ las puedā poner fasta

Dubitatur decimo & finaliter. Vtrum promittens generaliter non excipere, talis promissio cōprehendat tam exceptiones peremptorias, quam dilatorias? Bart. tenet comprendi omnes, cum appellatione exceptionum, etiam dilatoriç proprie veniunt. gloss. in. c. quoniam contra falsam. verb. exceptiones. de probationi. Et hāc sentētiam cū Bart. dicit cōmunē Alciat. in. d. §. Cato. num. 189. Crott. nu. 121. Hormanoсtius Detus. nu. 469. & Ripa. num. 83. contra Iaso. ibi.

a ¶ *Fasta veynte dias*. Siue sint dies feriati, siue non, cum sit tempus continuum, & sic non erit audiendus eo tempore elapso, nisi in casibus hic subiectis. gloss. verb. continuum. in Clementi. vnica. de in integr. restitutio. regulariter enim omnes præscriptiones continent istud tempus, & non vtile, glo. in rubri. ff. de diuer. & temp. præscrip. Albert. in. l. siue pars. colum. 3. versi. Pro declaratione. num. 3. C. de dilat. sic dicit. Notandum est, quod omne tempus à lege inductum, cōtinuū est, nisi lege caueatur quod sit vtile. De tempore vtili satis dixi. de temno. in integ. restitu. l. supernacuam. & ibi in glo. ff. de diuers. & temp. præscr. l. 1. Et ideo annus ille de quo loquitur authenti. Gayaros. supra de hæret. & extra eo. titul. c. cum contumacia. lib. 6. continuus est, vt notatur in d. c. Per Archi. Et idem potest dici de anno, de quo loquitur authen. Cassa. supra de sac. san. eccle. & authen illa nulla communitas. de episco. & cleri. Et de istis dilationibus, quæ per iudices statuūtur vtrum sint vtiles, vel continuæ, vide quod notatur per Archidia. extra. de consuet. c. fi. lib. 6. Hactenus verba facit Alberi. Idem notat Panormit. in. c. quærenti. colum. 1. num. 3. de offi. delegat. & in. c. quoniam frequenter. in prin. col. 5. nume. 9. vt lite non cōtest. & in cap vltra tertiam. colum. 3. versi. Sed quæro quando incipiunt currere. nu. 6. de testi. in quibus locis reputat notabilem prædictam gloss. rub. ff. de diuers. & temp. præscrip. Hippolyt. in pract. causa. criminali. §. constante numero. 87. Hinc est, quod tempus datum ad præsentandum currit etiam diebus feriatis, cum sit cōtinuum. Io. And. Pan. & doctores in capit. 2. de concess. præbend. Roch. Curti. de iure patronatus verb. honorificum. q. 34. nu. 65. Paul. Citadin. de iure patrona. 3. artic. 6. partis. quæst. 24. num. 41. Idem asserit prædictam gloss. dict. rubri. singularizādo in vsucapionibus procedere Ioan. Montaigne. in tract. de parlamentis secunda. parte. §. Secundo facit stabilitas, seu constantia. numero. 9. De hoc tempore continuo, vel vtili quomodo currere incipiat, tradit Ioan. Fieman. in tract. de episcopis. lib. 1. de causa efficiēti. quæst. 6. nu. 6. pulchre, ac late Francisc. Balb. de præscriptioni. in. 1. part. quartæ principalis. quæst. 6. nu. 1. cum sequenti. vbi de præscriptionis tempore agit. Alex. in. l. cum qui. §. in popularibus. colum. 5. nume. 12. ff. de iure iurand. Anchar. in. c. quia diuersitatem. col. 3. nu. 15. de cōcessio. præbend. Deci. in. c. super eo. col. 4. versi. In glossa finali. num. 16. de appellationi. Bonifaci. in clem. 2. colum. 5. n. 54. de testib. Ægidius Bellamera in. c. anteriorum. col. 2. nu. 9. 2. q. 6. & in. c. suborta. col. 4. nu. 9 de re iudica. Barb. in. d. c. quærenti. col. 2. num. 8. versic. quia omne tempus impositum à lege. glo. in princ. Insti. de perpet. & tempo. actioni. in pri. verb. constitutionibus.

veynte dias a primeros siguiētes despues de la cōtestacion del

Post lapsum igitur istius temini peremptorij ad opponendas exceptiones perēptorias, & præiudiciales non erit amplius audiendus volens eas allegare, nam alias frustra esset terminus. 20. dierū ad illas proponendas hic designatus, si lapsus temporis nō excluderet. per glo. in. l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plusquam per legē falci. & l. 3. §. diuus. ff. de iure fisci. l. si legatario. §. si. ff. de fideicom. liberta. l. 4. §. vltimo. eo. titulo. l. à quo. in fin. ff. de damno infect. & quod notat Innocent. in capit. cum in tua. qui matrimo. accusa. possunt. Barto. in. l. Aristo. ff. de iure deli. Nam & quod certo tempore permittitur, postea tacite prohibetur. l. statu liberum. §. Stichum. ff. de legat. 2. l. 1. §. si mulier. ff. de libe. agnoscen. Paul. de Castro consil. 230. Circa primum. libro. 2. et consilio. 351. Prædicta reformatio. eo titul. Andræas, Tiraquellus. libro. 1. de retract. §. 3. glo. 4. nume. 2. Latissime per eundem libro. 2. §. 1. gloss. 2. nume. 43. cum sequenti. Et huiusmodi præfixio temporis ad opponendas exceptiones. et defensiones intra certum terminum, et non vltra statui posse, non est dubium, secundum magis communem opinionem, de qua pulchre agit Alexand. consilio. 225. Ponderatis his quæ in themate narrantur. colum. 2. nume. 8. libro. 6.

libro. 6. Et sic intelligit dict. capit. pastoralis de exceptio.

Est prætereà notandum, quod id, quod hac lege statutum est, nẽpe quod vltra tempus hic assignatum, & à pragma. 42. capit. 8. libro. Pragmat. amplius non possent proponi aliæ exceptiones, ꝙ etiam idem erat de iure communi, vt vltra terminum à iudice asignatum amplius non proponerentur. Bart. in. l. mãcipiorum. numero tertio columna secunda. ff. de optio. legat. Salicet. in authenti. at qui semel. columna prima, C. de probat. Cardi. & Imo. in clementi. Sæpe. de verb. significat. Panormi. & Felin. in capitul. cum dilectus. de fide instrum. col. 1.

pleyto y dende en adelãte no la puedan alegar ni poner [a]: saluo si por alguna razõ despues de nueuo le pertenesciere alguna de las partes, y si lo supieren despues nueuamente haziendo sobre ello juramento q̃ no lo sabiã en los veynte dias ni antes,

Declaratur tamen ista lex, quod amplius non possent opponi illæ exceptiones, transacto tempore, nisi essent exceptiones, quæ inessent actioni, nam tunc hæ exceptiones proponi bene possent, vt tenet Iaso in. §. actionum. colum. 19. num. 138. Insti. de actio. Rodericus Suarez in rep. l. post rem iudicatam. ff. de re iudicat. folio. 154. columna. 4. versicu. Ex supradicta doctrina Quod est notandum. Et habet pondus in practica secundum eum.

Secundo declaranda est locũ non habere, quando transacto isto termino, res esset integra, & nõ sequeretur præiudicium aduersario, & sic actori, & reus non fuisset negligens in opponendis exceptionibus infra terminum legis. Ita eleganter Salice in. l. ea quæ crimen. in. 1. declaratio. C. qui accusa. non possunt.

Tertio intellige, nisi exceptiones omissę essent notoriæ, tunc enim bene possunt proponi. Panormi. in cap. dudum. in. 1. de elect. num. 6. sensit Imol. in capi. licet causam. colũ. pen. de probatio. Felin. in dict. cap. cum dilectus. nume. 20. de fide instrum.

Præterea quarto loco hæc lex interpretãda est nisi reus transacto termino iurasset exceptiones illas, quas proponit, denuo occurrisse suæ notitię nam tunc optime proponi posse constat hic. & in c. pastoralis. de exceptio. Sed videtur obstare dicta prag. 42. c. 8. ex quo in ea oppositũ statuitur. Ideo dicendum est, dict. c. 8. loquutũ fuisse in casu, *de Chancilleria & Cõsejo Real*, quo loquitur, quibus audientijs quantuncũq; iuret prædictas exceptiones denuo sibi occurrisse, nõ potest opponere. Nostra vero lex procedat in alijs iudicijs Et ita practicatur.

Postremo loco &. 5. intelligenda erit ista lex. quod transacto isto termino, non possunt opponi prædictæ exceptiones per viam positionis, quo casu posteriori bene proponi possũt. Bald. singulariter in auth. Sed nouo. C. si certum petatur. dicens se multoties hoc practicasse. Suarez vbi suprafol. 157. colum. prima. §. sed pulchrum dubium est. numero. 3. Dixi ad vtranque partem supra in. l. prima. titul. 4. verb. *juramento de calumnia*. versiculo. Tertio dubitatur. vbi videas omnino.

Vtrum autem terminus datus hic ad opponendas exceptiones præiudiciales, ac peremptorias posśit extendi, vel restringi à iudice Vide, quę resolutiuè declaraui in verb. *Da la ley*. in allega. l. 1. tit. 4. isto. lib. 3. supra.

a ¶ *No la pueda alegar, ni poner*. Cõcor. l. 1. in princi. titul. 4. supra hoc libro. 3. l. 8. in ordin. de Madrid Regum Catholicorum. Fallit, nisi talis exceptio prouenirent ex defectu iurisdictionis, quæ quandocunque, etiam post tres sententias conformes opponi poterit. gloss. in Clementi. vnic. verb. nõ obstãte. de sequestratio. possesio. & fruct. quam ad hoc reputat singularem Hippolyt. Marsili. in practica caus. crimi. §. opportunè. numero. 28. Bartholom. Socinus. in tract. regularum cum fallentijs. regula. 121. incip. Exceptio nullitatis. fallentia. 1. Dixi in. l. 2. in glos. 1. tit. 6. lib. isto. 3. supra. Hippoly. consi. 71. nu. 37.

Fallit secundo, in exceptione prouenienti ex defectu mandati, vt tu non habes mandatum, nam ista exceptio reddit iudicium retro nullum. l. prima. in ordinatio. de Madrid. Et sic quandocunq; etiã termino lapso objici poterit. vt cõmuniter firmãt doctor. in capit. in nostra. de procurato. Thomas Grammatic. voto. 18. numer. 5. text. pro hac opinione est in. l. licet. C. de procur. & ibi Alexand. Ias. & reliqui. Alexand. in. l. ita demum. limita. 2. C. eod. Nicola. Bellon. consil. 26. num. 10.

His etiam adducitur tertia fallentia, nisi esset exceptio nullitatis notoria, quæ ex ipso processu euidenter colligi posset, nam etiam aduersus tres sententias conformes. vt in casu Clementi. vnic.

tina vnica.de ſenten.& re iudic.cum legibus. regni ſimilibus.poterit opponi,egregiè probat plures rationes adducendo Ludoui.Roma.in repet.l. ſi verò.§.de vico.fallent.32.n.163.ff. ſoluto matrimonio.Hippolyt.plura ad id adducens in repet. rubric.C.de probatio. nu. 172. Quibus non relatis,ſed tamen alijs pluribus pulchré, ac reſolutiuè tradit Doctor Couarru.libro.practicarum quæſt. cap.25.numer.2.dicens hanc communem opinionem eſſe.

Quartô fallit in exceptione excommunicationis,quæ etiam poſt concluſum in cauſa,& quandocunque obijci poteſt, dum tamen opponatur ſeruata forma.ca.pia.de exceptio.li.6.vt firmat Rota antiq.221.aliàs ſecundùm nouiorem impreſsionem.26.ſub tit.de ſenten.& re iudi. De ea latiùs diximus ſuprà in gloſſ.1.tx.formalis eſt in Clem. vni.hoc tit.idem probans.

Alia exceptio.quæ poteſt opponi poſt ſententiam,nempe maritalis exceptio ſuper competentia viuendi in iudicio reiecta, poſt ſententiam obijci poſſe contra glo.& communem in.l. Neſennius.ff.de re iudic,probat egregiè Zaſi.libro.2.reſponſ.c.1.per totum.vbi recurre.

Vtrùm autem allegans exceptionem ſibi competentem ex forma legis,vel ſtatuti ad excludendum actorem ab actione propoſita, nempè minor,cõſtitutusve ſub alterius poteſtate prohibetur emere ad creditum. vt lege regia nouiſsimè ſancitum eſt à Carolo Cæſare , eiuſque filio domino noſtro Rege Philippo Hiſpaniarum ac Angliæ rege publicata, quæ eſt. 78. in curijs Pinciæ Anni.1555.habeat locum tam in foro fori in omnibus caſibus,quàm in foro animæ.Hoc autem anno ſtatim cùm fuit in manus ſubditorum, de plurimis dubijs fui conſultus,ideo de aliquibus agere ſtatui.

Primum dubium ſit , Vtrum lex fuerit iuſta? ac ex ea deducetur reſponſio , an tutè ex ea excipi poſsit?Et primò lex iſta continet partes , quæ debet habere lex ad hoc, vt iuſtè promulgari debeat aduerſus creditores decipientes minores in grauem læſionem Reipub. prout experientia edocet , ergo pœna nullitatis contractus , ac amiſſionis rei venditæ,denegatioque actionis cum alijs in ea lege expreſsis iuſtè fieri potuit, ac debuit , ſic igitur iniuſtè ex ea quis non tuetur, imo & legitimè , cum ſit pœna tranſgreſſoris ipſius, quæ in foro animæ peti,& exigi poteſt,iuxta formam legum abſque peccato , vt iam ſupra hoc tomo me dixiſſe ſum memor ex Fort. de vltimo fine vtriuſque iuris.colum.89.verſicul.38.illationem refero. & eſt apud omnes receptiſsima opinio.Couarru.in epithome.4.Decret. 2. part.9.8. numer.11.Iuſtitia autem ipſius colligitur ex poteſtate,quia à Principe omnium ſupremo , nec recognoſcente ſuperiorem in temporalibus.vt dixi in Procemialibus iſtius primi libri quæſtionibus. quæſtione.1.fuitque vtilitas maxima, ex qua fuit condita,vt infra dicam,ergo iuſtiſsima, ac obligat tranſgreſſorem ad mortale : vt ibi paulò antè citaui.declaraui quæſti.10.faciuntque in eius comprobationem dicta ibi.q.14.

Præterea & eius præceptum fuit, vt eius metu humana mercatorum audacia ad decipiendos minores in venditionibus eis ad creditum factis(non ſine magno conſcientiarum ſuarum , ac totius Reipublicæ damno) coerceretur , tutaque non eſſet inter improbos nocendi facultas ex pœna in hac lege.78.appoſita. argumen. eorum , quæ tradit Iſidor. libro etymologiarum. prout retuli ſuprà quæſtione.15.columna.22.in procemio. Et iuſtificari poteſt , quia continet conditiones bonæ legis, cum tendat homines ad bonum , ac minores , conſtitutosve ſub alterius cura ne contrahant in maximum diſpendium rerum ſuarum, vt ex Sot.colligi poteſt lib.1.de iuſti.& iur.quæſtione.5.articul. 3. Intantum exiſtimanda eſt iuſta,quòd cùm reſiſtat contractui, nullam obligationem ciuilem, nec naturalem permittit produci, ſi credamus traditionibus noſtrorum , nec etiam iuramento firmari contractus,quia lex reſiſtit obligationi,impediendo originem cõtractus, ac eum nullum declarando : tum etiam, quia talis contractus dolo aduerſarij cenſetur factus,quo caſu quando lex diſponeret contractum à minore celebratum dolo, & fraude factum fuiſſe cenſeri, prout prædicta lex Regia. 78. expreſsè ait , tunc iuramentum non firmat contractum contra eius formam celebratum.Bartol.in authen. Sacramenta puberum.verſic. Tamen ad vnum. C. ſi aduer. vendi.Bald.conſil.213.Occurrit dubium.numero tertio.libro ſecundo.Roman.conſilio. 12. vbi in punctis plures rationes adducit in confirmationẽ huius rei.Alexan.conſilio.59.columna prima. libro.1.refert Ioan.Crottus in repet. l. omnes populi.nu.78.verſicul. Duodecima concluſio. Statutum diſponens.ff.de iuſti.& iur. Ioan. Baptiſta ibi numer.66.ſed vbi dolus interfuit, iuramentum cõtemni poteſt.capit.cum contingat. de iureiuran. capit.quamuis pactum.de pact.lib.6.Ergo pro cõfirmatione,vt etiam ſi iuramentum interponatur quod contractus geſtus contra legem iuſtam reſiſtens,& annullans contractum ad creditum minorum , ſeu exiſtentium ſub cura aliorum non debet valere:quia qui Principis ordinationi contradicit, Dei ordinationi reſiſtere non eſt dubium. ad Rom.13.cap.qui reſiſtit.11.quæſtione.3. ſic eſſet iuramentum vinculum iniquitatis : eo nanq; prætextu deciperentur minores , & expoliarentur,

pariterque maiores constituti sub alterius cura, prout ex proœmio Regię legis constat, essetque vsuram palliare, quæ nulla lege etiam apostolica contra ius diuinum ex quacunque etiam pia causa est permittēda, cap. super eo. de vsur. Tum etiā, quia iuramentū illud fundatur in detrimentū illorum, quibus succedere possunt, sperātve succedere, & sic non obligat, per iura vulgaria. Ex quo etiam infertur iuramentum factum ab vxore maritata absque licentia viri non valere, nec firmare cōtractum, refragante. l. 55. Tauri. vt in specie eleganter docet Archiepiscopus sancti Dominici Doct. Didacus Couarru. in epitome. quarti Decretali. 2. parte, capit. 7. §. 1. numer. 3. qui in hoc est consulendus.

Præterea interpretatio, & distinctio iuris diuini concessa est regibus, vt suprà dixi: ergo si contractus fuerit propter hominum tranquillitatem, & conseruationem rerum suarum improbatus à iure, in hoc casu non debet iuramento firmari, vt ex prædictis constat.

Præterea non præstat ansam periurijs, imò eam delet: quia eo ipso, q̄ subditi sciunt legē principis annullātis contractū, etiā reprobādo iuramentū, de facili euitabūt tales illicitos, ac Reipub. Hispanæ pniciosissimos cōtractus, nec iuramēta petent ac iurantes, vt quotidie fit, periurijs inuoluentur. Nec tollit libertatem ecclesiæ, cum huiusmodi interpretatio hoc in casu sit Regi permissa propter cōmunem subditorum vtilitatem, & sic non contrariā iure Canonico, nec ab eo inhibitā, imo concessam esse dicendum in casu nostræ legis.

Pro his etiam facit consilium Bald. 117. Super primo puncto. num. 2. lib. 5. vbi tenet legem prohibentem contractum, censeri etiā iuramentū vetare. citat. l. adigere. §. fin. de iure patro. vbi à lege ciuili remittitur iuramentum. Adde tex. in. l. fi. & ibi gl. ff. qui satisda. cogā. quæ iura accipiēda sunt, stante iusta causa ad impedimētum illud ex quadam tacita Romani Pontificis approbatione, alias secus, cum sit iuramentū causa merè spiritualis respiciens ecclesiam potius quam laicos, & seculares personas.

His etiam facit. Nam Principibus Christianis licitum est impedire iuramētum interponi in contractibus reprobatis à iure regni iustè, & licitè, cum proprium munus principum est. capit. regū officium. 23. quæstione. 5. l. optimam. C. de contrahend. emptio. cum iuramentum sit interponēdum, vbi non detur peccatum, nec eius occasio, quod hic daretur, cum lex sit iusta, ac violans, prætextu iuramenti peccaret. Et sic non adducēdum in dubium hoc casu de valore harum legum, prout Pinellus tradidit in rep. l. 2. in. 3. part. nu. 11. C. de rescind. vend. vbi declarare contendit leges nostri, ac sui regni prohibentes iuramentum interponi in contractibus, quæ leges sunt in Castellana Republica. l. 6. tit. 1. supra hoc lib. 3. & Lusitaniæ est lib. 4. tit. 3. §. vnico.

Quod autem valeat nostra lex regia prohibens iuramentum, ac annihilans contractum factum sine licentia curatoris, patet ex eo, quia fuit facta propter illicitos, & vsurarios contractus, qui fieri solebant ex magna mercatorum iniquitate procedentes in hoc regno: nam res, quæ valebat ad paratam solutionem mille, vendebatur minoribus, & constitutis sub aliorum cura pro tribus millibus, & sic inuoluebantur maximis debitis ipse, & sui curatores, cum, vt Lucan. cecinit.

Hinc vsura vorax, auidumque in omni tempore fœnus.

Quo casu valet, etiam si prohibeat iuramētum. Bald. & Salicet. in authen. Sacramenta puberū. C. si aduers. vendi. Bald. in. l. 2. ff. de iureiurand. & in l. non dubium. C. de legib. & in. l. sicut. C. de oper. liber. Anto. & Imo. in. c. cum contingat. de iureiu. Barba. in. l. 1. §. si quis simpliciter. col. 4. ff. de verb. obliga. Rom. consi. 12. Ioan. Crott. in rep. l. oēs populi. nu. 78. ff. de iusti. & iure. & sic impeditur vigor iuramenti interpositi super cōtractu iniquo, & reprobato a lege iusta, & si interponatur, debet regulari secūdum naturā eius, super quo interpositum fit. l. fi. C. de nō num. pecu. Sed iuramentū nihil cōfirmat, si fuerit adiectū contractui simulato. gl. in. l. 3. C. plus valere quod agitur. Cuius sententiā sequuti sunt inter alios Angel. ibi, dicens eam singularē. Panor. in. c. ad nostram. col. 1. & Anto. Burgens. notab. 3. de emp. & vend. Angel. in. l. 1. C. de dote caut. non nu. Bal. in. l. 1. de oper. liber. Alex. in. l. nemo potest. dicens hanc glos. opinionē cōiter receptā esse. ff. de lega. 1. & ibi Iaso. & iterū idē Iaso in. §. itē si quis in fraudē. colū. 2. Insti. de act. & in. l. iusiurandū. §. procurator. col. 11. ff. de iureiurād. Fab. in. §. fuerat. Insti. de actio. Plenius Panor. & Imol. in cap. cum cōtingat. memb. 7. de iureiurand. Panor. in disputa. 2. incipit. Stāte statuto. dub. 3. colu. 9. cum. 5. sequenti. Rom. singul. 363. Cepol. cautel. 243. Idem Cepol. in tracta. de simulatio. contractus. præsumptio. 7. num. 46. Thom. Ferrati. cautel. 16. numero. 4. Socinus consilio. 65. libro. 1. Hippolyt singul. 327. & 474. Chassanæ. in consuetudini. Burgund. titulo. 4. §. 7. numero. 51. Ludoui. Gomess. in dict. §. itē si quis in fraudem. columm. 1. cum. 2. sequen. plures concord. ad eam citans. Ioan. Lup. in rep. rub. de donatio. inter vir. & vxorem. §. 51. num. 4. Si igitur iuramentum interpositum super actu simulato nihil operatur, nec firmat contractum per præmissa, cū cōtractus in specie. d. Prag. 78. sit talis. ibi, *y por ser. cōtractos prohibidos por nuestra ley, y simula-*

dos,

dos, y dolosos, y fechos en grande daño, y perjuyzio de los dichos hijos familias, y menores. &c. consequens erit fateri, quod prætextu contractus, nec ex vi iuramenti creditores poterũt cõsequi debitum contra tales filios fa. & minores.

His etiam adstipulantur verba prædictæ legis 78. ibi, *no puedan comprar.* & ibi, *no se pueda pedir.* quia ex tali contractu nulla oritur obligatio, nec naturalis, nec ciuilis, eo, quia lex ipsa prohibeat & resistat contractui, ipsumque omnino reprobet, prout ex eius lectione constat. l. si non sortem. in princip. ff. de cond. indebi. Lancel. Galiaul. in repet. rubric. ff. de verborum obligatio. numero vigesimonono. & numero. 108. vbi fuse agit de hoc, ideoque nec iuramento firmari ex prædictis constat. Igitur ritè debitor minor exceptione prædictæ legis iustissimè se in omni foro tam regio forensi, quàm Canonico, ac animæ defendi poterit absque peccato, aliàs enim leges essent causa illaqueandi homines, ac verbales, si in principalibus suis sancitis, ac in pœnis non possent obijci absq; mortali, cùm id agens legis authoritate præcipiente non faciat actum improbatum, imò laudabilem contra legum transgressores, & suo iure vtendo, nemini censeatur facere iniuriam, sicque id pœnæ creditoris adscribendum.

Fallit tamen, vbi contractus esset celebratus bona fide secundùm terminos iuris naturalis, & sic cessaret fraus, & læsio, quo casu recipiẽs debitum, exceptionem pro se allegare non posset, quia eo in foro non est curandum de apicibus iuris, sed de mera veritate, attẽta æquitate, & excluso rigore. Exceptio enim ex æquitate procedit, sed hoc casu cessat, cùm velis cum re aliena locupletari, & instituens si de hac specie fuisset rogatus, idem respondisset, & sic colligitur ex supplicatione proposita in principio prædictæ. l. 78. iuramentumque super tali contractu firmaret illum, non obstante legis prohibitione. authenti. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. capitulo secundo. de pact. libro sexto. capitul. cùm contingat. de iureiurand. Non enim valet statutum laicorum disponens, quòd contractus minoris sine consensu propinquorum non teneat, etiam si interuenerit iuramentum, quia iuramentum spectat ad ecclesiam. capitul. venerabilem. de electio. capitul. fin. de foro competen. ac proinde non possunt laici super hoc disponere. capitul. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. capitul. fina. de foro competen. libro 6. facit quod notatur in text. & gloss. in capitu. cuam. de ord. cogni. & in capit. fina. de immuni. ecclesi. libro. 6. Tenet in terminis Bart. in repet. l. omnes populi. 3. quæstione principal. ff. de iustit. & iur. Alexand. consilio. 59. colum. 2. numero. 4. & ibi Additio. libro. 1. Vsuram inducere non potest statutum præsumendo eam ex aliquo actu, qui vsuram non contineat. Paul. Cast. consil. 210. colum. 1. ad fin. libro. 2. Corneus consil. 328. colum. penul. libro. 1. Decius in capi. ecclesia sanctæ Mariæ. colum. 16. de constit. Aymon Crauet. consil. 48. col. fi. nu. 7. lib. 1. ergo si fraudem, nec vsuram continet, iuramento firmabitur.

Fallit secundo, in his, qui sunt extra patris curã seorsum per se habitantes, sibique extra patris auxilium victum quærentes, qui quamuis sint sub patris potestate, (& tales etiam si sint sexagenarij præsumantur,) tamen ad contrahendum non considerantur. gloss. insignis est in. l. si seruus. §. pupillus. verb. pupillus. ff. de verborum obligatio. singul. secundum Barba. in. l. si Titius. columna vigesimaquarta. eod. titul. si tamen filius seorsum à patre habitasset per decennium, præsumeretur emãcipatus à patre. Iaso. in. l. qui in aliena. nu. 50. ff. de acquir. hæredita.

Item fallit tertiò, in filio, postquàm matrimonium consummatum quo ad verba, & benedictiones, quas velationes vulgò dicimus, contraxit, quia iam est per talem actum emancipatus, & liberatus in perpetuum à patris ditione. per. l. 47. in ordinationibus Tauri.

Præterea eadem. l. seruatur in Francia, quòd filij vxorati etiam minores. 25. annorum, reputantur sui iuris, & parentes non habent vsumfructum in bonis aduentitijs, teste Boeri. in repet. l. consentaneum. num. 164. C. quomodo & quando iudex. Vnde pro debito poterit realiter citari, seu incarcerari, secundùm eundem.

Confirmatur ex. l. 244. styli. ibi, *tenida es de pagar lo que compro, y lleuo, y esso mesmo en el emprestido, o en toda cosa, de que pro se les aya seguido. Ca los menores y aun entonce tenudos son.* Et in eisdẽ legibus habetur, quòd minor postquàm matrimonium contraxit, obligari poterit validè omni obligatione. l. 205. styli. ibi. *El hombre menor de edad desque casado es, sera tenudo a todo emprestido, y obligamiento de deuda que faga, pero en las otras cosas, donde es otorgada restitucion a los menores, podra demandar restitució.* Tum etiã constat, quòd nostra Regia lex tantum loquitur in constitutis sub patris potestate, vel Curatoris: sed filij familiàs, etiam si habitet in domo patris, eiusque expensis subsidium vitæ percipiant, non sunt sub potestate, secundum nostrum ius regium, etiam si minores sint, possunt obligari, et habitum est. Ergo cùm eis non conueniant verba legis, & eius prohibitio, nec competere debet eius dispositio. l. ita autem. & ibi Bart. ff. de admi. tut. Bart. Ange. Raph. & Imo. in. l. 4. §. Prætor. ff. de dam. infect. Soci. consil. 33. numer. 8. libr. 1.

Fallit quartò, in filijs naturalibus, spurijs, & illegitimis,

gitimis, qui non sunt sub patria potestate, nec de eius domo, & agnatione, nã patris potestas causatur ex filio nato ex me & vxore, & sic ex legitimis nuptijs. l. item in potestate. & in. l. nam ciuiũ Romanorũ. ff. de ijs qui sui vel alien. iur. sunt. & alijs tribus etiã modis causatur, de quibus per gloss. in dict. l. item in potestate. & in. §. si aduersus. Insti. de patria potesta. Tradit Angel. in prin. Insti. de seruili cognatio. col. 1. nume. 8. versi. In eadem glossa. ibi, quo ad honores: Alex. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. colum. 1. & nume. 27. cum sequent. ff. ad Trebellia. dicens in numer. 30. magis communem opinionem esse, quòd dispositio legis loquens de filijs simpliciter, non comprehendit illegitimũ. Ripa in. l. Lucius. ff. de vulga. Oroscius in dict. l. Item in potestate. colum. 2. num. 8. Boeri. decisi. 127. nume. 20. Ex qua consultus ipse in quæstione facti subiecta, dixi naturalem non venire ad ius patronatus patris. Et ita communiter tenetur, & practicatur secundum Cæsar. Lamberti. de iure patro. 26. art. 2. quæstione principal. 2. partis. 1. lib. numer. 2. Tradidi in. l. 1. titul. 6. lib. 1. suprà. pagin. 236. Ergo si non fuerit sub potestate curatoris, non obstante ista lege obligabitur ad creditum. Nam casus omissus à lege, vel statuto, habetur pro omisso. capitul. ad audientiam. de decim. capit. is qui. de sen. excommu. lib. 6. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimo. cum infinitis similibus traditis à Tiraquell. in tract. de iure primogeniorum. quæstione. 40. numer. 190. versi. 35. casus omissus siue à lege, siue à canone, sed nostra lex est pœnalis, ac iuris communis correctoria, consequens erit, quòd non debeat comprehendere illegitimos contrahentes, & subuenientes suæ necessitati, nam per istam legem retrahuntur homines contrahendo cum minoribus, & constitutis sub potestate parẽtum, ac curatorum, & boni egestatem, ac detrimentum patiuntur, cum non sint statim pecuniæ paratæ ad solutionem incontinenti faciendã, prout experientia quotidie nos edocet. Confirmatur ex doctrina Paul. de Castr. in. l. rei iudicatæ. §. socero. num. 10. ff. solut. matri. vbi cessante qualitate affinitatis per mortem vxoris, locũ non habet statutum dicens, affinium causas fore compromittendas inter socerum & generum. Si tamen esset fauorabilis, ad naturales extendendam fore non dubitarem, quia filius est nomen naturæ. l. tutelas. ff. de capi. diminu. l. parentes. de in ius vocando. Bart. in. l. pronuntiatio. de verb. sign. Quippe cum tutela, seu cura, quæ defertur matri, habet locum etiam si sit tantum naturalis. text. in authẽ. vt sine prohibitio. matres. §. quapropter. ibi, siue legitimorum, siue naturalium mater filiorum tutelam gerat. colla. 7. gloss. in. l. vni. verb. filio communi. C. si contra matris voluntat. tutor datus sit. Bart. in. l. si quis sub conditione. colum. 3. num. 8. ff. de testament. tutel. & quæ tradit Grego. Lop. in. l. 8. gl. 1. tit. 16. part. 6. Ex quibus poteris respondere ad quæstionẽ, de qua fui rogatus. Mater instituit filium naturalẽ, eiq; curatorẽ Petrum constituit vsque ad ætatem. 25. annorum, pater verò naturalis dicit se esse curatorẽ filij, per l. 6. titul. 16. part. 6. curator testamentarius se præferendum fore dicit, quia mater eum nominauit per prædicta, quid iuris dubitatur. Et sub iudice est, ideo interim cogitabis, quia duo doctores illustres altam & dubiam reputarunt hanc quæstionem, ac indecisam reliquerunt. Facit etiam, nam si ex forma legis filij non tenẽtur soluere gabellam, naturales non soluent. Bartol. consilio. 229. Cauetur. Itẽ si cessio possit fieri causa studij per patrem filio, vt in casu regiæ pragmaticæ. 25. regũ Catholicorum, habebit locum talis cessio si fuerit facta etiam filio naturali. Rebuffus singulariter in authenti. Habita. priuilegio. 177. C. ne filius pro patre. versiculo. Secundo amplia. pagin. 366. & in constitutio. Regias Galliæ. 2. tomo. tractat. de cessionibus actio. articulo secundo. gloss. 2. numero sexto. ex. l. Lucius. §. fina. de legat. 2. Alexander in dict. l. ex facto. §. si quis rogatus. numero decimo sexto, quia fauor studij hoc iuuat, qui potest etiam esse in naturali, & spurio, vt dixi in capit. si res. decimaquarta. quæst. ad fin. & Reipublicæ vtile est, vt & ipsi naturales studeant, ne vitia parentum sectentur. capitul. vndecunque. & capi. nasci. 56. distinctio. & sic practicatur rationibus præmissis. In casu tamen nostræ legis constat noluisse fauere, seu priuilegiare (si priuilegium malis dicere siue comprehendere, & restringere, si odium continet, prout dixi) istos illegitimos, cum tantum loquatur expressè in filijsfamiliàs, & constitutis sub tutela, vel cura aliorum: ergo his qualitatibus cessantibus, cessare debet prohibitio nostræ legis.

Fallit quintò, in clericis constitutis in ordine ecclesiastico, etiam in minoribus ordinibus, maximè si sacerdotia ecclesiastica habeant. Constat, nam clerici sunt de foro ecclesiæ, ideoque statutis laicorum maximè non ligantur. capitulo. fin. de reb. ecclesiæ non alienan. capitulo. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. quamuis statutum sit generale, & vtile ecclesiæ, ac propter fraudes vitandas, vt ibi contra Bartol. in specie notat Panormita. columna. 1. numer. 1. etiam si sint in minoribus ordinibus constituti. vt latè tradidit ibi Philippus Decius columna secunda. numero. 6. Baldus in capitul. cum venissent. columna. 3. numero sexto. de eo qui mitti. in possess. caus. rei seruand. dicit notabiliter, statutum laicorum de compromissis necessarijs, non comprehendere clericos etiam ordinibus

dinibus minoribus insignitos, ergo nec sub hac regia lege comprehenduntur, cum, vt in plurimum sit præiudicialis, potius quam fauorabilis, quippe cum intimidet laicos, ne cum ipsis contrahant absque certa solennitate, sine qua alias contrahere poterant, etiam si essent minores, non tamē constituti sub potestate curatorū, valideq; manebant obligati. l. filius familias. ff. de actio. & obliga. l. fina. §. pupillus. ff. de verb. oblig. Bartholo. Socinus in tracta. regul. cum fallen. regul. 157. & in consil. 23. columna. 1. nume. 1. lib. 4. Excepto in mutuo, & voto. vt explicat Petrus de Vnzola in practica artis notariatus. rub. Quis sit proximus pubertati. numer. 5. & rub. An de contractibus suis teneatur pubes. numero. 2. in. 12. volum. tract. fol. 208. & fol. 209. columna. 2. l. si curatorem. C. de in integr. restitutio. mino. Tū etiam, quia potestas emendi & vendendi regulariter omnibus est permissa, estque iuris gentium. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. l. iuris gentium. ff. de pact. ergo impediri non debet contra libertatem ecclesiæ, ecclesiasticarumque personarum. capit. eos. de immuni. ecclesia. libr. 6. ibi, quicquam vendant. &c. Hippolyt. singul. 29. & Signorol. consilio. 21. qui bene loquitur. Bello. consil. 43. numer. 1. cum igitur sit contra ius commune clericorum, non debet eos comprehendere, nec ligare, maxime si beneficium ecclesiasticum habeat talis clericus, qui iam non habet in istis bonis superiorem, nec sit curandum de patria potestate. capitu. si annum. de iudic. lib. 6. ibi, in princip. Si annum quatuordecimum tuæ peregisti ætatis in beneficialibus, & alijs causis spiritualibus, necnon in dependentibus ab eisdem, ac si maior. 25. annorum existeres, ad agendum, & defendendum per te, vel procuratorem, quem ad hoc constituendū decreueris, admitti debebis. Et inferius in. §. fin. in huiusmodi quoque litibus siue causis quanquam in potestate patris existas, nec alias absque ipsius assensu in iudicio regulariter esse posiss: eius cum de his se intromittere non habeat, nequaquam requiri debebit assensus. Deci. consili. 432. colum. 2. num. 9. Decisio Capellæ Tholosanæ. 175. Si filius familias. & ibi in additio. Stephani Auffreri. Comprobatur ex Paul. de Cast. consi. 98. colum. 1. lib. 2. dicente exceptionē Macedoniani minimè competere filio familias, qui est notarius, vel habet bona castrensia, vel quasi. Igitur cum in istis non adquiratur patri vsusfructus, pater non est legitimꝰ administrator, imò tamquam extraneus de his fructibus tenetur reddere rationem filio. Matthæ. de Afflict. decision. 241. citat Bald. in. l. sacrosanctæ. per tex. ibi. C. de episc. & cleri. in nu. 2. nam filius famil. clericus de fructibus sui beneficij potest facere alienationem. dict. l. sacrosanctæ. Clarumque in iure est, quod si pater habet vsumfructum in bonis filij, filius non potest alienare bona illa, viuente patre. l. non solum. §. filij. C. de bonis quæ libe. ergo cum in bonis ecclesiasticis pater nullum habeat vsum fructum, tenebitur restituere illos fructus præcipuos ipsi filio, vel valorem ipsorū. Pan. & Card. in. c. quia nos. de testam. Cardi. in. c. inde corum. de ætat. & qualitat.

His adstipulatur text. singularis in. l. litis contestatæ. § pater. ff. de nego. gest. Cuius litera est. Pater si emancipati filij res a se donatas administrauerit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. vbi idem probant Bart. Bald. Ange. & Paul. de Castro. Ioan Lup. in repeti. rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §. 41. columna secunda. numero nono. Suarez in volumi. repetitio. folio. 209. columna secunda. in quæstio. in materia maioratus numero. 39. tetigit Cifontes. in. l. 48. colum. finali. Tauri. Si ergo filius est, qui habet peculium castrense, vel quasi, in quo non habet administratorem legitimum, poterit contrahere, non obstante illa lege septuagesima octaua. in curijs Pinciæ, de cuius intellectu agimus. Tum etiam, quia clericus est, præmaxime si iuramentum in contractu sit appositum. quod est spirituale. capit. & si Christus. de iureiuran. nec tolli poterit ab aliqua potestate seculari: nam leges, quæ remittebant iuramentum, erant tempore gentilium, ac non cognoscentium supremam Papę potestatem, quæ est in spiritualibus penes ipsum Pontificem maximum. Nec in hac regia lege quicquam dispositum est in clericis. Verba autem illa. *Ningun hijo familias.* restringi oportet tantum, & non extēdi, nempe ad personas seculares, quibus disponendi facultas libera est Regi absque præiudicio clericorum, ne incidant catholici Hispaniarum Reges in præsumptionem violationis immunitatis ecclesiasticæ, ac clericorum, talis generalitas restringēda est ad personas sui fori. ex gloss. in. l. 1. C. de sacrosanctis eccles.

Fallit sexto, in alimentis, quæ minoribus præstari solent a baccalaureis, & pędagogis in studijs casu, quo nulla alia regia lege impediretur receptio talium alimentorum, saltem ad obligationem ipsorum filiorum familias non est quæstio, & si licentia à parentibus, curatoribusque requiratur ex pragmatica Caroli Cęsaris. decimo sexto. in curijs Pinciæ, anni. 1547. & secundum formam statutorum nostræ vniuersitatis. Est tamen necessaria licentia ad compellendos etiam ipsos curatores, parentesve, qui licentiam, & commissionē dederūt, nō tū impediunt obligationē, & executionē in personā. personasue recipientium. Constat. Quia hæc alimenta nūquam solent concedi ad solutionem paratā de præsenti, sed ad creditū, estq; in maxi

in maximũ subsidiũ parentũ, ac studẽtium,& sic fauore studiorum,propter quã causam plura priuilegia statuta sunt in iure, vt videre licet suprà per nos in.l.8.titulo.2.gloss.2.libro.1.suprà. Tum etiã,quia rectè,& vtiliter gerunt causam patris,faciẽdo ea,ad quæ tenetur ipse pater,hoc est,ad præstationem alimentorum ipsi filio. De hoc pro confirmatione latè per Petrum Rebuff.in authen.Habita.C.ne filius pro patre.priuilegio. 58. Dueñas regula.370.

Fallit septimo,in conductionibus domorũ seu ædium ad proprium vsum, nam sub nomine alimentorum,& ad creditum dari, non est dubium, nec ista lex verbum vllum de hac re dixit.

Fallit octauò,in conducentibus, seu locantibus iumenta,equos,mulas, aliaque similia rationibus adductis in superioribus fallentijs, scilicet, sexta, & septima. Tum etiam, quia iumenta non venduntur conductori, nec ad distrahendum, & sic ad mohatram faciendam (vt ita loquar)etiam si contingere posit, non est præsumendum, cùm ex tali venditione vendens committat furtum, vt suo loco dicemus.argum. l. meritò. ff. pro socio.dantur tantum ad vsum itineris faciendi, & subuenitur maximè necessitatibus, quæ repente euenire solent, absque desiderio prorogationis, seu dilationis. Cuius effectus causaretur tolli ex dilatione in petendo licentiam patri, seu curatori absenti,ideoque ne pereat intentum viatoris, consulendum est ei remedio conductionis mularum, vel huiusmodi absque aliqua solennitate, ac pœna locatorum,vt ratio,& æquitas naturalis suadet l.1.ibi,celeritatem desiderat.&c.ff.de dam.infect. c.oblatæ.ad fin.de appella.Clem.quandiu. & ibi. glo.verb.imminere.de appe.Hinc est,quod debitor suspectus de fuga capi potest a iudice incompetenti,vt in die feriata, vt iam supra diximus suo loco.

Fallit nonò,si filius, seu minor contraheret cũ patre,vel matre,quia sine licentia alterius valeret contractus.ex Bald.in.l. pactum. quæstione. 21. numer.16.C.de colla.Barba.in capit. causam matrimonij.columna.3.numer.12.de offici. delegat. Decius alios referens in consil.26.colum.2.nume. 2.& consil.180.colum.2.numero.1.Ripa libro.3. responso.capi.10.numer.2.Suarez in.l.3.*de las deudas*.libr.for.fol.47.colum.1.versiculo. Secundò limitari potest. Est communis secundum Alciat. de præsumpt.lib.1.præsumpti.2.nume. 6. quicquid Gomet.referat in.§.omnium.num.27.de actio.& alij sentiãt, prædicta est vera opinio. Quia contrahendo cum patre,aut matre,cessat fraus, & læsio,in qua se fundat lex ista. Dixi quæstione. 45. in quæstione mihi proposita.

Est tamen dubium, Vtrum ad hoc, vt licentia patris,seu curatoris firmet obligationem, debeat præcedere contractum, sine ea aliàs reprobaro ab hac lege. Quod autem debeat præcedere probatur. Nam licentia, de qua in lege nostra, inducit formam substantialem ad actus valorem, sine qua actus est nullus,& hoc prætendit legislator in ea, prout ex eius litera apparet. Suadetur ex verbis Bald.in.l.fi.§.necessitate.col.4.nu.16.C.de bonis quæ libe.sic dicẽtis.Nota quòd consensus semper præsumitur de substantia esse, sed consilium non. vt notat Archidiac.18.distinct.episcoporũ. Item authoritas,licentia & decretũ semper præsumuntur esse de substantia.vt.ff.de reb.eorum.l. magis puto.§.si æs.& notatur per Bart. in.l. fin autẽ. ff. de aqua pluuia arcend. Idẽ notat ipse Bal.in.l.1.n. 45.versi.Nunc ad propositum reuertor. C.qui ad mitti ad bon.poss.possunt.Matthæ. de Affli. decis.180.nu.1.Cifonta.in.l.55. Tauri. quæst. 1. si igitur licentia,consensus,seu authoritas nõ præcesserit contractum, tanquã factus à persona incapaci ad contrahendum,erit nullus.

Probatur secundò. Forma data ab ista lege ad contrahendum ad creditum,est omnino seruanda, nec violanda est.per regulã habentẽ formã cuiuscunque dispositionis à lege datã, etiã in minima sui parte vitiari non posse, vel præter mitti, quin tota dispositio infirmetur.Bal.in.l.1. ff. de lib. & posth.& in l.cessante.col.fi.C.quomodo & quãdo iud.& in.l.humanũ.C.de leg.& in.c.1.col.2.de milite vasallo.& in.c.ex literis.col.fi.de cõsti. tx. & ibi Antoni.de Butrio in.c.Pisanis.de resti.spolia.notabi.7.c.venerabili.de offi.delega.Bald.consi.11.lib.1.& consi.324.lib.2.Petrus Ancha. con 35.col.vlti.Parisius consi.46.col.1.lib.3.& consi. 33.nu.24.lib.2.& consi.97.nu.25.lib.4.Deci.cõsi.466.nu.14.& consi. 532.nu.5.& cons. 603. nu. 10.Socin.consi.24.col.8.& consi.33.nu.6. lib. 1. quorum opinio vera & communis est,maximè cũ annullando procedat,& prohibendo contractum aliter gestum,vt egregiè probat Fernandus Menchacens.de successionum creatione.lib.1.§. 4.nu. 10.per.l.non dubium.C. de legibus. cum reliquis ab eo citatis.

Tertiò probatur. Quia licentia debet præcedere contractum filijfamiliãs, nec sufficit ratihabitio sequens.l.si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæredita. Iaso. in. l. qui in aliena.in princip.ff.de acquirend.hæredita.colum. 2. num. 8.igitur non poterit ratificari, cum à principio ex defectu formæ fuit nullus. De quo tamen articulo vide in simili distinctionem traditam à Cifontan.in dict.l.55. quæstione. 22. & rursus in. l. 58.in ordin.Tauri.quæsti.2.ibique ponit optimã distinctionem, referendo Bald. & Ioan. Lopium. Ex quibus infertur, commissarium ex generali po

potestate sibi tradita à defuncto ad institutionem hæredis faciendã absq; expressione nominis ipsi⁹ hęredis, nõ posse hæredẽ instituere ex defectu formæ traditæ à lege. 31. Tauri, etiã si in vim testamẽti ratã habuerit cõsanguine⁹ veniens alias ab intestato, eoq; in testamẽto facto à cõmissario hærede instituto, valebit tamen in vim pacti, seu contractus inter viuos. Iam in facti contingentia de hac quæstione rogati ita respondimus. Faciunt pro hoc dicto quæ de forma nouissimè scripsit non indiligens Regius Senator Ferdinand. Menchaceñ. libro. 1. de successionum creatione. §. 4. per totum. Tamen videtur dicendum, quòd sufficiat quòd subsequatur ratihabitio patris, curatorisue ad confirmandum contractum. Nam quando licentia est necessaria pro euitando præiudicio alicuius tertij, cuius authoritas, licentia, & consensus requiritur, tunc sufficit, quòd postquàm contraxit minor, seu prohibitus contrahere, subsequatur, ratumque habeat, secùs verò si ad legitimandam, & authorizandam personam. Paul. de Castr. in. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. colum. 2. numer. 6. ff. soluto matrimo. Antoni. Gomez in terminis alios referendo in. l. 54. Tauri. quæstio. 5. numer. 6. eleganter vltra eos, & multo anteà tempore docuit Bart. in. l. 1. §. sed si filius familiàs. numer. 3. & ibi in additione. ff. de legat. tertio. Ludo. Roman. consilio. 54. colum. 2. versi. Et primò quia licèt regula. Felin. in capit. edoceri. de rescrip. Andræas Tiraquellus post leges connubiales. fol. 296. gloss. 6. numer. 5. Per text. in. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & in. l. si impubes. in fin. C. de Carboni. edict. Vnde Paul. in dict. l. filio præterito. dicebat, quòd si quis construxerit molendinum contra legis prohibitionem sine authoritate superioris, & posteà impetrat licentiam ad construendum molendinum, quòd talis licentia extenditur ad molendinum priùs illicitè constructum. Iaso in repet. l. quominus. quæstio. 21. colum. 26. ff. de flumi. refert & sequitur plura ad eius confirmationem adducens. Sequitur etiã Lancelo. Galiaul. in repe. l. 1. in princi. n. 73. ff. de verbo. obligatio. ex quo ipse Paul. de Castro in. l. hæc cõditio filiæ meæ. §. si sic. columna prima. numero primo. ff. de conditio. & demonstra. dixit licentiam concessam à Papa alicui ad condendum testamentum, extendi ad testamentum iam factum. Comprobat Alexand. in. l. & militibus. nu. 3. C. de testa. militis. Ias. in rep. dictæ. l. quominus. num. 130. & Lancelo. Galiaul. loco præmemorato. l. 58. Tauri hoc idem disponit, quæ est iuris cõmunis declaratoria.

Tamen quia plurima de forma, quæ vbi suprà diximus, impediunt hanc declarationem, velim intelligas illam procedere, quando licentia superuenit ante contradictionem contractus inter minorem prohibitumque contrahere. Nam si is, qui priorem actum fecit, non sit tempore ratihabitionis & confirmationis in priori voluntate, non posset ratificari. Antonius de Butri. in capit. cùm consuetudinis. colum. 2. versi. Aduerte tamen. de consuet. Panormit. in cap. cura. de iure patro. Luc. de Penna. in. l. 2. colum. 1. versi. Sciendum est etiam. C. de iure fisci. libro. 10. Areti. consil. 127. colum. 2. Deci. in. l. semper qui non prohibet. colum. 3. versicul. Quarta regula. ff. de regul. iur. & consil. 367. colum. 2. versicu. Quia respondetur. Et ante hoc omnes Inno. in capitu. 1. circa medi. de eo qui dux. in matrimo. quam pollu. per adulte.

Secundo modo intellige locum habere non vt ex tunc confirmari, sed prout ex nunc, non quidẽ quod licentia retro traheretur ad tẽpus ipsius actus, cùm fuerit nullus ex defectu formæ, sed vt valeat hoc tempore, quo authoritas præstatur ad redintegrationem contractus. Bald. in capi. edoceri. colum. 4. versi. Videtur quòd si durat. de rescri. & in capit. 1. de confirmatio. vtili. vel inutil. Salicet. in. l. vlti. colum. fin. versi. Sed quod non simul C. ad. S. C. Macedonian. Suadetur præterea ex glo. singular. in. l. 2. C. communia vtriusque iudi. verb. non potuit. de qua latè in. l. 1. gloss. 1. titu. 7. lib. isto. 3. suprà. cuius opinio communiter est recepta secundùm Menchacen. de successionũ creatione. §. 2. nu. 5. sing. secundum Rogeri. à Mota in rub. ff. de iudi. nu. 20.

Vtrum autem licentia possit præstari per procuratorem, nuntium, vel epistolam? Videtur apud plerosque quæstionem istam non inseruire de casu dubio, per regulam, quæ habet, Quod possum per me expedire, possum & per procuratorem. l. 1. §. vltimo. ff. de procurato. l. licet. C. eod. titu. gl. insigniter notanda in. l. 3. in prin. quam ibi notant Bart. Angel. & communis. ff. rem ratam habe. quæ dicit, quod illum actum, quem potest minor per se expedire, potest & per procuratorẽ. Et Specula. de procura. §. 1. colu. vltim. versi. Item generaliter dixit, quod omnia possumus expedire per procuratorem, quæ non inueniuntur prohibita. Plurima in huius rei confirmationem tradidit Andræ. Tiraquell. in glo. 5. post leges cõnubiales. n. 183. versi. Decimo sexto.

Præterea in casu legis. 55. Tauri firmat Cifontan. quæstio. 9. aliqua tamen huic decisioni faciũt maximam contrarietatem, quæ in proprijs terminis refert Tiraquell. in legibus connubialibus. gloss. 6. versi. Sed quæro quartò. numer. 20. ex eo poteris colligere plura bene dicta ad dubium maximum constituendũ in hac quæstione, quæ cum sint ibi scripta, nec referre, seu tacere authorẽ nobis licet

bis licet, prout plurimi iniquè faciunt, maximè in scholis legendo, in maximam perniciem animarum suarum, ac in incommodum discipulorum, quod à nobis satis alienum est. honor enim residet in honorante.

Dubitatur præterea, Vtrum in casu prædictæ legis Regiæ. 78. sufficiat licentia generalis ad contrahendum ad creditum quibuscunque, & in quibuscunq; contractibus, vel requiratur specialis in casu contingenti? Respondendum est cum Cin. in. l. fi. §. necessitate. col. 2. num. 4. & ibi Bald. col. fi. nu. 23. C. de bonis quæ libe. generalem sufficere. Idem Bart. in. l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. col. fi. nu. 3. ff. de acqui. hære. 56. Tauri, idem disponit in simili casu.

Præterea dubium est, Vtrum exceptio competens minori, constitutoue sub tutela, & cura alterius, patris, tutoris, curatorisue mediante dict. lege Regia. 78. vel. 55. Tauri, vel alias, cõpetere possit eius fideiussori? Videtur quòd sic, nam exceptio competens principali, competit etiam fideiussori. l. & hæredi. §. fin. ff. de pact. Lancelot. Galiaul. in. l. 2. §. si tamẽ hominem col. 2. versi. Quartò nota. nu. 6. ff. de verb. obliga. singulariter ac latè per Hippolyt. in repet. rubric. ff. de fideiussori. quæstio. 36. num. 313. l. 2. ff. quæ respign. obliga. non possunt. l. constitutionibus. & ibi Bald. C. de vsur. l. omnes. de excep. optimus tex. in. l. tam mãdatori, quam fideiussori non numeratæ pecuniæ exceptio exemplo rei principalis competit. C. de non nume. pecunia. l. ex persona. ff. de fideiussor. Hippolyt. singular. 125. Tu scis regulam iuris. Romanus singul. 627. Cremens. singula. 21. Bartholomæ. Socin. in tract. regularum cum fallentijs. regul. 131. incip. Exceptiones personales. Ias. in. §. fuerat. num. 83. Insti. de actio. & in. l. si cum procuratore. col. 2. ff. de reiudicat. resolutius per Angel. in. §. in omnibus. col. 2. num. 8. versi. in eadem. ibi Insti. de fideiussori. Ioan. de Platea. in prin. Instit. eod. titu. col. 2. num. 6. Parisi. consili. 96. col. 4. nu. 39. libro. 3. Facit. l. verum. ff. de compensa. vbi fideiussor. potest allegare compensationis exceptionem competentem principali. Corne. consili. 111 Videtur prima facie dicendum. col. 2. nu. 3. lib. 4. Parisi. consi. 121. num. 5. lib. 1.

Pro declaratione fac duas cõclusiones. Prior sit. Exceptio realis competit fideiussori, quemadmodum ipsi debitori principali. Exempli gratia. Exceptio rei iudicatæ, doli mali, quod metus causa, iuris iurandi, compensationis, vel huiusmodi. l. exceptiones quæ personæ. ff. de excep. Et est prag. 78. à nobis nũc exposita. l. 15. titul. 12. part. 5. l. 8. ibi, *esto mismo dezimos de los fiadores*. Et ibi Montalu. gl. fi. tit. 10. lib. 2. for. legum. l. 13. tit. 18. lib. 3. foro legum, vbi etiam Montal. in glo. 3.

Secunda conclusio. Exceptiones mixtæ competunt etiam fideiussoribus, in quibus habetur respectus ad læsionem, & ad personam. l. exceptiones quæ personæ. & ibi Socin. ff. de exceptio.

Tertia sit assertio. Exceptiones merè personales non transeunt ad fideiussores. vt in dict. l. exceptiones. in. 1. part. quam ibi declarat optimè Socin. Angel. in. §. in omnibus. col. 2. & 3. Insti. de fideiuss. Montalu. in. l. 13. tit. 18. in glo. fi. lib. 3. for. legum. dict. l. 15. titul. 12. part. 5. ibiq; Gregor. Lopez. ex quibus plura in practica deducere poteris. & in hac pragm. 78. Pinciana. anni. 1555. probatur ibi, *ni a sus fiadores, ni principales pagadores*. Tamen eam intelligerem parte nõ consentiente, nec ratificante contractum ante oppositam exceptionem mediante ista lege, vt dixi suprà. Si autem præcessit ratificatio, & approbatio contractus, fideiussori non poterit competere remedium huius legis ex defectu licentiæ patris. Probatur. Nã quamuis fideiussor iuuetur exceptione Macedoniani competenti debitori filiofamiliâs, pro quo fideiussit. l. si pater. §. non solum. ff. ad Macedo. & ibi Barto. Hippolyt. in repe. rubri. ff. de fideiusso numer. 316. tamen non procedit, si pater mutuum ratum habeat. Bald. in. l. fi. C. ad Macedoni. etiam in præiudicium creditoris, cui à principio erat acquisita hæc exceptio Macedoniani. Hippoly. vbi suprà. Quod est singulare, & practicabile in terminis. d. Pragmaticæ. 78.

Amplianda est ista pragmatica, etiam si fuerit à partibus renuntiata exceptio prouenieus minori, seu constituto sub potestate alterius, quia legi prohibitiuæ renuntiari non potest. glo. singul. in. l. à diuo Pio. ff. de ritu nuptia. In proposito huius prohibitionis latè firmat Barbati. consilio 64. Scribitur Exodi. 4. col. 3. libro. 4. & alibi latius de hoc diximus.

Quid autem si iuramento fuerit firmatus contractus? Erit quæstio, Vtrum fuerit hæc lex introducta in fauorem parentum, ne eorum vitæ insidietur, vel illorum, quibus succedere sperant, ob quorum decessus fient ditiores, vt in vltima parte istius legis, cum de prima fuerit iam absolutum negotium in principio istius disputationis. Et videtur dicendum quòd non firmetur ex eo quòd præstaretur ex hac confirmatione iuramenti occasio insidiandi vitæ illorum, de quibus sperant diuites fieri, prout ex demonstratione experientiæ constat, & iure probatur. c. ne captandæ alienæ mortis detur occasio. de concess. præbend. libr. 6. l. fi. & ibi. Ias. nu. 5. C. de pact. l. 18. ibi, *porque no se de occasion de procurar muerte de persona alguna*. titu. 15. lib. 2. suprà. Si ergo est huiusmodi, ne iuramentum sit vinculum iniquitatis, ac contra bonos mores ciuiles, & fortè diuinos, non debet iuramento

ramento firmari. per regul. Nō est obligatorium. de regul. iur. libr. 6. & firmat Ias. dict. nu. 5. in l. fi. C. de pact. Tamen videtur in hoc casu respōdendum esse contrariū, per. c. quāuis pactum, & quæ in scriptis tradidimus scholaribus Salmantinæ Vniuersitatis. de pact. libr. 6. quia verè sunt cōtra mores humanos ciuiles, non tamen Canonicos, seu diuinos. Alibi latiùs dicam. Vtrùm autem licentia requisita à lege Regia. 78. sit necessariū quòd expressè interponatur vel sufficiat simpliciter, vel per æquipollēs? Plures tenēt vtranque partem, quos videre licet per Andræ. Tiraquell. post leges connubiales. glo. 7. numero tertio, & quarto: vide per eum. Et hæc perpetuò notabis tanquā alibi vsquead huc non tacta per alium pro intellectu istius legis. Aliqua alia ad hunc exceptionū tractatum vltra loca communia, sunt vidēda apud Ioan. Imbertum Rupellanum libro primo forensium institutionum. capit. 33. 34. & 35. Panormit. in suo ordine iudiciario fol. nouissimo paruæ impres. octuagesimo octauo vsque ad. 98. & Christophorum Brecthcrum in processu iudiciario fol. trigesimo octauo. sub isto titulo de exceptioni.

¶ Ley. II. que los oydores despues de hecha la publicaciō no reciban nueuas excepciones.

¶ Prematica del Rey don Iuan en Valladolid.

ADDICION.

¶ Acerca desta ley se vea la ley quinta titulo quinto libro quarto Recopila. adonde se dize que fecha publicacion de testigos, no se pueda alegar nueua excepcion en aquella instancia para ser recebida a prueua, pero que por confession de la parte o escriptura publica la pueda probar, y por la ley tercera titulo octauo libro quarto Recopilati. se declara, que pidiendo restitucion aquel que de derecho le competa dentro de quinze dias despues de la publicaciō que se le conceda, tanto que no exceda el termino que se le diere, de la mitad del que se le dio, para hazer la probāça principal, y que en la misma sentencia que se le otorgare, se le deniegue otra restitucion, y que se le ponga pena al tal restituydo, a arbitrio del juez, la qual deposite luego, y lo mismo se declara por la ley quinta titulo nono libro quarto Recopilation.

Ordenamos q̄ los nuestros oydores no consiētan, ni reciban nueuas alegaciones, ni excepciones, y que requieren prouança despues de hecha publicacion a de los testigos en la primera instancia, ni los admittan en la instancia de la appelacion por via de restitucion, ni en otra manera alguna: saluo si aquel que las tales excepciones pusiere se obligare, e diere fiador de pagar cierta pena segun arbitrio de los oydores sino prouare las dichas excepciones.

¶ Lex. II.

a *¶ Despues de hecha publicaciō.* Concordat de verbo ad verbum. l. vigesima. titulo quarto libro secundo, supra. vbi vide addita. Intellige tamen, ni si sit minor petens restitutionem aduersus allegationem omissam; & infra quindecim dies à tēpore publicationis petat. l. quadragesima secūda capit. decimonono lib. Pragmat. Reg. Catholicorū & in ordin. iudicialibus, & aranzeli tabellionum. capitu. nono in codē. lib. Pragma. fol. 148. colum. tertia. Nam regula iuris est, quòd exceptiones nō allegatæ in prima instantia possint allegari in causa appellationis. l. per hāc C. de tempori. appella. vbi non allegata allegabo, & non probata probabo. Probatur in clem. fin. & ibi Bonifa. nu. 8. de appella. l. 8. ibi. *quando el pleyto fuere començado nueuamente ante ellos, que la parte pueda allegar lo que no allegó, y prouar lo que no prouo.* titu. 4. lib. 2. suprà. Pro declaratione adde hic, quæ scripsit Felin in c. cùm dilectus.

ctus.col.1.cum sequen.de fide instrum.

¶ *Hecha publicacion.* Supple, iuxta iuris formam, ri tè, & non ineptè, quia talis publicatio non impediet allegationem factam ea non obstante. dict. clement. fin. ibi, quia proponebatur in epte, de appellationi. tx. elegans in clemen. 2. de testib. ibi, testibus rite receptis. & ibi gloss. vbi & præter. alios est videndus Bonifac.

¶ Lex. III.

a ¶ *Paresciendo.* Obligatio firma deducitur ex pacto nudo, ac exequutionem præse fert iure regio, quamuis solemnitates iuris ciuilis non fuerint seruatæ, si tamen quacunque via, forma, & modo constet de animo volentium se obligare. Hoc dicit lex ista insignis, ac summè Hispanis memoriæ commendanda. De ista. l. fit memoria in curijs de Madrid. ann. 1534. petition. 99. habetur originaliter in ordina. Compluti celebratis à Rege Alphõso. an. 1386. titulo decimosexto Quæ fundamentum habet à capitulo primo. de pact. iuxta communes sententias firmantium ex pacto nudo actionem oriri iure Canonico, per dict. text. in dict. capitulo primo. Barbat. in cap. causam quæ. columna secunda numero octauo de offic. delegat. Imol. in cap. qualiter. ad fin. de pact. Et est communis secundum Huberti. Zuch. in repe. rub. C. de pact. art. 9. numer. 83. non tamen iure ciuili. per tex. in l. iuris gentium. §. igitur nuda vbi. Ioann. Orosci. hanc crebriorem vtriusque iuris authorum opinionem firmat. numero primo contra AEmili. ibi, numero. 69. qui contrariam firmat (nescio quo spiritu) cõmunem. ff. de pact. Andræ. ab Exea veram firmat libro pactorum. numer. 273. Ias. §. in personam. numero quinto. ibi Gomezi. numer. 46. ponit plures casus, quibus oritur actio de iure ciuili ex prædicto pacto nudo. Inst. de actio. terdecim cumulauit nouissimè Berengari. Fernandus in repe. l. pacta conuenta numero vigesimosecundo versi. Prima itaque exceptio. ff. de contrahenda emption. Ratio autem quare iure ciuili non sit actio prodita tali nudo pacto, ponit post Bald. & alios referendo Fortunius Garf. in l. iuris gentium. §. prætor ait. numero decimo octauo. ff. de pact. Corasi. libro tertio iuris ciuilis miscellan. capitulo decimoquinto numero decimotertio. Huberti. Zuchard. in rep. rubr. C. de pact. nume. vigesimoprimo. versicul. Nec etiam obst. Et Andræ. ab Exea libr. pactorũ numer. 270. De hac re est videndus Felin. in dict. capitulo primo de pact. Ludo. Charond. de verb. obliga. ad capitu. sextũ. fol. decimo tertio. columna prima. Fides enim seruanda est æquitate & ratione naturali. l. prima. ff. de pact. Sed videmus, quòd eadem æquitate omnia pacta nuda seruari deberent, quam vestita. Probatur, quia in omni pacto licita fides versatur, est enim promissorum constantia, & veritas. vt inquit Cicero libro primo. de officijs. Fortuni. in. l. prima. columna prima & in. l. iuris gentium. §. prætor ait numero decimo quinto. ff. de pact. Cœli. Rhodig. libro nono capitul. vigesimo primo. fol. 343. & Valeri. libro sexto. Historiæ Ecclesi. titul. de fide obseruanda. fol. 56. vbi de fidei obseruatione plura tradiderunt huic legi cõsona & necessaria. Ideo que ne vnde processerunt iura sequantur iniuriæ, si promissiones quantumcunque nudæ non seruarentur, & iniquitas maxima esset in hoc dissoluere obligationem naturalem, quæ ex nudo cõsensu oritur, optimè statutũ est ex tali nuda promissione teneri, omissa iuris scrupulosa subtilitate. Facit illud Psalmistæ, Quę procedunt ex labijs meis irrita non faciam.

Vnde summi principes peccarent, si nudæ promissiones,

¶ *Ley. III. Que contra la obligacion o contracto no se pueda poner excepcion.*

¶ El Rey don Alonso en Alcala Era de mil.ccc.lxxxvj.

ADDICION.

¶ *Esta ley se confirma por la ley segunda titulo diez y seys libro. 5. Recopil.*

PAresciẽdo a que alguno se quiso obligar a otro por promission, o por algun contracto, o en otra manera, sea tenido de complir aquello a aquellos a quien se obligo: y no pueda poner excepcion que no fue hecha estipulacion, que quiere dezir prometimiẽto con cierta solennidad de derecho: o que fuere el contracto, o obligacion entre ausentes, o que fue hecha a escriuano no publico, o a otra persona priuada en nombre

missiones, ac pactiones non facerent seruari, cùm esset venire contra æquitatem, naturalemq; rationem, pariterque aduersus præceptum diuinum. Anton. de Butrio in cap. quæ in ecclesiarum. col. 5 de constitu. ibi Ioann. de Imol. nu. 22. Felin. num. 57. & Beroi. nu. 136. & nu. 142. Alexan. Ias. & Orosci. in. l. 1. §. igitur. nu. 16.

Hinc est, vt pacti nudi executio in foro seculari per viam denuntiationis euangelicæ peti possit, cùm illud constat in foro conscientiæ pactum nudum non differre à solenni. Quam opinionem receptiorem dicit Ioannes Orosci. vbi suprà. col. 3. num. 17. Antoni. Imol. & Felin. nume. 58. idem firmant in dict. cap. quæ in ecclesiarum. Barto. in extrauagant. Ad reprimendum. verb. per denuntiationem. Paul. de Castr. consi. 352. Visis attestationibus. col. 2. num. 4. lib. 2. Panorm. in cap. quia pleriq; de immuni. ecclesia. Andræ. ab Exea in libro pactorum. versic. Duodecimò principaliter fallit. num. 367. Ludoui. Gozadinus in rubric. num. 2. C. de pact. Constat. Nam non seruans promissum, peccat mortaliter, quòd cõstat, cùm possit excommunicari, excommunicatio autem nõ infertur nisi pro mortali. c. nemo episcoporum. 11. quæst. 3. Ioann. Imol. in cap. 1. nu. 2. de pactis. ergo hac ratione compelli poterit ad obseruandam fidem per denuntiationem euangelicam, ex tex. in. c. nouit. de iudic.

Est tamen dubium, Vtrùm ex pollicitatione facta absenti iure Canonum quis obligetur? Et clarior ex ea decisione erit quid de iure Regio, cũ expressius hic id quod statutũ erat iure Canonico inuenitur prouisum. In hac quæstione videtur dicendum locum habere in pollicitatione. c. qualiter. ibi: studiosè agendũ est, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur. de pact. Nam verbum, Promissio, ita comprehendit pollicitationem, prout pactum. l. sciendum. §. dictum. ff. de ædilit. edicto. verbum, studiosè, intelligẽdum est, id est, accuratè & diligenter. ca. sicut. de cohabita. clerici. & mulie. cap. peruenit. & ibi Deci. colũ. 1. num. 4. de appella. cap. veniens. de simoni. vbi Felin. num. 4.

Nec obstat dicere, quòd talis intellectus est extra titulum, nã hoc nullũ impedimentum facere videtur, dũmodò in verbis generalibus comprehẽdat partem tituli, nempe pacta. Imò vt aliquid text. ille adferat extra. cap. 1. debemus illum interpretari in vniuersali significatione verbi, scilicet, tam in pacto, quàm in pollicitatione. Hoc etiam suadetur tali ratione. Nam pollicitationem non seruare, peccatum inducit. c. iuramenti. 22. q. 5. c. licet. de vot. Panormi. in cap. cùm inter vniuersas. de electio. licèt dicat ipse ex pollicitatione minimè pduci actionẽ. Facit illud, quod suprà retuli. Quæ procedunt ex labijs meis irrita non faciam. Sed cum finis iuris Canonici sit occurrere peccato. c. nouit. de iudi. cap. vt animarum periculis. de consti. lib. 6. sequitur, quòd intentio dict. cap. qualiter. eadẽ est in pollicitatione & pacto, quia eadem ratio prohibitionis. Quo argumento vtuntur moderni in dict. cap. 1. in pacto nudo, quamuis in pollicitatione absque contraria ratione teneant contrarium. Nec obstat huic argumento fundamentum illorum, qui fauent opinioni aduersæ, dicentium. c. 1. de pact. correctorium iuris ciuilis esse, ac ex eo restringendum, maximè ad casum, vbi viget minoratio, quam in pacto, nempè ad pollicitationem, cùm istud fundamentum peccet. Primò, quia illud non dubitatur de extendendo ca. de pact. cùm expresse in pactis loquatur. Sed dubium versatur circa text. declarationẽ in dict. cap. qualiter. qui loquitur in promissione & promissio comprehendat sub se pollicitationem, an loquatur de pollicitatione. Et verum est loqui, nec in hoc extenditur, sed comprehendit. vt in dict. l. sciendum. §. dictum. eo magis, quòd & verbis, & eadem ratione comprehendit pollicitationem. Et ita notauit ibi Panorm. in. 2. notabili. Item etiam & secundò in eo peccat, quatenus dicunt. c. 1. de pact. correctorium esse. Nam hoc verum esse non fatebimur, cum ius ciuile cessat in danda actione ex pacto nudo, & sic non assistit, nec resistit, vt declarat Fortuni. in. l. iuris gẽtium. §. sed cum nulla. ff. de pact. sed in eo, quo aliquis cessat, nihilq; decisum reliquit, cõtrariari, vel corrigi, nisi de negligentia tantum reprehendatur. Item & si verum esset, quod corrigeretur, tamen corrigitur ratione, & æquitate naturali. Vnde non est considerandum odium correctionis. tex. & Paul. de Cast. in. l. bona fides. ff. depositi. Ergo ex prædicto fundamento constat etiam è nostro iure Regio legem istam procedere in pollicitatione, cum ex promissione oriatur obligatio naturalis. l. 1. ff. de consti. pec. l. 1. de pact. ff. ac actio de iure canonico. Bellame. nu. 3. q. 2. post alios in dict. c. 1. de pact.

In contrarium, quòd non oriatur obligatio naturalis ex pollicitatione, dato quòd non interuenerit nuntius, vel epistola, vt infra dicam, est tex. in. l. 1. §. 1. ff. de pact. vbi text. inquit nullam esse obligationem, in qua non insit conuentio. Ponderanda est ergò illa vniuersalis negatiua, quæ debet importare, vt non solum non sit obligatio ciuilis, sed nec naturalis. Quando enim oratio negatiua sumitur ex vniuerso, si aliqua pars est falsa, tota oratio erit falsa. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. Din. consi. 40. Quæstio talis est. circa fi. Bart. in. l. 4. §. Cato. col. 6. de verb. obligatio. & in. l. si is qui pro emptore. col. 12. versi. Pro istorũ declara-

declaratione. ff. de vsucapio. & in. 2. disputatione incip. Pisanæ ciuitatis consilio. Ideo soliti sumus dicere negatiuam negare in infinitum. gloss. in. l. hoc genus. ff. de condi. & demonstratio. Et in pulchra quæstione docuit Oldrad. consil. 16. Thema tale est. Facit glo. in. c. dilectus. consuetudinem & his, quæ scribit. Deci. consil. 3. col. 3. lib. 1. Et præcepta negatiua negare semper & ad semper Theologi dicunt, & nos iam alibi docuimus. Cum ergo in pollicitatione non sit conuentio, ergo nec debet esse naturalis obligatio.

Secundò confirmatur ex lege, cùm amplius. §. ijs natura debet. ff. de regul. iur. ponderando text. quatenus dicit, ijs natura debet, quos iure gentium dare oportet. Sed habemus, quod ita demum quis iure gentium obligatur, si interuenisset consensus simultaneus contrahentium. l. consensu. cum glo. ff. de action. & obliga. de qua nos diximus in repe. l. filius dum in ciuitate. ad Seguram num. 75. ff. de verb. obliga. & Huberti. Zuchard. in. repe. rubr. C. de pact. nu. 17. igitur nec ex pollicitatione facta inter absentes. vt probaui ad Segurã in. d. repeti. nu. 75. posita in versi. Ex hoc infert singulariter Bart.

Confirmatur tertiò. Nam secundùm communem quando quis stipulatur dari absenti, non oritur etiam naturalis obligatio. vt probant Reyne. de Forliuio. Angel. Raphael Cum. Paul. & Alexand. num. 7. in. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obliga. Bald. in. l. certi conditio. §. quoniam. per illũ text. in verb. nulla est stipulatio. ff. si certum petat. colũ. 2. versic. oppono quòd licèt non valeat.

Quartò facit in terminis, quod ex pollicitatione facta alteri non oriatur obligatio naturalis, hoc dato, quod non interueniat nuntius, vel epistola. Bart. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu. 16. ff. de pact. vbi Bal. col. 6. versic. Item quæro. & Fulgos. Socin. Lancelot. Galiaula. num. 189. versic. Duodecima sit conclusio. Bald. nouell. num. 52. versi. quinto & vltimo. Ioann. Crott. in priori lectura. num. 28. & in posteriori num. 11. Alciatus nu. 9. & Hieronymus Verius. num. 25. & nu. 44. versi. Tertia conclusio est. in rubri. ff. de verbo. obliga. Ias. in. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. nume. 5. ff. de pact. Baptist. Caccialup. in tract. de pactis. q. 5. principali. in princi. Fortunius in cap. 1. nume. 12. versic. Prima declaratio. de pact. Huberti. Zuchardus. in repet. rũb. C. de pact. col. 8. num. 31. qui omnes sequuti sunt hanc opinionem, dicẽtes communem esse, quod ex pollicitatione non oriatur obligatio naturalis, nec actio de iure Canonico, nec pariformi ratione de nostro iure regio fatendum est, vt asserui ad Seguram in repe. l. filius dũ in ciuitate. num. 75. ff. de verbo. obliga. ac nouissimè Doctor Ioan. Orosci. in. l. iurisgentium. §. igitur nuda. num. 27. ff. de pactis. per plura fundamẽta docet Iacobus Niger in rub. ff. de verb. oblig. num. 77. reputans hunc articulũ subtilem, & elegantem. Pro contraria verò parte ibi adducit. 8. fundamenta, non refero, quia ibi sunt scripta.

Quinto ex eo probatur. Nam lex ista noluit obligationem inducere vltra obligationem, quæ producitur iure Canonum ex pacto nudo, non tamen voluit obligare promittentẽ absenti ante acceptationem pollicitationis, num antè non est orta actio efficax ad agendum de iure Canonico, prout post Panorm. in. d. c. cum inter vniuersas. de elect. col. fi. nu. 13. tenent communiter doctor. vt retuli suprà. versic. Quarto facit. Ergo idem dicendum est iure nostri regni.

Sexto facit. Nam ex tali pollicitatione adhuc non fuit producta obligatio naturalis interim quo non fuit promissum acceptum ab illo, in cuius fauorem fuit factum per nuntium, vel epistolam, vt paulò ante probaui, & si non promisi, non habui animum me obligandi, nisi secundum traditiones legitimas legumlatorum, & sic debet interpretari contractus, seu promissio: ergo ante prædictam acceptationem non sum obligatus, ac possum recedere à promissione absq; peccato veniali, seu mortali, cum id fecerim legis authoritate, aliàs sequeretur, quod contrahens in casu, quo de solennitate & forma actus esset necessaria scriptura, de quibus per gloss. singul. adducentem. 34. casus. in quibus instrumentum & sic scriptura necessaria est. in. cap. 1. verb. in scriptis. de censibus. lib. 6. quam dixit singul. Castelianus Cotta in memorialibus iuris. verb. iurisdictio. Ias. in. l. pen. colum. 3. C. de edend. Pan. in. c. ex tenore. num. 2. de concess. præbend. lib. 6. Felin. in cap. cum. m. Ferrariensis. num. 59. de constitu. Roma. consil. 106. col. 1. in princi. Rip. libr. 2. respons. cap. 11. num. 2. Ias. in. l. Gallus. §. idem credendum. nume. 13. ff. de libe. & posthum. Alexãd. cons. 58. col. 1. numer. 2. libr. 4. Auendani. de mãdatis Regum. c. 1. num. 8. Didacus del Castillo in. l. 22. verb. *escriptura publica*. in legibus Tauri. Pleniorem iuris dicit Augusti. Beroi. in rub. de consti. col. fi. num. 88. & eam ibi citat Additionator Ioann. de Imol. in num. 4. litera B. Specula. cumulauit diffusè plures casus ante prædict. glo. d. c. 1. in suo Speculo. parte. 2. titu. De instr. editione. §. restat. num. 14. Tiraquell. de vtroque retract. libro. 1. §. 2. in gloss. 1. numero. 16. versicul. nec nouum aut mirum est. recedendo à cõtractu peccaret. Quod tamen fateri, esset falsum. Ergo & dicere quòd peccet pollicitatione ante acceptionem nolens acquiescere, sed eam improbans iuxta facultatem sibi traditam à iure. Et sic pollicitatio solemnis & perfecta ex omnibus

omnibus suis partibus est, quæ inducit obligationem naturalem ac producit actionem: non tamen de informi, ac non perfecta, & solenni iuxta iuris formam. Sed ista, quæ non est recepta ab illo, in cuius fauorem est facta, est huiusmodi, ergo nullius effectus. contractus enim non potest esse sine aliquo medio coniungente voluntatem contrahentium, puta nuntius, vel epistola. glo. in. l. consensu. verb. consentire. ff. de actio. & obligat. singul. secundùm Felin. in cap. tenor. num. 3. de re indicata. glo. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. & in. l. 1. ff. de contrahend. emptio. facit etiam quæ in pulchra quæstione tradidit Barto. in. l. absenti. col. 1. vers. inducitur in argumentũ. nu. 2. ff. de donatio, sed in pollicitatione nullũ istorũ interuenit, cũ fiat absenti, vel præsenti, nõ cõsentiẽti, ergo nõ est cõtractus, ex quo producatur obligatio naturalis, seu actio aduersus promissorem. Nec obstat lex ista, dicẽs (*o en otra manera.*) nam est dicendum scilicet similis superioribus, & sic obligatoria. Nam dictio alius, alia, aliud, includit similia his, quæ præcesserunt, gl. in. l. si fugitiui. verb. alia pœna. vbi Bald. Angel. Paul. & Salice. & Cep. nu. 18. C. de seruis fugi. Panorm. ibiq; duæ additiones plura congerunt in cap. sedes. col. fi. de rescr. Ias. in. l. quicunq;. num. 2. C. qui admitti. Ludoui. Gomez. in ca. cum *in multis. num. 60.* de rescript. libr. 6. Socin. in. l. quidam relegatus. col. 2. *num.* 5. ff. de reb. dubijs.

Nec etiam impediunt huic communi conclusioni doctorum illa verba, quæ inferius dicuntur (*entre ausentes.*) nam sunt hæc verba accipienda iuxta formam iuris communis, interueniente acceptatione, si præsens esset, si autem absens, similiter per nuntium, vel epistolam. vt per glo. in dict. l. consensu. ff. de actio. & obligatio. & dixi ad Seguram in rep. l. filius dum in ciuitate. nu. 75. ff. de verb. obliga. Couarr. in lib. 1. variarum resolutionum. c. 14. versi. Ex quo infertur. nu. 13.

Nec etiam suffragari videntur illis, qui contrariam opinionem tutari contendunt per hanc legem, ibi. (*en qualquier manera, que parezca que vno se quiso obligar a otro.*) nã procedit quando interuenit voluntas pura, & absoluta promittentis. argu. glo. in. l. pen. ff. de acquir. rer. domini. sed hic, nempè in pollicitatione nõ interfuit cõsensus. cum ex ea non oriatur obligatio naturalis secũdum communem conclusionem suprà relatam, ergo non habebit locum in pollicitatione non acceptata. Et sic practicari audiui ab illustri præceptore Domino Doctore Petro à Peralta. prout ex meis memorialibus factis cum essem scholaris percepi.

Quod autem locum habeat in pollicitatione quemadmodum in pacto nudo secundum Anto. in. c. ex parte. col. fi. de censib. Fortuni. Garsia Hispanus noster subtiliter defendit in. l. 1. ff. de pactis. num. 4. credens continere veritatem. Idem tenet in. c. 1. nu. 13. de pact. extra. Et in terminis nostræ legis tenet Gregori. Lopez in. l. 1. verb. *gran pro.* titu. 11. part. 5. Et fundamentis, quæ pro communi adduci solẽt, respõdet Andræ. ab Exe. lib. pactorum. nume. 105. cum sequenti. Nec mihi ipsi persuadere possum ad tenendum cum communi, stante ista lege regia, quamuis à communi interpretum declaratione recedere tutum non existimarem. & sic iure regio ex pollicitatione regulariter oritur actio & obligatio, licet contrarium foret de iure communi. Plura inferens in specie nostræ legis docet Senator regius Domi. Fernand. Menchacensf. lib. 3. de successio. creatio. §. 21. nu. 42. cum sequen.

Superuenit mihi dubium. Quid si fiat pollicitatio, seu promissio præsenti & tacenti, an erit pactum seu pollicitatio? Respondendum censent doctores pactum esse, & non pollicitationem, ex eo, quia taciti, & expressi par est virtus. l. cũ quid. ff. si cert. peta. igitur erit *pactum* in specie proposita, sicuti si consensisset expressè. Suadetur ex. l. Labeo. ff. de pact. quæ *dicit, ex tacito consensu* fieri pactum, ergo *in casu nostro* erit pactum, in quo adest cõsensus, saltem præsumptus, & sic tacitus.

His adstipulatur. Nam tacens quo ad sui vtilitatem habetur pro consentiente. l. qui patitur. ff. mãda. l. si fideiussor. C. mandat. Bart. & Ias. nu. 3. in. l. quæ dotis. ff. solut. matri. regul. Is qui tacet. de regul. iur. lib. 6. igitur pro hac sententia.

Cui etiam coniici potest. Nam præsumptio legis est ipsa veritas. l. imperatores. §. mulier. ff. de probatio. De quo per Alciat. lib. 4. de verb. signi. pagella. 195. Chassanæ. in cõsuetudi. Burgundiæ. fol. 79. col. 4. nu. 26. Huberti. Zuchard. in rubric. C. de pact. n. 28. Andr. Tiraquell. in rep. l. si vnquã verb. donatione largitus. nu. 234. C. de reuo. donat. Hanc sentẽtiã, quòd dicatur pactum talis pollicitatio facta præsenti, & tacẽti, probat Alex. in. l. huius edicti. col. 4. nu. 18. ff. de pact. *Singulariter* expedit hãc quæstionẽ Huberti. *Zuchard. in d.* repe. rubr. C. de pact. q. 6. n. 26. *vsq;* ad nu. 59. exclusiuè. Quam cõem opinionẽ esse dixi ad Segur. in rep. l. filius dũ *in ciuitate.* nu. 75. versi. Sed tamen si quis polliceatur præsenti. ff. de verb. obliga. Veriorem existimat Ludoui. Gozadi. in rubri. C. de pact. nu. 5. versi. Circa illud an sit pactũ. veram, ac cõmuniter receptã opinionẽ fatetur Hierony. Cagnol. in. l. semper qui non prohibet. nu. 5. contra Deci. ibi. ff. de regul. iur. & in rub. C. de pact. in. 1. lect. & consi. 245. nu. 9. libr. 2. & Areti. in. l. 2. ff. de legat. 1. & cõmuniter tenetur secundum Alciat. in rubr. ff. de verb. oblig. col. 2. versi. Sed insurgit hic prima difficultas. num. 6. Curti. iunior in rubri. C. de pact.

de pact. Præsens enim, & tacēs cum de suo cōmodo agatur, consentire videtur, & sic pacisci. l. tale pactum. ff. de pact. notat Barto. & alij in. l. 1. C. de pact. Nec etiā iure probari existimat, expressum consensum requiri in pactis, ac ideo fatendum censet, tacitum, prout communis dicit, sufficientem esse Hieronymus Cagnol. in dicta. l. semper qui non prohibet. nu. sexto. de regul. iur. Deci. etiam in. 2. lectu. in rubri. C. de pact. nu. 5. respondet his, quæ asseuerat in priori.

Vtrum autem sit pollicitatio, si fiat promissio absenti concernens eius commodum? Quòd sit pactum statim quòd superueniat scientia, dicit Deci. in rubr. nu. 2. C. de pact. Ioan. Crot. in repe. rubri. ff. de verb. obligat. col. 5. nu. 26. versi. Aduerte tamē, quia puto posse teneri. Probatur primò. Nam si fiat actus, in quo agitur de vtilitate absentis, statim quod scit, & non contradicit, consentire visus est. l. si absentis. C. si cert. pet. & quod ibi not. per gloss. Bart. in. l. quo enim. ff. rem ratam haberi. Data igitur certa scientia in absente, ipse reducitur ad paritatem cum præsente, vt dicatur consentire, & voluntas promittentis ad huc durare præsumitur. l. cum qui. ff. de proba. Panormit. consil. 4. col. 3. libr. 2. Maximè per biennium. l. si mulier. la. fi. C. ad Velleian. quo fit, vt probato ꝙ quis noluit consentire, præsumitur deinceps minimè consensisse, secūdum Aret. in. l. in illa. in fi. ff. de verb. obliga. Facit. l. 3. C. de inoffi. testamen. Ergo quando ille, in cuius fauorem fuit facta pollicitatio, superuenit consensus ex scientia: est ac si presens esset, ac recipiens eam ex simultaneo consensu, de quo per Alexan. & Ias. in. l. si stipuler. §. fin. ff. de verb. obliga. quorum dicta habeantur hic pro relatis. Hinc est, quòd in contractibus, qui consensu perficiuntur, interuallum non vitiat, & si constituo te procuratorem, & ex interuallo acceptas, valet. c. licet. & ibi Ioann. And. in nouella. de procura. lib. 6. Anto. Butrig. in. c. 1. de litis contest.

Secundò confirmatur ex. l. 2. & l. si creditores. C. de pact. quibus iuribus ille, de cuius commodo agitur, erat absens, & tamen pactum conficitur. Finaliter & tertiò negotium huius partis confirmare videtur. l. qui autem. in. fi. ff. de consti. pecu. ponderando illam. Qui consentire videtur. posse pacisci inter absentes per nūtium, & per nos metipsos: ergo pactum est inter absentes, remotis etiam nuntio, vel epistola. Quibus omissis, cōmunis est in contrarium, quam tenent omnes suprà relati, tenentes esse pactum pollicitationem factam præsenti, & tacenti, si fiat in vtilitatem præsentis. Et communem dixit Huberti. Zuchard. in repe. rubri. nu. 62. C. de pact. vbi satisfacit prædictis fundamentis adductis aduersus communem,

Primò, quia si vbi præsens fuisset quis, & tacuisset, non esset pactum, quantumcunq; promissio cōcernat eius commodum, vt defendit Zuchard. loco præcitato, ergo multo magis erit pollicitatio isto casu.

Secundò, quia qui promittit absenti, & non adhibet requisita ad pactum, nō videtur velle se naturaliter obligare, vt prædixi, igitur nec pactum fieri poterit, quia deficit concursus animorum requisitus ad pactum. l. 1. ff. de pact.

Suaderi potest. 3. ex dict. l. qui autem. in fin. quatenus inquit. pacisci inter absentes per nuntium. ergo dubitatione caret, si absque nuntio, vel epistola potuisset absens pacisci. De hac quæstio. plene agit Andræ. ab Exca libro pactorum, num. 12.

Dubitari enim solet eo casu, quo quis spondenti dixerit, quòd nec acceptat, neque recusat. vtrum sit pollicitatio, vel pactum? Videtur quòd sit pactum: nam si non continet causam onerosam, eo ipso, quod expressè non contradicit, visus est consentire. cap. is qui tacet. de regul. iur. libro. 6. Cui concinit casus mihi clarus in. l. cum anteà. C. de receptis arbit. Quem Zuchard. in rep. rubric. C. de pactis. num. 82. versic. vnum tamen non prætermitto. inducere contendit hoc modo. Dicit text. ille propè principi. quod laudum mandabitur executioni, si partes subscripserint, quod nō displicet. Sequitur deinde in versi. sin autē. Sin autem minimè subscripserint se arbitri formā amplecti, vt innuitur (sin autem) aduersetur præcedentibus in iure, & in facto, prout est eius natura secundum Bart. in. l. si ita scriptum. notabi. fin. ff. de libe. & posthum. & in. l. si repetendis. ff. de lega. 3. necesse erit fateri, quod in præcedētibus subscribendo subscripserat formam laudi amplecti. sed hoc non erit aliter dictum, quam subscribendo quod sibi nō displicet. Ergo ibi est casus, quòd non displicere est approbare. Sed concludendum est ex his verbis potius pollicitationem induci quàm pactum, cum non contradicere sit medium inter consentire, & dissentire. gl. in. clem. Sæpe. verb. non contradicentibus. vbi Bonifa. col. pen. nu. 5. de verbo. signi. Sensus est, quod non consentit, nec stat medius inter consensum, & dissensum, igitur sequitur quòd spernit, & sic erit solius offerentis sponsio, & per consequens est pollicitatio. vt notat Ias. in rubr. ff. de verb. obliga. col. 3. nu. 7. Zuchard. in repe. rubri. C. de pact. nu. 79. art. 8. Et faciunt quæ adnotauit in. d. rubr. de verb. obliga. Lancelo. Galiaula. nu. 47. versi. Quinto inquantū Dominus meus concludit. omisso Ripa ibi. nu. 25. recedente à Iasone.

Dubitari non insubtiliter à pluribus circa huius legis interpretationem solet, an hodie in contractibus

tractibus innominatis oriatur efficax actio & obligatio ante implementum sequutum ex altera parte, cesset q; repetitio ex capite pœnitentiæ vel causæ non sequutæ? Et videtur quod non inducatur aliqua correctio: nec alteratio circa ius commune, quemadmodum de iure canonico non est inducta circa hos contractus innominatos. vt in terminis huius legis nouissimè aduertit Grego. Lopez in l. 1. glo. *gran pro*. tit. 11. part. 5. citat glos. & ibi nota. in. c. cum inter R. seniorem. de electio. Bald. in. l. siue apud acta col. 2. C. de transactio. Fernand. Menchaceñ. lib. 2. §. 12. nume. 64. de successionum creatione. vbi tenet nullam differentiam constituendam esse in hoc inter vtrũq; ius commune & regium, quia isto casu partes habent animum se obligandi reuocabiliter secundum iuris dispositionem, ideoq; pœnitentia locum habet, in casu nostræ legis secus est, cum loquatur eo tantum casu, quo contrahentes habebant voluntatem deliberatam sese irreuocabiliter obligandi. Sed in prædictis contractibus, quis non censetur habere animum se obligandi irreuocabiliter, ergo &c. Ex hac opinione inferuntur plura, quæ cumulat Dominus Fernand. Menchaceñ. vbi suprà. Cuius dicta & fundamentum cùm ibi transcripta accurate compererim, ab hoc loco remouenda curaui, cùm nunc essem in vltima correctione huius nostri operis, tantum enim refero, quę ab alijs hoc articulo non fuerunt adducta, cum in hac opinione repererim ipsummet Grego. Lopium renuisse de iure istius regni per hanc legem, 3. non esse locum pœnitentiæ, nisi eo casu, quo altera pars nollet, seu differat adimplere, quo casu licita erit pœnitentia ex defectu causæ, ac fidei non seruatæ. Antoni. Gomez probat hanc partem in tract. de contractibus. cap. 8. num. 4.

Confirmatur. Nam obligatio naturalis oritur ex cõtractu innominato, etiam ante rei interuentum, gloss. 1. in. l. petens. in versi. respondeo non, quia. C. de pact. quam communiter sequuntur doctores. secundum Deci. ibi. col. 7. nume. 19. & Socin. in rub. ff. de verb. obligat. nume. 8. col. 2. Ripa col. 10. num. 41. & Ioann. Crott. col. 3. nume. 18. Si ergo virtute consensus partium ante implementum oritur naturalis de iure ciuili, & irreuocabilis erit talis contractus de iure regio.

Rursus confirmatur. Nam in hac lege Regia, & eius decisione non requiritur pactum nudum, ex quo oritur obligatio naturalis, sed sat est sola voluntas, & animus obligandi. vt efficaciter maneat obligatus, quod constat, cũ ex sola promissione oriatur actio, & obligatio, vt præmissum est, & in hoc excedit ius canonicum. ergo à fortiori ex pacto nudo, & reciproca pollicitatione, & promissione facta in contractu innominato hodie orietur actio ex nostræ legis litera.

Secundo his adiungitur talis consideratio. Certum est, quod iuxta traditiones iuris communis, si in contractu innominato interponatur stipulatio, oritur efficax actio, & obligatio ante implementum sequutum ab aliqua parte. l. ex placito. ff. de rerum permuta. Ex quo inquit Bar. in. l. 2. in fi. C. de cõdi. ob causam, quòd cùm hodie de communi stylo, & consuetudine notarij ponant in instrumentis, quòd omnia partes promiserunt per stipulationem, raro, vel nunquam inuenitur contractus innominatus. Paul. & alij posteriores in rub. ff. de verbor. obligat. Sed in hac regia lege nulla constituta est differentia inter pactum nudum, & stipulationem, imò expresse ponit, quòd ex quolibet pacto nudo, & promissione oriatur efficax actio, & obligatio, ac si forma, & solennis stipulatio intercedat. Ergo pro hac posteriori sententia, quæ confirmari, & declarari poterit ex traditis à Baldo nouello in rep. rubric. ff. de verbo. obliga. col. 14. cum. 2. sequenti. à versi. ex quibus etiam inferri potest. num. 53. Et ita tenendũ erit cum præceptore dignissimo loco præcitato, cum declaratione ab eo ibidem scripta. & ante Anton. Gome. idem tenuit Fortun. in cap. 1. de pact. versicu. Septima declaratio est. nu. 30. ad finẽ. fol. 61. colum. 3.

Hinc etiam infertur, quod si quis per pactum nudum promisit stare iurisdictioni alterius iudicis, quàm sui, tenetur, si pœnituerit, conuentioni obedire ad id, quod alterius partis intersit. secundum Ioan. Orosci. ita interpretatem hanc regiam legem. 3. in. l. si conuenerit. num. 3. ff. de iurisd. omnium iudic.

Quæro, vtrum donatio facta absenti efficaciter inducat obligationẽ promissori, taliter quod cum primum venerit in notitiam absentis donatarij, ipse possit donatorem conuenire, & condemnare? Respondendum est quòd sic. Antoni. Gomez in tracta. de contractibus. c. 4. col. 3. Primò per verba, *Paresciendo que vno se quiso obligar a otro, quede obligado*. Ex quibus verbis patet, quod sola voluntas, & intentio volentis se obligare attenditur & consideratur, & non alia perfectior forma, vel solennitas à iure communi requisita in contractu, & per consequens oritur actio, et obligatio ex pacto, & pollicitatione. Secundò, quia lex ista disponit, quod valet promissio, vel obligatio inter absentes, ergo non requiritur nuntius, vel epistola ad coniungendas voluntates, nec simultaneus consensus, sed sola promissio et voluntas promissoris. Tertio, quia lex præsupponit, & vult, quòd statim promissor efficaciter sit obligatus, ergo non suspenditur obligatio expectato nuntio, vel epistola, sed exequutio differtur quousq; absens

eam acceptet, cum valor, & substantia contractus sit collata, & commissa in liberam voluntatem ipsius. argumen. l. in vendentis. C. de contrahend. emptio. tenet etiam Roderi. Suarez in. l. quoniam pagin. 218. num. 7. C. de inoffi. testam. & hanc teneas licet Grego. Lupus contrarium velit in. l. 4. titul. 4. par. 5. & ita consului in fauorem Marchionissæ de Poza. isto anno. 1566. vbi late dixi.

Præterea notandum est ex hac lege, quod ex omni actu, vel promissione, ex qua de iure communi nulla oriebatur actio, nec obligatio ciuilis, nec naturalis, hodie oritur vtraq; addit, exceditq; ius gentium canonicum & ciuile, cùm ex eis nulla oriebatur actio, & obligatio ex pollicitatione, vt suprà præmemorauimus, tamē hodie de nostro iure bene oritur efficax actio & obligatio, attenta litera huius text. Et sic tollitur forma & solēnitas requisita in cōtractu verborum, qui stipulationis dicitur. de quo in. l. prima & in. l. quinta. §. stipulatio. ff. de verb. obligatio. l. prima. §. verbis. & l. obligamur. ff. de actioni. & obligat. §. primo. Insti. de verb. obliga. l. prima titulo vndecimo. par. quinta Tradit Anto. Gomez. libro de contractibus. cap. 9. nu. 3. Tamen secundùm eum virtus, qualitas, & natura huius contractus verborum, & eius materia non abrogatur. Vide in hoc ipsum Anton. Gomez subtiliter aduertentem circa hunc articulum loco præcitato.

Vtrùm autem requiratur causa, ac de ea debeat constare, vt quis censeri debeat obligatus, exequique possit propter promissionem, vel pactum nudum? Responderi oportet, quòd reus tueri poterit ex defectu causæ, ex eo, quia nulla est ex defectu relationis, & apparētiæ, vel si expressa est, nō est sufficiens ad producendam efficacem obligationem, de ea enim constare debet iudici, si exceptum fuerit à debitore, & nisi probata fuerit à creditore legitimè, vel quia promisit scienter sine causa, quo loco posteriori præsumendum est velle donare, liberandus erit à petitione debitor assertus. l. secunda. §. circa. ff. de doli excep. & ibi Alberic. & communiter doctores notāt. & Bald. in. l. vnic. §. ille etiam. columna secunda versiculo de nuo quid. numero quarto. C. de lati. libertā. toll. l. generaliter. cum gloss. verb. causam. & ibi Cin. quæst. decimatertia. C. nō nu. pecu. l. qui sine causa. ff. de condi. sine caus. glos. in. l. nunquam nuda. ff. de acqui. re. domi. & in. l. 1. §. fin. insi. gl. magnæ. ff. de interrogato. actio. Specul. de obliga. & solutio. §. fi. versic. rursus. Roffred. in rub. de actio. quæ ex stipula. compe. Alexand. consil. 157. in princ. lib. 6. facit. l. 1. cum gloss. verb. sine causa. ff. de pollicita. l. nuda ratio. ff. de donatio. l. cū de indebito. §. fin. ff. de probat. & cap. si cautio. de fide instrument. et est communis sententia secundùm Iaso. in. l. filius familiās. §. diui. 2. lectu. col. 1. num. 6. ff. de lega. 1. tetigit Alberic. in rub. ff. de oper. liberto. colū. 2. nu. 7. & in. l. sed et hæc. col. 1. num 4. ff. de cōdi. sine causa. Ias. in repet. l. quominus. q. 27. nu. 194. ff. de fluminib. Andræ. Tiraquell. in repet. l. si vnquam, verb. donatione largitus. nu. 48. versic. Vigesimus octauus. C. de reuocand. donatio. Iterum in. lib. 2. de vtroque retract. in fin. nu. 103. versic. Decimo actauò igitur quæro. Hippolyt. in. l. 1. §. præterea. num. 93. ff. de quæstio. vbi plura in hoc scribit; quæ sunt notanda ad dict. §. circa. eiusque intellectū. insigniter ac late per Barbat. in. l. generaliter. col. 14. ff. de verborum obligat. l. 119. & ibi Gregor. Lopez. verb. *con razon*, tit. 18. par. 3. l. 97. in curijs de Madrid. anni. 1534. Rebuff. in tracta. de chirographorū & schedulā. recognit. l. in princ. nume. 66. Quæ conclusio procedit etiam de iure Canonico. Bald. in. l. si diuisione. ad fin. C. famil. hercis. & in. l. cùm quis. colū. 8. C. de iur. & facti ignorantia. & in. l. petens. ad fin. C. de pact. quia non debet plus posse pactum nudum de iure Canónico, quàm stipulatio de iure ciuili: sed stipulatio sine causa est inefficax obstante exceptione doli. per dict. l. 2. §. circa. ergo nec etiam pactum nudum. Et sic etiam scriptura publica sine causa non erit exequenda per prædicta. quod est no. ad. l. 4. infra eod. dixi in. l. 5. eiusdē tit. in glo. fin.

Præteria confirmatur. Quia vbi est promissio sine causa. nō videtur militare æquitas naturalis. Patet; quia datur exceptio doli, quæ fundatur super æquitate. l. qui æquitate. ff. de doli, excep. Vnde dici potest, quòd etiam de iure gentium promissio sine causa non haberet exactionem, nec de iure Canonico contra Bald. nouellum. de verbo. obliga. super rubric. vbi hoc tenet Lancellot. Galiaula. num. 204. reputans valde vtile in practica. Quæ conclusio pariformiter locum habebit per hanc regiam legem. 3. quia hodie nuda promissio stipulationi æquiparatā est per hanc legem: sed iure ciuili stipulatio sine causa non valet, vt ostensum est; igitur idem dicendum est in promissione absque causa, stante hac regia legē. Quam intelligendam fore censeo, quando promissio talis esset pura, & absoluta absque causa. Secus autem, si contineret conditionem, quæ conditio loco causæ habetur. Ita notāt Paul. de Castro, reputans menti tenendum in. l. Titio. num. 3. de verborum obligat.

Secundò declara, nisi eo casu, quo quis scienter promitteret, & sic in instrumento diceretur, quòd ex certa scientia promittit, sciens se ad prædicta non teneri, nam tunc est præsumpta obligatio ex causa donationis. l. Campanus. ff. de oper. liber. Et

ber. Et ideo cum iure Canonico, ac nostro regio regulare sit, quod ex pacto, seu nuda promissione oriatur efficax actio, erit fortassis eo iure talis promissio facta nudo pacto efficax, cum sit præsumpta donatio. Cum hoc in casu cesset ratio, de qua per Barto.in.l.iurisgentium.§.quinimo. ff.de pact.dum ait.l.si quis argentum.C. de donatio.locum non obtinere in præsumpta donatione, ne cōcurrant duo specialia, nempe præsumptionem donationis, & perfectionem ipsius ex virtute pacti nudi. Quippe cum hæc duo specialia sint tantum considerato iure Romanorum ciuili, secus tamen attento iure Canonico, ac regio. Quod est quotidianum, ac vtilissimum in actibus forēsibus, ideoque cogitandum relinquo.

Declaranda erit etiam ista lex locum habere tam in donatione simplici, quam in donatione causa mortis, in quibus regia ista lege stante non requiritur præsentia donatarij, sed in eius absentia donator remanet efficaciter obligatus (ad hoc tamen, vt in iudicio exigi possit, prius constare debet de acceptatione donationis.) vt singulariter docet doctor, ac Archipræsul meritissimus Didac. Couarr. in relectio.rubr. de testam.3. part.numero.13. cum sequent. vbi citat istam legem.3. & in libr.1. variarum resolut ca.14.nu.13. versic. Ex quo, infertur verus intellectus, nec reuocari poterit à donatore ante acceptationem donatio inter viuos facta, secundū eund. Archipræsulum in duobus locis proximè citatis. Quod est in practica singulariter notandum.

Quæro, Vtrum eo casu, quo quis vendidit rem Petro pro mille cum pacto, quod inde fieret scriptura, possit alter ex cōtrahentibus resilire à contractu, & sic pœnitere antequam fuerit facta scriptura? Videtur quod non, quia iam iste ex contractu sui virtute, & essentia ex promissione erat obligatus, ac de tali obligatione constat, quæ valida est absque aliqua alia iuris solennitate, ergo sine scriptura, & sic inuentio l. contractus. C. de fide instrum. hodie locum non habeat per hanc legem, ibi, *paresciendo*, & ibi, *como quiera que parezca que vno se quiso obligar. &c.* Et sic venditor, seu emptor erit cogendus ad hoc, vt faciat scripturam iuxta formam conuentionis. Nam in contractibus, qui possunt fieri in scriptis, & absque scriptura, non censentur partes voluisse celebrare in scriptis, quamuis voluerint scripturam de tali contractu confici, nisi expresserint se velle in scriptis cōtrahere. gloss. in §.1. Insti. de emptio. & vendi. Iacob. Butrig. & Cyn. in. l. contractus. supra allega. & ibi Salice. Mechac. alios ad id citādo dicit coēm in lib.2. de successio. creatio.§.11.nu.13. & cōmuniter approbatur secūdum Grego. Lopez. in. l.2. verb. *en poridad* tit.1. parti.6. Et est opinio Ioā. dicentis, quod quamuis agatur à cōtrahētibus quod fiat scriptura de contractu, non per hoc dicitur fieri in scriptis, nisi partes dixissent, quod celebraretur in scriptis, & quod non valeat ante confectionem instrumēti prædictus contractus. Et hāc opinionē in hac specie coēm dixit Ange. in prin. Insti. de emptio. & vendi. Decius consi. 340. nu.3. libro.3. & Grego. Lopez in. l.6. verb. *vender.* tit.5. vbi alios huius sententiæ nomines refert, & omnes ita tenent secūdum Iacob. Butriga, in. l. fin. si cert. pet. Barbatia in. l. sciendum. col.18. & arguo sic. ff. de verb. obli. eandem cōmunem refert Barbati. in rubr. de emptio. & vendi. nu.8. versic. Sed contraria pars videtur verior. Facit, nā sermo debet esse subiectus rei & non res est subiecta sermoni. c. præterea. & ca. intelligētia. de verb. signi. non enim in folijs, sed in sensu consistit euangelium. ca. Marchion & Basilides.1.q.1. Sed natura cōtractus emptionis & venditionis est, vt solo consensu perficiatur. l.1. & l.2. ff. de contrahend. emptio. nec ad sui esse, substantiam, & formam desiderat scripturā. l. non idcirco. ibi, vel instrumentum. C. de contrahend. emptio. l. quoties ibi, obtentu non datorum instrumentorum expelli te à possessione non patietur. C. de rei vendicat. l. cū instrumentis. C. de fide instrum. notatur in. l. pactum quod bona fide. C. de pactis. l. contrahitur. ff. de pigno. actio. & in princip. Institu. de emptio. & vendi. tradit Boeri. decisio. 48. numero. 17. ergo quamuis adiectum sit quod fiat scriptura, non erit locus pœnitentiæ per præmissa, ne dicamus illud Terentij. Hui tam cito? Item facit, contractus est perfectus consensu ergo ex eo, quod partes mentionem fecerunt de scriptura, si non dixerunt, quod aliter scriptura non perfecta non valeret contractus, debuit valere, ne tollatur contractui substantia ipsius. Nam iuxta doctrinam Aristote. 1. de anima, illud quod euenit enti & actui, est accidens ipsius, sed quod contractui emptionis & venditionis accidat scripturæ mentio in specie proposita est accidens cō tractus, qui consensu perficitur, consequens ergo erit nullam alterationem enti inferre, & sic contra etiā. Quæ opinio Barba. in locis proximè citatis visa est verior.

In oppositum tamen vrget voluntas contrahentium, qui voluns habere contractum pro perfecto tunc demum, cum scriptura de ipso fuisset facta, & absque ea voluntas fuit, ac præsumenda est in cōtrarium, & sic reuocabilis. glo. est singul. in. l. inter patrem. verb. sine scriptis. ff. de contrahend. emptio. Tenet Azo in summa, col. fi. num. 27. C. de fide instrum. sequuntur doct. secūdum Salicet. in authen. Sed nouo iure. colū.3. C. si cert. petatur. Et istam opinionem in puncto rationis veriore probat esse Gregor. Lopez in. l.6. in glos.

1.titul.5.par.5.Paul.de Castro in.l.cum res.col.1 versi.sed aduerte quotidie contingit.C.de probа. dicens hunc casum habuisse Florentiæ , & alias de facto pluries vidisse. & latius in dict.l.contractus.colū.1.C.de fide instrum.Socin. cōsili. 120. num.17.lib.4.Et est communis secundum Anto. Gomez.in lib.de contractibus.c.2.num.17.versi. Item quæro an in contractu emptionis. & placet Nicolao Boerio.decisio.48.nume.18.&est regia. l.6.ibi. *Quiero que sea desta vendida carta hecha, y la vendida, &c.* tit.5.part.5.

Quo fit, quod si venditio fuerit facta ad mensuram, antequam res mensuretur, erit imperfecta venditio.l.si in venditione.§. vbi vero.ff.de pericul.rei vendi.l.Iulianus §.Titius. & ibi Alexand. Andr.in additio.ad Bart.ff.de actio. empt. Boeri. decisio.183.num.8.

Fallit tamen, quando ex aliquot coniecturis constaret de intentione partium, quod per hoc no luerunt in scriptis contrahere, sed voluerunt scripturam tantum ad probationem. vt tradit Gregor.Lopez vbi supra.post.Francisc. Aretin.consi. 15.dubi.2.Deci.consi.340.

Non obstat lex ista. Nam natura contractus est sequenda, nisi accidens proueniens ex partium consensu illam modificet, vel alteret in euentum instrumenti, quo tempore perficitur, & non ante contractus. Ergo lex ista sic est accipienda text. in.c.fi.§.ex cōtractibus.&ibi gl.verb.lege.de reb. eccles.lib.6.facit.l.2.ibi, *fuera por auenencia de amas las partes.* titul.10.libro.3.foro.legum.& facit.l.3. eodem titul.& ibi gloss.1.l.quod si nolit.§. sed & quid.ff.de ædilit.edicto.Angel.in.l.si quis arbitratui.colum.2.ff.de verborum obligat.vbi habetur, quod ex conuentione partium potest fieri, quod duret perpetuo arbitrium, quamuis alias duret quadraginta dies. Facit text. in capit. Rainaldus.ibi, prout ex forma compromissi. de testam. Præterea ex tali promissione nullum ius quæritur ante absolutum instrumentum partibus.l. contractus. ibi, Quod necdum est impletum, vel absolutum, aliquod ius sibi ex eodem contractu, vel transactione vendicare. C.de fide instrum.ergo re integra pœnitere posse non est dubium.

Hinc infertur ad Bartol. decisionis comprobationem in.l.qui Romæ.§.Flauius Hermes. col. 1. versic. Vlterius habetis hic.ff.de verb.obliga.quatenus vult, eum qui donauit alicui aliquam rem ea lege, vt post certum diem quæreretur ecclesiæ, posse remittere modum donatario, absque respectu præiudicij ecclesiæ, cuius tamen contemplatione ille fuit a dictus. Cuius opinio potest sustentari ex eo, quia actio irreuocabilis non est quæsita ecclesiæ ante acceptationem expresse factam illius iuris deducti à donatore in donatiōe, ideoq; forsan præmissa ratione cum sit ius ad rem & non in re.faciliter diluitur. vt in simili probat Marti. Nauarr. præceptor noster præclarissimus in relect.c.si qn.excep.6.de reit.per plura ab eo citata igitur reuocari non est dubium potuisse donator. Quam Bart.doctrinam cōmuniter recipiūt doct. secundū Nauar.vbi supra exceptio.14.vers.Quarto cōtra illā doctrinam, pagi.79.nihil tamen allegat prćter Bart.loco prćmemorato.Iaso.in.l.2.q. 23.nu.66.C.de iure emphyteu. Alex.consil.240. nu.4.lib.2.Rip.lib.3.respōso.c.16.n.3.Andrę.ab Exea libro pactorum.num.243.Fernand.Gomez Arias in.l.25.nume.30.in ordina. Tauri.Chassan. consil.28.nu.11.Anto.Gome.in.l. 40. Tauri.nu. 29.Aymon consilio.135.n.10.& sic magis cōmunem opinionem cum Bart.esse prædicti expresse firmāt.& alij plures, quos citat Petr.Duen.suo tractu.regul.cum fallent.regul.216.Donator. Primo adduci solet pro hac parte text.in. l.3. ff. de seru. exportand.vbi si dominus alienauit titulo.venditionis, seu donationis seruum suum sub hac lege, vt intra certum tempus manumittatur, transacto illo tēpore efficitur liber, ita demū si dñs perseuerauerit in eadē voluntate. Vnde si ante tēpus completum, pactū illud, vel modū reuocauerit, nō erit liber. Sic ergo in præiudiciū serui potuit dñs pactum, vel modū tollere. Conijci potest ad idē tex. in.l.1.cum.2.sequenti.C.si mancip.ita fue. ali. ne man. l. 3. ff. qui sine manu. ad liberta. peruc. l.si pecuniam.§.si seruū.ff.de condi.ob causam. Ergo ita in casu proposito donator poterit reuocare pactum, vel modum iniunctum donatori in fauorem tertij.

Secundo id adduci solet. Nam in specie proposita tertio est quæsita actio virtute contractus innominati resultantis, habita relatione ad id, quod eueniret in modo. merito igitur locum habere debet pœnitentia. vt in.l.si pecuniam.in principi.ff.de condi.ob causam. Vnde quemadmodum in contractu innominato tota dispositio per pœnitentiam reuocari potest, ita & quælibet eius pars. Hanc partem sequuntur doctor. secundum Francisc. Areti.consilio.74.columna quarta. versicul.Venio ad tertium.nu.9.& in.d.§. Flauius. colum. 3. testatur tutius esse tenere cum Barto. vbi Imol.Alexan.Iaso.Petr.de Besut.Raphael, & Socin.qui hanc magis communem dicit columna. 6. versi.Sexta conclusio.nu.17.

Contrariam tamen opinionem, imo quod non possit reuocari modo adsit consensus donatoris, modo donatarij insimul, vel diuisim, tenet subtiliter ibi Paulus de Castr.nume.3.&in.l. qui insulam.§.fina.in fin.ff.solut. matrimonio. & in dict. l.si pecuniam.3.colū.quæst.4.& in. l. si cum venderet.colum.2.nu.5. ff. de pigno. actio. Francisc. de Al-

de Albergo in.l.3.ff.de seru.export. Salicet.in.l. quoties.C.de donatio.quæ sub modo. & in.l. prima.colum.1.num.5,C.si mancipi.ita fuit.alien.vt manumit.Rodericus Suarez in allegat.19.versic. Per quam legem in proposito.& in repet. l.quoniam in prioribus.8.quæstio.fol.102. qui hanc vltimam contra Barto.dicit communem, & quod omnis schola scribentium tenet aduersus Bartol. C.de inoffici. testamen. Plura iura facientia pro hac parte tradit Antoni. Gomez.in l.40. Tauri. num.29.approbans hanc opinionem, & respondet ad contraria. Et Bart.sententiam reprobatam inquit esse subtilis Emanuel Acosta in quæst. De succesio.Regum Portugalliæ.pagin.62. Guilielm.Benedict.in repe.c.Rainutius.verb.si absq; liberis.2,numer.23.Et Couarru.has duas opiniones contrarias adducit libro.1.variarum resolutio. capit.14.num.7.vbi optime resoluit. Et ista opinio contra Bart.probatur in hac regia lege.3. qua cauetur,quod in contractibus innominatis etiam nullo implemento sequuto oritur actio, ac non est locus pœnitentiæ,vt dictum est. Tum etiam, quia ex eadem Regia lege constat,quod in absentia quæritur ius etiam alteri per alterum, ergo nõ poterit reuocari.c.si tibi absenti.de præben.lib.6 l.si.ff.de pactis.notat Ioan.Lup.in repet.rubri.de donatio.§.55.ad fin.

¶*No pueda poner excepcion.* Dubitatur an ista lege non obstante minor possit se opponere contra tale instrumentum petendo restitutionem. in quo dubio est dicendum posse.ex glos.in. l.postquam liti.in glo.fin. C.de pact.per quam ita tenet Iaso. in.l.prima,numero decimo. ff. de iur.om.iu.licet Bal.in.l.in causæ.2. ff. de mino.in prin.videtur se inclinare in contrarium. Nec transactio super tali promissione locum habebit,cum ex ea appareret,ac liquide constet se obligare voluisse cum effectu,per regulam traditam a Bartol.in.l. eleganter.in princip.ff.de condi.indebit.columna secunda.num.1.Angel.in.l.1.ff.de transactio.vbi habetur,quod quando res est liquida,nõ potest transigi,nec compromitti.Idem voluit Angel. in dict. l.eleganter.§.si quis post.Barba.consil.42. col.9. libr.1.Ludoui.Roman.consil.504. In casu propositæ consultationis.versicu.His tamen non refragantibus.vbi statutum de causis compromittendis locum habet in re dubia,non autem in ea, quæ iam decisa est per sententiam transactam in rem iudicatam,quæ pro veritate accipienda est.l.res iudicata.ff.de re iudicat.

Dubitatur tamen, Vtrum excipi possit ex defectu solemnitatis casu,quo se ipsum consensu astringit tali obligatione, de ea tamen constare in iudicio non potest,vel sumus in terris, vbi ex pacto nudo non datur actio absque peccato. Videtur dicendum quod non possit, quia ex promissione naturaliter fuit obligatus ex pacto nudo. l. 1.ff.de pact.l.iuris gentium.§.Prætor ait.ff.eodẽ. idq; violare peccatum est.gl.in capitulo primo de pactis. Quam æquitatem naturalem ius Canonicum,ac ius nostrum regium sanctissime per hanc legem approbasse constat,& habitum est supra in prima.gloss.Tradit etiam obiter Couarru.in cap. cum in officijs,numero decimo.de testam. Quæ enim procedunt de labijs meis irrita non faciam. inquit Psalm.Ergo siue actio denegetur illi,in cuius fauorem ex pacto nudo fidem interposuisti ex lege,aut quia promissionem nudam probare nequit ex defectu testium, & tu recusas adimplere promissum per exceptionem,peccas, ac ei teneberis in foro animæ satisfacere. Nam ex lege naturali, quæ supra omne ius positiuum est, cum sis obligatus,interim quo iusta causa alia cessante excipis,detinẽs alteri debitum ex tua promissione, & non liberaberis à peccato.per regulam. peccatum.de regul.iur.lib.6.quacunque legẽ, seu causa positiua repugnante.argum.tex.in.c.fin.de præscript.legem superioris,hoc est Dei,& naturæ ab homine tolli nõ posse plus quam expeditum est. cap.literas.de resti.spolia.§.sed naturalia quidem iura.Instit.de iure natural.genti.& ciui.c.1. §.nũc autem.ibi,nam nec variatur tempore,sed immutabile semper permanet.distinct.5.§.sed agnationis. Instit.de legitim.agna.tutel.cum dicit,quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest,naturalia vero non vtique. Socin.in.l.si quis iniquum. §.si is pro quo.ff.quod quisque iur.

Quæritur, cum hic detur actio ex pacto nudo etiam alteri per alterum quæsita, vtrum sit vtilis, an directa?Bartol.in.l.prima.§.sublata.ff.ad Trebellia. dicit;quod si ex forma statuti alteri per alterum quæritur actio.intelligi oportet acquiri directa.Si tamen statutum diceret,quod transferatur actio de vno ad alium,vtilem actionem transferri ait Segura in repetio.l.filius dum in ciuitate. numero.75.ff.de verborum obligatio. Tangit Bartolus in repetitio. l. si arrogator. numero primo. ff. de adoptio.

Contrariam tamen sententiam,imo quod competat vtilis,& non directa in specie proposita amplectuntur in dict.§.sublata.Angel.Alexã. Soci. Iaso,& cõmuniter docto.teste Francisco Ripens. numer.17.Primo per.l.pen.C. de appell. Secũdo ex regula generali, à qua recedendum non est, quæ habet, quod vbi lex dicit acquiri actionem alteri per alterũ absq; cessione, quod acquiritur vtilis.vt notatur in stipulatione in.l.3.ff.rem pupill.saluam fore.l. 1. C. de do. quæ sub modo. glos.in authen.donationem. C. de iure doti. & in ca.quanquam.de vsur.lib.6.Et hanc ipse Rip. per præ-

prædict. reputat veriorem, respondetq; ad tex. in l. certi condictio. §. si numos. ff. si cert. petat. non obstare, cùm speciale sit in mutuo propter singularia priuilegia illi concessa. l. singularia. ff. si cert. peta. Regulare est, quod alteri per alterum non quæritur actio. vt in. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verbor. obligat. §. alteri. & ibi not. Instit. de verborum obligat. notat Panormita. in procemio Decretali. §. Gregorius. numer. 21. vbi pulchre loquitur, ponens plures casus, in quibus de iure communi alteri per alterum quęritur actio. Quibus iuribus consonat. l. septima. tit. 11. part. 5. Quę iura hodie cessare videntur, attenta lege ista, & eius dispositione. Cuius litera, cum meo iudicio sit castigatior, quam in codicibus, qui passim circum feruntur, hic inserere placuit, vt sensus ipsius rectius clarius, & melius percipi possit. Tenor cuius est qui sequitur.

Paresciendo que alguno se quiso obligar a otro por promißion, o por algun contracto, o en otra manera, que sea tenido a aquel a quien se obligo.

¶ *Y no pueda ser puesta excepcion que no fue fecha estipulacion, que quiere dezir prometimiento con cierta solemnidad de derecho. O que fue fecha la obligacion, o contracto entre ausentes, o que fue fecha a escriuano no publico, o a otra persona priuada en nombre de otros entre ausentes, o que se obligo de dar a otro, o de fazer alguna cosa a otro.*

¶ *Mas que sea valedera la abligacion, o el contracto, que fueren fechos en qualquier manera que parezca que alguno se quiso obligar a otro, o fazer contracto con el.*

Ita habetur originaliter in vetustissimo codice manu scripto, quo rex Alphõsus vndecimus anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo Compluti. tit. 16. *De las obligaciones.* l. 1. meminit de ea Couar. lib. 1. variarum resolutionum. c. 14. num. 13. versic. Ex quo infertur verus intellectus. Refert Mēchacē. lib. 2. de successio. creation. §. 12. num. 64. & adde quę notat Grego. Lopez. allegando in genere istam. l. 3. scilicet in l. 35. verb. *y no sera despues.* titul. 4. par. 3. Notandũ est præterea, quod inquantum litera huius text. ibi, dum dicit, *de dar a otro*, debet dicere, *dar otro*, nã litera. à, superflua est, nec debet esse, quia diceret idem, quod dixerat supra. secundum Gregor. Lopez in. l. 11. titulo. 11. part. 5. in gloss. 1. Nã tenet per hanc legem ex promissione facti alieni teneri promittentē se facturum, & curaturum, vt actus magis valeat, quam pereat. Iure tamen ciuili constat, promissionem facti alieni non inducere obligationē, nec subrogatur obligatio ad interesse. l. stipulatio ista habere licere. ff. de verbor. obligatio. tex. & glo in. l. sicut reus. ff. de fideiusso. §. si quis alium. Instit. de inutil. stipula. l. 11. titulo. 11. part. 5. nam inter stipulantem & promittentem debet aliquid negotij ac interesse verti. l. inter stipulantem. ibi, non de se quenquam promittere oportet. ff. de verborum obliga. l. quæcunque gerimus. ff. de actio. & obligatio. Hanc rationem ponit Bart. in. l. 1. n. 2. versi. pro huius declaratione. ff. de pact. Ange. Imol. Cuman. & Ias. nu. 2. qui cõmunem firmat in. l. stipulatio ista. ff. de verborum obliga. nisi quis promiserit se facturum, & curaturum, quod alter facit. l. quoties. ff. de verborum obligat. Aut stipulationi fuerit adiecta pœna. dicta. l. stipulatio ista. in princi. versicu. at si quis velit. Couar. in repet. ca. quanuis pactũ. par. 2. §. 5. de pactis. lib. 6. vbi pro resolutione facit aliquas conclusiones notabiles. Quæ conclusio etiam stante hac regia lege procederet contra notata per Gregor. Lopez loco præmisso, imo quod non sit valida obligatio & promissio facti alieni simpliciter facta alicui, vt in facti contingentia lis est sub iudice. Constat, quia lex ista tantum tollit solemnitatem stipulationis & contractus verborum, non tamen tollit alia substantialia, & naturalia ipsius cõtractus, ergo cum stipulatio facti alieni non valeat similiter hodie per hanc regiam. l. nõ valebit promissio vel obligatio eiusdē, Antoni. Gomez præceptor honore semper dignus in expressis terminis huius legis tradidit in tracta. de contractib. ca. 10. nu. 23. versicul. Aduertendum tamen quod licet. Nec obstat huic doctrinæ illud, quod tradi solet, quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. §. si quis promiserit. ff. de re iudica. text. & gloss. in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obliga. glossa. & Bartol. in. l. prima. in verb. agitur. ff. de actio. emptio. nam locum habet interesse tum demũ, cum ipsa facti promissio fuit valida de iure, & non inutilis. Bartol. in. l. stipulatio ista. columna secunda. numero tertio. & Paul. numero tertio. ff. de verborum obligationibus. quia promisit quis factum proprium, secus tamen, quando quis promisit inualide, nempe factum alienum, ex qua promissione nõ oritur obligatio, vt præmissum est. Quãdo enim quis promisit factum suum, constat se voluisse obligare, & manet obligatus naturaliter per hanc legem, quæ considerat voluntatem promittentis, & non solēnitates inductas à iure, nam semel valide promissum, adimplendum est, vt in. 1. gloss. dixi, nam æquitati naturali, in qua se fundat ista lex, repugnat fidei violatio. l. 1. ff. de consti. pecuni. l. ex empto. ibi, cum enim bonæ fidei iudicium sit, nihil magis fidei conuenit, quam id præstari, quod inter contrahentes actum est. l. nõ

mino.

minorem. C. de transactio. intantum, quod etiam ipse princeps obligatur ex sua promissione, nam ipse naturaliter & ciuiliter manet obligatus. Facit, nam obligatio, quæ consensu perficitur, est de iure naturali, cui princeps subijcitur, nam non potest eam tollere. clementina Pastoralis. §. cæterum. de re indic. §. fin. Instit. de iure natur. gent. & ciui. §. sed agnationis quidem. Institu. de legiti. ag nat. tutel. Socin. in. l. si quis iniquum. §. si is pro quo. numero septimo. ff. quod quisque iur. Innocen. in capitulo. quæ in ecclesiarum. de consti. capitulo primo. vbi Panormitan. Feli. Areti. & Deci. de proba. Iaso. singulariter in consilio primo. dubi. 1. libro primo. Bald. in. l. qui se patris. numero decimotertio. C. vnde liber. Paul. de Castro. in l. princeps. numero quarto. ff. de legi. & in. l. digna vox. C. eodem titulo. numero quinto. Romanus. consilio quinquagesimosecundo. Deci. consilio. 286. columna quarta. numero septimo. Aymon Crauette cõsilio. 135. columna tertia. numero quinto. Quod obligetur princeps ex suo contractu etiam ciuiliter, ex eo suadetur, cum inter contrahentes æqualitas sit seruanda, quo fit, quod quemadmodum priuatus obligatur naturaliter & ciuiliter ipsi principi, ita & ipse princeps debet obligari cum effectu executionis. l. cum emptor. ibi, ac si conuenisset inter eos, vt neuter ab altero peteret. ff. de rescindenda venditione. His etiam adducimus. l. primã. §. fin. cum. l. seq. ff. de offici. procu. Cæsa. vbi ipse princeps adeundo hæreditatem, obligatur, & talis obligatio ex quasi contractu tota dicitur esse de iure ciuili. Bartol. in. l. ex hoc iure. columna fin. numero decimoseptimo. ff. de iustitia & iure. ergo obligatur ciuiliter. Confirmatur præterea ex. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. vbi actio datur contra principem, igitur obligatur ciuiliter, quia naturalis sola actionem non producit. in princip. Instit. de obligat. Præterea his adstipulatur Bald. in princip. de his qui feud. dare possunt. numero vigesimoquarto. dicens Romanum Pontificem per clausulam derogatoriam sibi ipsi tantum posse imponere legem. citat Ioann. Andræ. in capitulo. cum ad monasterium. de stat. monach. Butrigar. in. l. præscriptione. C si contra ius vel vtili. publi. Vltimo hanc conclusionẽ tenet Bald. in dict. l. princeps. ff. de legib. Quæ opinio communiter tenetur secundum Paul. ibi numero quarto. & Zasi. columna prima. numero quinto. Quo fit, quod omnes contractus, qui cum principe celebrantur, habent naturam bonæ fidei, cum habeant exactionem, vt semper videmus, maiorem & firmiorem, quam cum vertitur inter duos priuatos. Bald. in extrauagant. de pace Constantiæ. verb. si quis vero. numero primo. Cremens. singul. trigesimo quinto. incipi. Omnes contractus de mundo. Ias. in. l. ciuitas. numero octauo. ff. si certum petatur. & in consilio primo. columna secunda. libro primo. Ludouic. Gozadi. consilio primo. columna penultima. versiculo. ad tertium negatur. numero quadragesimotertio. Ludouic. Gomezi. plures alios ad idem doct. referens in. §. actionum. columna secunda. numero secundo. Institut. de actioni. Hinc est principem donationem à se factam minime ex post facto, cum sit perfecta, reuocare posse Bald. in. l. quæ ex relationibus. columna prima. versiculo quarto. nota. vbi Paul. de Castro. columna secunda. numero tertio. C. de legib. gloss. in. l. si qua. verb. præiudicijs. C. de fund. & saltibus rei dominicæ. titulo. in ordine. 66. libro vndecimo. ordinaria secundum Iason. in. l. si reus. numero decimotertio. ff. de pact. Alexand. consilio tertio. numero decimotertio. libro quinto. Iaso. consilio septuagesimotertio. columna prima. numero secundo. versicul. condescendendo. libro primo. vbi citat plura in confirmationem huius dicti Beroi. ca. 1. nu. 20. de probat.

Contraria opinio, imo quod princeps non obligetur ciuiliter ex suo contractu, est communis secundum Philipp. Deci. in dict. capitulo primo. columna secunda. numero tertio. de proba. Ioan. Orosci. ipsum sequitur in l. princeps. numero decimo quarto. ff. de leg. dicendo frequentiorem esse istam sententiam, cum qua omnes concludunt. Veriorem existimat Beroi. in capitulo primo. de probat. numero decimonono. Pro hac parte faciunt quæ notat Ludoui Gome. in regul. Cancellariæ apostoli. de infirmis resignantibus. quæstione prima. columna prima. Couarru. libro tertio. variarum resolutionum. capitulo sexto. numero octauo. Andræ. ab Exea de consti. in capitulo primo. numero. 208. Iaso. in. l. prima. numero secundo. ff. de pact. Ex quibus poteris confirmare, & quam malueris defendere opionẽ ex prædictis communibus inter se adinuicem de directo contrarijs, vtraque enim potest iustificari, ac approbari, ideo cogitabis. Igitur si non ex facto suo, sed alieno promittat, non erit promissor obligatus nec ad interesse per præmissa: quia ad id deficit animus obligandi, vt ex ea obligatione constat, cum sit absque iuris adminiculo, & robore. vt constat in dicta. l. 11. titu. vndecimo. part. 5. cũ simi. adductis. & est de mente Couarru. in dict. capitulo. quanuis. 2. par. §. 4. num. 16. de pact. libr. 6 quia voluntas & non factum contrahentis inspicitur. Igitur cum quis se vult obligare conditionaliter, vel in euentum alicuius causæ, & non pure, non erit obligatus. ac per hanc legẽ minime erit obligatus, nec exequi poterit cõtra talẽ promissorẽ facti alieni. Nec valet correctio Grego. Lopez posita

posita ad hanc legem. 3. vbi supra. cum inducat destructionem, & correctionem dictæ legis partitæ, ac totius iuris communis. Quod non est firmãdum, nam sufficit fateri correctionem iurium dicentium, quod ex nudo pacto non oriatur actio, & etiã quod alteri per alterum non quæratur actio, quæ conclusiones hic corriguntur: non tamen dicitur, quod ex facti alieni promissione simpliciter facta quis teneatur isto iure. Ergo per dictam. l. vndecima. defendenda est opinio cõtra Gregori. Lopium ibi. Et ita fuit iudicatum Salmanticæ, & lis versatur per appellationem apud supremos Regios Senatores in Pinciana Cãcellaria. Quã sententiam iuridicam existimo, salua semper saniori doctrina rectius ac melius sentientis.

a ¶*Vala la dicha obligacion.* Scilicet in principali obligatione, secus in accessoria, & sic in fideiussione, quæ contrahitur per stipulationem. l. Blanditus. C. de fideiusso. l. quinta. §. satis acceptio. ff. de verborum obligationibus. l. sciendum. eodem titulo. Et huius dicti rationem ponit Ioan. Fab. in rubrica. Instituta. de fideiussoribus. columna secunda. numero tertio. Idem dicendum est de iure Canonico, quo iure fideiussio facta nudo pacto absque stipulatione non valet. Bartol. in capitulo primo. columna fin. numero nono. & ibi Felin. numero decimoquarto. de pactis. Iaso. in. l. iurisgentium. §. quinimo. notab. 1. de pact. & in. l. lecta. columna. fin. numero. 31. qui omnino est consulendus. ff. si cert. peta. & est singulare dictum Bal. secundũ Decium. consilio. 93. columna. 2. libro. 1. Pariformiter declarãda est hæc nostra lex, quatenus ex nudo pacto vult produci obligationem efficacem procedere in principali obligatione, non tamen in fideiussione. Quãuis stante hac lege non videtur absq; scrupulo si apparet de promissione fideiussoris per nuntium seu epistolam, vt cõmuniter vti solet, ac practicatur. Quia solennitas verborum omnino est remissa per hanc legem. vt satis ostensum est.

de otros entre ausentes: o que se obligo alguno de dar à otro ò de hazer alguna cosa. Mandamos que toda via vala la dicha obligacion a y contracto que fuere hecho en qualquier manera que parezca, q̃ vno se quiso obligar a otro.

¶*Ley. IIII. Que contra los contractos que tienen aparejada execucion no se ponga excepcion sal no paga.*

¶El Rey don Enrique. IIII. en Madrid. Año de mil. cccc. lviij.

ADDICION.

¶*Esta ley se confirma por la ley. 1. titulo. 21. libro quarto. Recopila. y en la ley quarta. titulo. 21. libro quarto. Recopilationis, se dize que las sentencias arbitrarias se executen. y la orden que en ello se ha de tener y que aya lugar en los arbitros nombrados por las partes, para que sentencien conforme a derecho, y en las transactiones, y vease la ley quinta de aquel titulo, en la qual se dize, que las confessiones hechas en juyzio, y los conoscimientos reconoscidos traen aparejada execucion, y en la ley seys, del dicho titulo, se dize que los reconoscimientos de los conoscimientos, se pueden hazer ante los alguaziles y escriuanos por mandado del juez, y vease la ley diez y seys de aquel titulo adonde se dize que por deudas de los pueblos, no puedan hazer execucion en el pan del deposito y vease la ley diez y siete de aquel titulo, adonde se manda, que los mandamientos de la execucion, se den primero a las partes y no a los alguaziles, y en la ley diez y ocho del dicho titulo, se dize que no se lleuen derechos de execucion, si la parte pagare de contado, despues de dado el mandamiento, y antes de hecha la execucion, y vease la ley diez y nueue del mismo titulo adonde se pone el orden que se ha de tener en hazer las execuciones.*

MAndamos, q̃ b contra las obligaciones b cõtractos cõ pmissos c, o

¶Lex. IIII.

b ¶*Mandamos que &c.* Quoniã cõtractuũ executiones

nes frequētissime in forensibus disceptationibus contingere solēt, ac aduocatis lucrū non paruum adferūt, ideo hic aliqua tractare statui. Lex ista cū sequenti vtilis, & quotidiana est, ideo plenius interpretādæ, saltem per relationem ad loca vbi de his contractibus guarentigijs fit mētio, præcipuè à Roderico Suarez in repe. l. post rem iudicatam. §. alius casus potest hodie assignari. folio. 126. vbi refert literam formaliter huius legis, ac eam commento vtili lustrauit. ff. de re iudica. Hispani scriptores in. l. 64. in ordinatio. Tauri. maxime Ioannes Lup. Cifontan. & Antoni. Gomez, Rebuff. in tracta. de literis obligato. articul. 6. glos. 3. & in tracta. de senten. executorijs, per totum. & in tracta. de chirographorum. & schedularum recognitione. in prima parte commentariorum ad constit. Regias Galliæ, & concor. cap. 10. in capitibus Prætorum. vbi etiā Francis. Auiles. verb. *execucion* plura in hac materia aggregauit. Iste text. cū seq. tria intendit. Primum ponere regulam, quod instrumenta guarentigia sint executioni mandanda nō obstāte quacūq; exceptione, nisi fuerit de expressis in hac lege. In. 2. parte. vbi excipit, eas exprimendo ibi, *Saluo paga.* Tertia autem pars est in. l. 5. in lea proxima. quæ disponit, quod si infra decem dies exceptionem oppositam non probauerit reus, executio cum effectu fiat, dum tamen creditor, datis fideiussoribus cauerit de restituendo summam afferti debiti duplicatam debitori, si ipse debitor intra terminum assignatum probauerit solutionem, aliamue legitimam exceptionem à se propositam in termino à lege assignato ad obijciendas exceptiones. Hæc est diuisio huius regiæ legis, quæ continet maximam æquitatem, ac naturalem rationem à iure diuino deriuatam, ne ex prolixitate litium, clarum ius creditoris offuscaretur, ac laboribus, & expensis, quibus persæpe deterriti malūt debitū amittere. quam sic subdubio euentu litis vexari. Maximū quippe cōmodū consequi existimāt, cum à lite recedūt, præcipuè cum calumnijs, iniustisq; cautelis gratia differendi solutionem à pessimis, & rapacibus aduocatis torqueri soliti sint, vt experiētia rerum magistra quotidie suadet, ac significat, palamque omnibus constat, qui defensionē causæ clientulis iuste, vel iniuste proponunt, vt eos decipiant, & pecuniam subtili potius ingenio extorqueant ab eisdem cū animarum suarum periculo, ac scandalo aliorum plurimorum, in quorum notitiam peruenire solet, vt verbis Papæ vtar in clementi. 2. de pœnit. & remissio. Quippe cum authores tanti detrimenti, seu furti (vt melius, ac propriè loquar) peccant cō tra Deum, ac contra proximum, tenenturque ei satisfacere omne damnum, ac interesse ratione debiti principalis, ac retardatæ solutionis. Quia qui est causa damni, ad ipsius restitutionem tenetur ca. fin. de iniur. c. graui. & cap. Sæpe. ibi, eo, quod non multum interfit quo ad periculum animæ iniuste detinere, ac inuadere alienum. Et ibi gl. verb. detinere. de resti. spoliat. & glo. ca. contra. 16. q. 7. Et Augusti. in epistola ad Macedoni. dicit, Si res aliena propter quam peccatum est (scilicet in retardatione contra voluntatem creditoris) reddi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur: si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. transumptiuè in. c. si res. 14. q. 6. regu. peccatum. de regul. iur. lib. 6. Quo fit debitorem ad certam diem ex fide, chirographo, seu instrumento publico constrictum, ac obligatum soluere, adueniente die non posse differre debiti solutionem absq; peccato creditori, nisi ab eo consequutus fuisset tacite, vel expresse prorogationem termini. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 6. Caietan. 2. 2. q. 66. artic. 3. in responsio. ad tertium. Archiepis. Floren. 2. parte. summæ Theologalis titul. 2. ca. 5. in princip. Scotus, Paluda. q. 2 in 4. senten. dist. 15. Et Gabriel. quæst. 2. articu. 2. conclu. 2. Ioan. Nider in præceptorio suo præcepto. 7. Ioann. Lup. in repe. rubri. *De donatio. inter virum & vxo.* §. 65. numero. 36. a quo recedendum est, quatenus firmat, quod omnibus momentis, quibus recordatur se alienum detinere, nouo peccato mortali teneri, ac obligari. Quem saluari posse puto, cum rem ipsam ex iniusta acceptione detinet, vt ex furto, & cum recordatur, nedum nō pœnitet, sed noua complacentia sibijpsi gratulatur, addicit ceruicosè, nolo restituere, quo casu nouo peccato illaqueari, cum de nouo consentiat in furto, & rei illicitæ retentione, non est dubium, cum ex nouo consensu & pertinacia in peccato Deum offendat. De hac re scripsit bene doctor Nauar. in repe. capi. nouit. notab. 6. §. Tertio præsuppono. numero. 74. de iudic. Egregie Domin. a Soto libr. 4. de iusti. & iure, quæstion. 7. articulo quarto. atque ibi tenet non peccare de nouo, licet peccatum augeat, cum venit memoriæ obligatio rei restituendæ cum possit, & nolit. Igitur malefaciunt debitores, ac aduocati suis calumniosis cautelis executionem postulatā detinendo per præmissa. Nam quemadmodum rem alienam surripere peccatum est contra iustitiam: ita & eam inuito domino retinere, nam similiter impeditur eius vsus, qui finis est dominij. In peccato autem remorari nec per minimum tempus fas est. Et habetur Ecclesiastici. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Cum ergo scis rem alienam, & ipsam detines, & qui tibi autoritatem præstat ne restituas cum possis, defendendo, ambo peccatis mortaliter. Imo aduocatus eam causam abijcere debet, & suadere clientulo quod statim soluat, vel

petet

petat prorogationem ad soluẽdum creditori, per præmissa.

Secunda ratio est. Nam ius regium procedit, sola veritate, ac æquitate inspecta, omissis solennitatibus iuris, vt in.l.11.titu. 1.supra hoc libr. Et est.l.3.supra isto titul. Et hic habetur, quemadmodum iure Canonico proceditur. vt in.c.1.de pact. Nam vt inquit text. in ca.1.in princ.de resti.spolia.libr.6.propterea nos, qui voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemus, finem litibus cupientes imponi, & calumniæ materiam amputare. Dixi in.l.1.titul.4.in gloss.2.supra hoc 3.libro.

Facit præterea tertia ratio, quæ colligi posset, si instrumenta liquida non mandarentur executioni, solennibus relictis, sed via ordinaria, subditi lõgissimo tempore inquietarentur, ac suis exercitijs optimis, & custodia familiæ impedirentur, vt experientia docuit: pro quorum quiete hoc statuit Rex Catholicus, quod tanti principis par est. vt inquit Imperator in authent. Vt diuinæ iussiones. in princ.coll.8.& Romanus Pontifex. in dict. capitulo primo. & in clementi. vnic. de excessib. prçla. in princip. Tum etiam, quia superfluitas est vitãda, cum frustra fiant per plura, quæ possunt fieri per pauciora, vt sunt iura vulgaria. ac vitandi circuitum causa, qui vitandus est. Clem. Auditor. de rescr.l.dominus testamento.ff de condict. indebi. & sic vt celerius lites expediantur, quod interest Reipublicæ.l.properandum.C.de iudi.cap.finem litibus.de dolo & contuma.ca. vt litigantes. de officio ordina.libr.6. Dixi supra gloss. rubricæ. 1.in versic. Dubitari potest, vtrum ex conuẽtione partium. supra hoc libro.3.pagin.742.& in.l.1.verb. *Nos por abbreuiar*. titulo.3.supra isto libro.3. quæ summe conducunt huic rationi, quæ est verior huic literæ.

Sciendum tamen est, quod de iure communi instrumenta etiam authentica non habent executionem paratam, sed ab agendo, & sic via ordinaria procedendũ est.l.extat decretum. ff. quod metus causa. ibi. si quas petitiones habes, actionibus experiaris. Est tex.in.l.minor.25.annis cui fideicommissum.ff.de minori. ibi, quia paratam ex iudicati causa persecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis redegit. Et ibi Barto. & Bald. singula. est secundum Roderic. Suarez in repet.l.post rem iudicatam. fol.128.nume.6.ff.de re iudicat. Iaso.in.l. à diuo Pio. §. sententiam vero. colum.5.numero.24.ff.de re iudi.& in.§. item si quis. colum.3.num.17. Instit. de actio. quibus locis meliorem iuris dixit. & in.l.2.num.9.ff.de iniustitiam. Ioann. Campezi. in tract. De statutis loquentibus de dote. quæstio.111.numer.2. Stephanus Costa in tracta. De Ludo. in.5. artic. princip. numero tertio. Ioann. Bernard. in tracta. regula. cum fallen. regul.218. Hippolyt. singul.356. Guilielm. Benedict. in repet. cap. Rainutius. verbo. si absque liberis.2.numero.192.de testamen. Francisc. Auiles in capitibus prætorum. capitulo decimo. verb. *execucion*. columna prima. numero primo. referendo Iaso. in.l. quę de legato numero.6. ff. de lega.1. Socin. consil.255. columna prima. numero primo. libro.2. Anto. Gomez. in.l.64. num. 2. in ordinationibus Tauri. Segura in repet.l. si ex legati causa. numero.59. versicul. Tertia differentia. ff. de verbo. obligat. Ideo ista lex, & eius praxis censetur a pluribus esse contra ius ciuile, quod cõmune dicimus. Ioann. Faber. in.§. sed cũ aliquis. colum. tertia. Instit. de testamen. Bartol. in.l.3.§. in hac. ff. commodat. Bald. in.l. qui pecuniam. ff. si certum pet. Iaso. in.l. legitima. ff. de pact. Guido. Papa decis.117. Ioan. Selua in tracta. de beneficio. 3. par. quęstione decimaquarta. numero sexto. Ob id statuta, ac consuetudines concedentes executionem instrumentis, sunt restringenda, cum sint cõtra ius commune. Ang. & communis in.l. ait Prætor.§. si iudex. ff. de re iudica. Rebuff. in tracta. de literis obligato. in princip. numero decimonono. Socin. cõsilio.120. numero decimo. libro primo. Laurent. Calcane. consil.3. nume.22. Dec. cõsil. 322. numero.3. In pluribus tamen casibus specialibus à iure instrumenta habent executionem paratam. vt in instrumento testamenti, & depositi, & etiam quo ad legatarios, & fideicommissarios, & in iuramento, & in confessione, & in alijs casibus probatis a Segur. & Suarez in locis præcitatis. Anto. Gomez. in.d.l.64. Tauri. nume.3. Quos casus etiam late commemorat, ac bene declarat Rebuff. in alleg. tract. de literis obligat. articul. 6. gloss.3. nu.8.

Præterea præmittendum est, Qui dicantur contractus guarentigij? Respond. est, quod instrumenta confessionata, seu guarentigia ab Italis sic dicta teste Bald. in. l. 1. colu.1. C. de executio. rei iudic. Et ab Hispanis sunt illa, quæ continent præceptum a notario parti debitum confitenti factum. Probatur in.l. vni. vbi Cinus & Barto. C. de confess. & in.l. non fatetur. in. fi. ff. eod. titul. & in l.1. C. de edend. Bald. in.l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de Pact. Petr. Rebuff. in.1. part. in consti. Regi. Galliæ. tract. de literis obligatorijs. in princip. nume.13. Didacus Castell. in.l.63. Tauri. num.12 Ioannes Crottus in repet.l.1.§. si quis ita. nu. 45. versic. Quia Bartolus facit. ff. de verbo. obligatio. Et ideo appellatur guarentigium, id est firmum. quod instrumentum guarentigiatum firmum fit. text. est nota. in cap.1. versic. Sed cum vnum. de lege Corradi. ibi, si possidenti dominus garentizare voluerit. Quem refert Segura, & alij plures, de

res, de quibus per eum. & per me in additio. in repeti.l.si ex legati causa. ff.de verb. obligat. fol. 174.num.72.versic. Circa quod quia est quotidianum. Est etiam notandum vsu forensi totius regni hanc regiam constitutionem ita receptam esse, vt non omnia publica instrumenta ex ea statim tradantur executioni, sed ea tantum, quæ clausulam guarentigiam expressam habent, quæ & si communis, ac nota omnibus sit, pro iunioribus referenda est, & est sequens. *Que las partes dã poder a todos e qualesquier juezes, e justicias, ante quiẽ la presente carta, e instrumento fuere presentada, para que sobre lo contenido en la dicha carta hagan execuciõ en sus personas, y bienes, ansi, e tan cumplidamente, como si cõtra el dicho N. fuesse dada sentẽcia diffinitiua por juez competente, la qual fuesse passada en cosa juzgada.* Aliàs enim clausula deficiente, instrumentũ quanuis manu publica factum, non mandabitur executioni: tum etiam, quia in omnibus publicis instrumentis hæc clausula passim ponatur, authore Bartol. in l. cùm vnus. ff. de bon. auth. iud. possiden. Regia nostra lex, quæ hoc ius executionis tribuit publicis instrumentis, principaliter considerasse est notum Italiæ, & totius orbis Christiani vsum, & ideò verè iuxta propriam Legislatoris mẽtem debet interpretari. Et opinio ista forensium praxi ita recepta est, vt iam controuersiæ nullus sit relictus locus. Nam & hic vsus probatur ex eo quòd l. vltima in Curijs Madritijs sancita an. 1534. facit mentionem huius regiæ constitutionis de exequendis contractibus guarentigijs. Igitur cùm ibi nostra lex de exequendis instrumentis ad contractus guarentigios referatur, dum dicit, *que las nuestras justicias los executẽ conforme a la ley de Toledo, q̃ habla sobre la execucion delos contractos guarentigios.* Apparet meritô, manifestè, & absq; dubio locum nõ habere istã legẽ in cõtractibus publicis nisi guarẽtigij sint, cũ illi sint contra ius cõmune, isti autẽ cõcordent cũ eo, nec ab eo recedũt, quia est instrumentũ cõfessionatum. Quæ etiam clausula habet vim sententiæ. Quibus casibus instrumẽta publica, continentia cõfessionem, aut sententiã, habent iure cõmuni paratam executionem, vt præmisimus. Et quòd non sit guarentigium, & eius executio contra ius cõmune, tradit Socin. in consi. 120. col. 5. num. 10. vers. Circa quartam, quintam, & sextam dubitationem lib. 1. Præterea istam partem approbant Didac. Segur. in repe. l. si ex legati causa. nu. 78. vers. Item habet vim sententiæ. ff. de verb. oblig. Et est cõmunis practica teste Roder. Suarez in rep. l. post rem iudicatam in commento istius legis. fol. 129. nu. 10. & fol. 130. n. 16 ff. de re iudica. Couarru. lib. 2. varia. resolut. ca. 11. nu. 3. versi. Illud sanè omittendum non est.

Probari tamen, ac iuuari posset rationibus, iuribus, ac authoritatibus legẽ hãc istud ius summarię exequutionis publicis instrumẽtis concessisse ex eo tantũ, quòd scripturæ sint publicæ, etiã si præmissa clausula fuerit omissa ibi, dũ lex. 5. infrà. eo. dicit, *cartas e contractos publicos*, secundũ Ioã. Lup. in l. 63. col. 1. nu. 1. Tauri. qui dicit prædictæ clausulæ appositionẽ nõ esse necessariã secundũ iura, & cõsuetudines Regni ad hoc vt exequi valeant. Et hanc defendit Doct. Didac. Castellus in d. l. 63 Tauri. verb. *obligacion personal*. nu. 11. Firmat Anto. Gom. dicendo ita practicari in l. 64. nu. 4. in ordinationibus Tauri. quæ etiam videtur probari: quia ista lex venit, vt celerius iustitia ministretur, vt in princ. dixi. Ideoq; cùm cõstet per instrumẽtum, quod est probatio liquida, ac probata, vti nõtũ est in iure, voluit ea exequutioni mandari, prætermisso iuris ordine, cuius sit præsumptio pro eo, quod continetur in instrumento publico, constetque de veritate. Quod constat in lege Regia vlti. Madri. suprà allegata, cùm schedulas recognitas, quæ non continent prædictam clausulam guarentigiam statuerit exequẽdas. Nec obstat si dixerit guarentigios. Nam cùm sit verbum Synonymum quod apud Italos firmitatem cõtractus denotat, id est, firmos & validos de iure iuxta legẽ relatam Toleti, Eo nanque ipso, quod est publicũ, ac liquidum, firmum iudicandum est de iure regni. Vel dicanius, quod cum ex formis traditis à notarijs, & ab ipsis cõmuniter sit solita prædicta clausula apponi, ideo censetur apposita, quanuis sit omissa. l. fina. C. de fideiuss. De qua plenè per Segur. & ibi latè dixi. nu. 31. ff. de liber. & posthu. in l. 3. §. sin. versi. Sextò: cimò facit. Couarru. in rubri. de testam. 2. part. num. 14. Fernand. Menchacens. libr. 1 de succelsio. creatio. §. 6. num. 53. versi. Denique is tabellio. vbi dicit. Ita vsu receptum est non absque leui reipublicæ detrimento. Ergo dicamus, q̃ quia vsu receptũ est apponi prædicta clausa guarẽtigia, semper cẽsetur apposita in quocũque publico instrumẽto, & si omissa sit, ac ex eo vsus recepit absq; ea executioni mãdari, nõ ex eo, quia tãtũ publica sit, sed ex eo, quia guarẽtigia presumatur, ex fictione à lege inducta per vsum cõmunẽ, quę fingit ibi adesse. Et sic potest saluari hæc opinio posteriori loco adducta, cùm sit contraria primę aliàs ac sint opiniones diuersæ, ac inuicem pugnãtes in obseruatione practicæ circa hũc articulũ, ideoq; cõcordãdæ. c. cũ expediat. de electio. lib. 6. quod tãquàm singul. & nouum diligẽter notabis.

Dubitari non immeritò à iunioribus poterit, Quæ sit practica exequendi publicum instrumentũ, de quo loquitur hæc lex? Respondendum, censeo eam esse. Nẽpe si habes tale instrumẽtũ cõtra

Antonium. producis coram iudice in præsentia tabellionis, qui iudex aduertit ad pargamenū, seu papyrum contra lumen solis. vtrum sit rasum, cancellatum, alterque vitiosum in sui prima figura: vel sit absque suspicione, & si talem viderit, exigit iuramentum à parte petētis exequutionē, vtrùm quantitas in instrumento contenta sit in totum, vel in parte sibi debita. l. 22. tit. 14. lib. 2. ordin. Facta declaratione debiti, iudex præceptum facit alguazello, seu alteri ministro, nulla ad hoc præmissa citatione, capiendi pignora pro quantitate debiti, ac expensarū: qui si non habuerit mobilia bona in quib⁹ fiat captio, fit in rebus immobilibus. Quibus deficiētibus, capiat personam debitoris. Ac præcipit debitorem citari, vt infra terminum exequutionis fiendæ coram eo compareat ad videnda præconia publicæ auctionis, seu subhastationis, & eis finitis, citatur specialiter ad ipsam extremam pignorum distractionem, ac venditionē, quam peculiari vocabulo Hispani dicunt *trance, y remate.* Hæc praxis deduci videtur ex. l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fiscal. lib. 10. & Roder. Suarez in rep. l. post rem iudicatam. §. 12. *Principaliter* limita. fol. 148. ff. de re iudica. & Couarru. lib. practi. quæstionum. 2. cap. 11. num. 3. Quæ quidē præconia ter celebrari solent: in rebus mobilibus, tertio die repetentur: in immobilibus similiter decimo quoque die. l. 1. tit. 20. lib. 3. foro legum Castellanæ reipublicæ. Citatus autem ad vltimā rei traditionem intra illos decem dies facultatem habet allegandi nullitatem executionis ex defectu ipsius, ac ex eo, quia soluit iā debitori suo, ex qua solutione instrumentum, aut testes producit, seu præsentat, vel probat liberationem per pactum de nō petendo, vel falsitatē obligationis, aliamue causam, quæ legitima sit iudicāda, vt hic habetur. Si tamen exceptionem legitimè propositam probauerit intra decem dies, reuocabitur exequutio, & præceptum exequendi, ac absoluendus erit debitor, aliàs procedendum erit ad executionem faciendam, iuxta formam legis Toleti. Quæ. l. 5. infrà est. Forma oppositionis erit, Petrus ciuis Salmantinus me opponendum duxi aduersus quandam assertam exequutionem contra meam personam, & bona petitam ante vestram præsentiam per Ioannē mediante quadā obligatione asserta, quæ fi[illegible]t me ei debere centū aureos ex tali causa, &c. cuius tenor ad verbū pro expresso hic, & repetito habito, dico, exequutionē & omne processum eius causa nullā, ac iure reuocādā fore per causas se[illegible]ētes. Primò, quia nō fuit exequutio facta ad partis legitimę petitionē. *En tiēpo, ni en forma de derecho, y los pregones estan circunductos, y dados, pretermissa la orden judicial, y estylo desta audiēcia. Lo otro porque yo pague al dicho aduerso cōtenido en la dicha obligacion los dichos cien ducados en dineros cōtados, como parecera. Lo otro, &c.* Hic inserātur aliæ rationes si quę fuerint debitori cōpetentes, & postea cōcludat, petendo à iudice exequutionem, & præceptum nullū declarari, ac eum liberari, & iuret in forma, quod prædicta oppositio est vera, ac se nō opponit malitiosè.

Contingere solet sæpissimè, causam exequutionis deferri ad suprema Regis tribunalia ex causa appellationis, apud quę si auctio publica circa prędictā formā, aut aliā more regionis receptā peccauerit, alioqui iure optimo, & iuridicè facta exequutione, reuocatur ipsa iudicis pronūtiatio, totaque exequutio, & mādatur omnia bona iure exequutionis capta, ipsi reo restitui, cū eorū fructibus absq; vllis expēsis, modò priùs soluat quantitatē in ipso publico instrumento, nominatim expressam, datis ab actore fideiussoribus de iudicio sistēdo, & iudicato soluēdo quo ad ordinariā indebitæ pecunię repetitionē iuxta formā legis Toleti, quę sequēs. 5. est. Aliquādo tamen omitti solet clausula de fideiussoribus quoties suspicātur Regij iudices, nullā reo cōpetere aduersus cōtractū defensionem. tex. singula. ex quo practica ista deducitur, est in. l. nō est verisimile. §. si quis. ff. de eo q met. caus. vbi Alberic nu. 6. Dixit text. illū notabilem Bar. in l. à diuo Pio. §. in venditione. nu. 6. ff. de re iudicat. vbi Alex & Ias. col. 3. nu 12. Alex. in l. si finita. col. 3. ff. de damno infect. Panor. in ca. quo ad cōsultationē. col. 6. nu. 17. de re iudi. Baptist. de sanct. Seuerino in tract. de debito. suspect. & fugi. q. 14. & Couar. lib. 2. variar. resolut. ca. 11. col. 8. vers. In hac tamen publicorū instrumentorū, qui deducūt prædictā practicā, quā nota, nā nō ita clarè exponunt, & ita sæpe fieri percepi ex exequutorijs emanatis super sentētias ab ipsis emanatas.

Sed dubitari potest, Vtrùm locū habeat hoc cum deducitur per appellationem ad concilium, seu Consistorium ciuitatis in causis non excedentibus summā decem milliū marabetinorum, per legem nouam inuictissimi, ac christianissimi Philippi Regis? Respondendū censeo idem, cum hæc iurisdictio sit ordinaria, ac concessa ipsis in locum supremorum iudicum, ne in minimis partes maximos sumptus itineris, ac labores suscipiant. Cū igitur supremorum iudicum in ijs litibus minoris quantitatis loco sint constituti senes cōcilij ciuitatis, seu villæ, consequēs erit eorum prærogatiuis potiri debere per regulā subrogationis. tex. in l. filiæ suæ. §. Titia. vbi per Paul. de Cast. num. 2. ff. de cond. & demonstr. l. si quis cū. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. §. fuerat. Inst. de actionib. Ias. consi. 78. & cōs. 108. lib. 1. & cōs. 231. lib. 1. Io. Corasi.

lib. 3.

lib. 3. iuris miscellan. ca. 19. nu. 4. Ludo. Gomes. in ca. statutū. in prin. nu. 63. de rescrip. lib. 6. & in regul. de trien. possess. q. 14. Hippolyt. singul. 255. Euerard. in loco legali 93. Andr. Tiraque. de vtroque retract. lib. 1. §. 1. gl. 9. nu. 80. & nu. 87. Igitur & Patritij, seu senes loco supremorum iudicū prępositi in prædictis causis ad eos per appellationē deuolutis debent ad eorum exemplū causas exequutionis determinare, ac definire, argum. cap. in causis, de re indicat.

Dubitari præterea solet. Quantum tempus debitori detur ad extrahendam rem venditam legitimè distractam in subhastatione ad instantiam creditoris? Respondendum est triduum ad mobiles res, & nouem dies ad immobiles competere ex istius regni consuetudine, secundùm Didacum del Castillo in l. 70. Tauri. verb. *el remate*. Quāuis supremi iudices his diebus elapsis, solent maiorē terminum constituere ad retrahendam rem absque fructuum perceptione, & meritò, cùm sit ex gratia, postquàm semel res iusta subhastatione præcedente fuit distracta. Ita Couar. lib. 2. variarū resolu. c. 11. num. 3. in terminis huius legis in practica seruari fassus est. Ex qua infertur, quòd terminus quadriēnij, quod vulgares solēt dicere se habere ad rem sic venditam extrahendā, nec ex iure nec ex obseruatione huius regni locū habere, nisi arbitrio supremorum iudicum ex aliqua iusta causa talis retractus fuisset debitori reseruatus, vt quādo res est vendita minori prētio, vel est positus licitator, vt statim pignora creditori restituat, facta subhastatione, vt sępius vidi fieri, non sine maximo damno debitorū. Nam ex defectu emptorum, ob id maximum in suis rebus pignori captis detrimentum patiuntur. Melius tamen hoc casū erit creditori, vt non subroget licitatorem, vt euitare valeat fraudis præsumptionem, & sibi applicentur sine circuitu, tutus consilio. l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudicat. Ex quo consilium optimum dare poteris creditori nimis tristi, & anxio, ex eo, quòd non inuenit licitatorē, & vult subrogare alium, qui etiam si caret pecunijs, constitueretur in necesitate soluēdi realiter, id, quod res fortè plus valet, ex qua solui debet residuum alijs tam principali domino rei, quàm iudici, nempe sumptus, ac iura exequutionis, vt ipse vidi in causa ardua trium millium ducatorum, & consului in ea per dict. tex. in. §. sed si emptor. quòd peteret addictionem bonorum, & non supponeret talem tertium licitatorem, præmissa, cum non habet pecuniam paratam, quemadmodum creditor. Igitur melius est quòd maneat penes creditorem, qui ex forma exequutoriæ debet satis fieri ante omnia, sine eo, quòd molestiam inferat amico rogando vt rem retrahat.

Quæritur vlteriùs. Vtrùm citatio requiratur ante exequutionem instrumenti? Videtur quòd sit necessaria, cùm per eam ei posit parari præiudicium. l. ita diuus. ff. de adoptio. maximè cum ex Bart. doctrina in l. cum qui, in fin. ff. de iureiuran. quem sequitur Ioan. de Prato in l. quod te col. 2. num. 7. ff. si cert. peta. dicentis, quòd quamuis per statutum instrumenta guarentigia exequantur, tamen requiritur interpellatio, & citatio, vt debitor in mora constituatur. Angel. in l. si sic. ff. de legat. 1. igitur citatio erit necessaria, nec ab ista lege tolli poterit, cum sit defensionis facultas, ac proinde iuris naturalis, vt dixi suprà isto lib. 3. tit. 2. lib. 1.

Tum, & 2. Nam exequutio debet fieri ad creditoris petitionē. l. habere, vbi Angel. ff. de euictio. Barba. in clement. vnic. col. 2. de sequest. poss. & fruct. & antequam præcipiatur, est scriptura videnda à iudice, ac iuramentum recipiendum ab eo, & deinde interloquutoria de exequēdo instrumentum, & sic aliqua iuris cognitio præcedere debet. ergo debitor erit citandus. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. gloss. in lege intra. ff. de minor. præcipuè cum debitor potuit statim allegare solutionem à se factam creditori intra tempus constitutum in instrumento, quamuis penes creditorem per obliuionem, vel bonam fidem, vt fieri contingit, remanserit. argument. eorum, quæ notat in sententia Cinus in. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Ergo prius explorandum est an soluerit, & sic citari debet ad hoc sciendum. l. hoc iure. ff. de verbo. obligat. Et hoc tam in personali secundum Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. q. 10. ff. de pact. Hippolyt. in repetitione. l. de vno quoque. num. 107. ff. de re iudica. quam in reali actione, cum sit eadem ratio. Cinus. in l. ab exequutione. C. quorum appella. non recipi. gloss. in pragma. sanctio. titu. de causis. §. & ne sub vmbra: verb. instantia. Confirmatur ex Cardi. in clemen. sicut. q. 2. de appell. Perus. in c. ex ratione. num. 83. de app. Ias. col. 2. post Alexan. in l. à diuo Pio §. in venditione, de re iudic. Deci. cons. 97. dub. 1. dicentes sententiā absque præmissa citatione exequendam non esse, etiam si iudex, quia eam protulit, velit exequi, cum exceptiones posint allegari ad impediendum exequutionem, sed ita est in casu nostræ legis intra decem dies. l. 5. quæ est clauis huius materiæ infra eo. & l. 64. Tauri. igitur necessaria erit citatio & in instrumento guarentigio, postquàm fuit loquutus de sententia. tenuit Bald. in dict. l. ab exequutore. col. 2. & Salycet. in 4. versi. Circa istius partis expeditionem. Roderi. Suarez in rep. l. post rem iudicatam. §. Duodecimò principaliter limita. num. 1. ff. de re iudic. Rebuff. aliqua tradidit in tract. de sent. execu. artic. 7.

glo.2. Matthæ de Afflict. decisi. 358. num. 3. Sed practica communis regni est in contrarium, imò quòd pignorum captura seu personæ ratione debiti per instrumentum liquidum fit ex præcepto iudicis, debitore minimè citato: tũ, quia in ista prima exequutione ac præconizatione parũm versetur præiudicium, & sit reparabile, cùm ad vltimum actum iudex procedit interponendo decretum super alienatione, seu adiudicatione debeat tũc pars citari, iuxta l. 64. Tauri. quippè cum tractetur de magno præiudicio, & de trãslatione dominij. Ita Alberi. per illum tx. in l. creditor. C. de distra. pigno. Rober. Maran. in pactic. aduocat. 6. part. §. Tertius & vltimus actus. num. 10. pag. 464. Et sic nimirum vt non detur causa subterfugiendi iudicium reo. argu. l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. credito. alteretur forma, & modus citationis. Quæ ex causa quãuis tolli non possit in totum, cùm sit defensio, tamen variari potest defendendi modus, & sic sua defensio reseruatur eo tempore, quo potest seipsum defendere, allegãdo exceptiones sibi competentes, iuxta formã suprà trad. tã ex mente Roberti Maran. Suarez. & aliorum suprà adductorũ. Et sic est optima praxis regni, quæ habetur in exequendis instrumentis.

Quæritur tamen, An instrumentum factum à notario Papali, seu regali, qui non est de numero ciuitatis, seu villæ istius regni, cẽseri debeat priuatum, ac exequi hoc in regno minimè possit? Respondendum est tanquam particulare, ac priuatum fore iudicandũ, & sic exequi non posse. l. 26. tit. 4. lib. 1. suprà. l. 4. tit. 18. lib. 2. suprà. vbi hæc verba habentur. *y en las ciudades, y villas, y lugares donde ay escriuanos publicos de numero, o de cõcejo, mãdamos, que estos solos puedan vsar del dicho officio de escriuania, y que por ante ellos, o qualquier dellos passen los contractos de entre partes, y las obligaciones, y testamentos, y no ante otros: y si ante otros passarẽ, que las tales escrituras no fagan fe, ni prueua: y q̃ los otros escriuanos no se entremetan a recebir, ni reciban los tales cõtractos, ni testamentos, so las dichas penas*, &c. Ad idẽ est lex. 101. in quaterno gabellarũ. vers. *E q̃ ningunos otros escriuanos reales ni apostolicos no den fe ni recibã tales contractos*, &c. Ergò exequutio minimè fieri poterit, si instrumentum non fuerit factũ per publicũ, ac numerarium tabellionem, cũ alij contractus sint priuati censendi per l. 5. infrà. ibi, *cartas y contractos publicos*. Tenet Cifontanus in d. l. 64. quæstione. 7. in ordinat. Tauri. Est etiam regia. l. 8. tit. 18. lib. 2. sup. ibi, *ni por ellas se pueda hazer execucion alguna*. Quo fit testamentum factum coram istis notarijs apostolicis, seu regalibus extrà numerum ciuitatum, seu villarum esse publicandum quemadmodum si manu priuata esset factum, aliàs nullam fidem, sicut publicum testamentum facere non est dubium.

Quæri potest vlterius, Vtrum cessionarius possit in regno petere executionem instrumẽti guarentigij, quemadmodum cedens petere poterat? Respondendum est conclusiue, legem, consuetudinem, vel statutum loquens in exequutione fienda locum vendicare in cessionario. Paulus & Alexand. nume. 9. in l. postulante. in fin. princip. ff. ad Trebell. Salicetus & Roman. in l. 1. ff. si cert. peta. Paulus Parisi. consilio. 107. numer. 90. lib. 3. Probat text. & ibi Baldus. columna. 1. in l. ab Anastasio. C. manda. sic dicens. Nota tertiò, q̃ cessionarius dicitur creditor. & in l. 1. nume. 23. C. de actionib. & obligat. & in l. per diuersas. nu. 14. quæstio. 10. C. mandat. Intelligendum tamen fiat exequutio ex persona cedentis, & hoc cessionarius dicere tenetur, licet fiat ad vtilitatem cessionarij. l. seruo. §. fina. ff. ad Trebellianum. Angel. & Imol. in l. ille à quo. §. Vtrùm. eodem titulo. Maximè hoc procederet, quando fuisset apposita illa clausula in instrumento cessionis, quòd cedens possit cessionarium in locum suum, tunc per omnia instar cedentis reducitur. Barto. in. l. in prouinciali. ff. noui oper. nuntia. Confirmatur. Nam in lege nostra hoc executionis remedium ideo concessum esse diximus, vt lites breuiores reddantur, & sumptus litium vitentur. Quæ quidem ratio habet etiam locum in cessionario, & sic dispositio, cum respiciat causam, & non personam. Sic consultum reliquit Ludo. Romanus. consilio. 38. incip. In casu. & in consilio. 142. Quòd cessionarius. Prius tamen debet liquidari, vtrùm habeat ius cessum, vel ne. Ita Roder. Suarez in repetitio. l. post rem iudicatam. 7. extensi. fol. 136. colum. 1. ff. de re iudica. Et Boeri. ac plures ab eo relati decision. 10. incip. Cessionarius. Hippolyt. singul. 26. & Imbert. Rupellan. in institu. forensibus. 1. part. pag. 21. Quamuis non ostensa cessione si petat executionem cessionarius suo nomine, cùm habeat vtiles, Rebuf. in tract. de literis obligatorijs. art. 3. glos. 2. num. 17. existimet exequendum instrumentum debiti. Adde Alex. consil. 93. lib. 4.

Dubitari insuper potest, Vtrum peti possit executio instrumenti contra fiscum, ac eius successorem? Responderi oportet affirmatiuè, quòd potest fieri executio in eum, vel in eum, cui fiscus bona dedit. l. 1. de hæredi. vel actio. vendi. l. cum qui bona. ff. de iure fisci. Tradit Ias. consilio. 88. incip. In præsenti. lib. 3. quia fiscus non vult, nec intendit iuri tertij præiudicare. l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Et princeps concedendo bona, obligationes concedere videtur. l. Princeps bona. ff. de verb. signifi.

Est tamen quæstio, Vtrum cadauer possit detineri,

tineri, ne sepulturæ tradatur, donec debitum per instrumentum guarentigium debitori soluatur? Angel.in auth.vt defunct.seu fune.corũ.§.1.col.5.in simili statuto nostræ legis tenet detineri posse insepultum. Ipsum refert Suarez, tamen ab eo recedit, & meritò in d.rep.fol.135.extensio.5.eã refert & sequitur Segur.in rep l.si ex legati causa nu.73.ff.de verb.obliga.Brunus in tract.de interita & peremptio.conclusio.15.num.99.Hippol.in l.fi.nu.64.ff.de quæst.& in singul.199.in fi. Et pro hac parte facere videtur l.7.tit.1.lib.1.suprà. ibi.*Que el finado*.vbi durè (meo iudicio) & absque culpa defuncti impeditur eius sepultura, igitur propter causam ab eo deriuatam, & sic obligationem guarentigij impediatur. Sed tamen illa detentio potiùs ad terrorem deducta est & sic ad cõminationem lachrimantium multòties magis ex forma, quam ex intrinseco dolore: vel fit ad momentũ quia de facili placantur à clericis, vel alijs, & sic nunquam practicatur.

Ea propter hunc effectũ contractus guarẽtigij negauimus ad Segur, ibiq; plures tenẽtes cõtrariũ sententiã adduximus loco iam à me proximè citato. Quos in præsentiarũ cõtra Angel. & sequaces tenentes enumerare libet. E quorũ numero sunt Dominic..in ca. præterea.51.distin.Felin.qui dicit nõ procedere de æquitate in.c.sicut Iudæi. colum.1.de Iudæis. Ergo æquitas spectanda est. l. in omnibus.& ibi Decius.ff.de regul.iur. Confirmatur ex Rip, in tract.de peste.tit. De remediis præseruatiuis contra pestem.nu.101. versi. Et primò quæro, an creditores possint petere. Reprehendit Segmam Dueñas in tract.regula.cũ fallen. regul. 307.colum.4. versic. Et primò.editus potissimũ remissionibus, quas ibidem adiecimus. num. 73. ad ipsum Segur.quamquam de Additio, nullã fecerit mentionẽ, imò potiùs ab eo recesserit. Hoc idem & Couarru.in lib.2.variarum resolutio. c.1. num.10.& in ca. Rainaldus.§.3.num.3. de testam. fecit. Quod quidem & si quibusdam hoc sit proprium, scilicet authoris nomen sub silentio præterire, alienum tamen à tanto viro consentaneũ fore semper iudicaui: neque mihi vnquam in mentem venire potuit, quin & nostri aliquando mentionem facturus esset. præsertim cum certò scirẽ, eum nõ latere, præcipuum honorem haud in eo, qui recipit, sed potius in eo, à quo exhibetur, esse repositum. Et certè (vt alia omittam) solum illud Euangelicum Matthæi 7.transumptiuè in c. humanum genus. distin.1. Omnia quęcumque vultis vt faciãt vobis homines.&c. vt nobis vices ille rependeret, ad id allicere & inuitare deberet: maximè cùm ab anno.1547.vsque in hodiernum diem siue legendo, siue scribendo illius & venerandum præceptoris nomẽ, & suamento ab omnibus laudata ac decãtata opera ab ore nũquã decidãt nostro. Sed missa istiæc faciamus, & illoc vnde diuertimus, reuertamur. Eandem superiorem sententiã probat Ioan.Lup.in l.4.Tauri.nu.27. Doctor del Castillo in l.30.verb.*gastos*.in legibus Tauri. Gregor. Lopez in l.13.vbi est text.expressus. ibique allegat iura similia tit.9.part.7. Et est l.fi.tit.13. part.1.vbi eandem sententiam visus est approbasse ipse Grego.verb.*que no lo sotierren por deudas, remitiendose* ad d.per ipsum in allega.l.13.

Quæro, Vtrùm executio per instrumentũ guarentigium peti possit contra hæredem, vel hæredes pro hæreditarijs portionibus? Respondẽdum est q sic.l.1.C.de hereditã.actio. Angel.& Imol. in l.1.ff.de his quæ in testam. delen. Alexan. in. l. postulante.col.3.nu.6.ff.ad Trebelli.vbi est videndus Imol.l.1.ff.si cert.pet. Tamen hoc non est faciendum intra tempus faciendi inuentariũ, id est, intra tres menses, tunc executio in hæredem fieri non poterit.l.fin.§.donec, & §.& si præfatam. C. de iure delib.vbi doctor.Bald.in l.ait prætor.§.si quis.ff.de procura.Boeri.decisio.10.vbi citat Ias. in.§.fuerat.num.61.Instit.de actio. Si tamẽ ex lege regni, vel consuetudine daretur rescissius tempus, post illud tempus à lege, vel cõsuetudine elapsum executio in eum fieri poterit: quia cessante causa dilationis, cessare debet effectus. l. quod dictum.ff.de pact.c.magnæ.de vot. Quo fit cùm in nostro regno per d.l.13.tit.9.part.7. tantum detur terminus nouem dierum, in quibus præcipitur hæredem non fore conueniendum, quòd his diebus elapsis fieri poterit exequutio.

Vtrùm autem contractus guarentigius non habẽs verbum, promitto, executionem habeat, nẽpè ex ea scriptura constat debitorẽ recepisse mutuò certam summam pecuniæ ex causa dotis, mutui, vel huiusmodi absque eo quòd promittat se redditurũ prædictam pecuniam? Respondendum est executioni mandari, cùm constet per eũ de receptione pecuniæ. l. si duo patroni. §. Marcellus. ibi, rem sibi in dotem dedisse.ff.de iureiuran.Bart. expressè notat in l.1.ff.de his quæ in testam. delentur. Roderic. Suarez vbi suprà. §. secundò extende.num.1.fol.132.col.1.Ias.in d.§.Marcellus. num.1.colum.1.

Vtrùm autem executio peti possit pro interesse mediante instrumẽto guarentigio? Videtur dicendum quòd non habeat executionem super interesse, quemadmodũ habet pro principali: quia de interesse, ac eius quãtitate non cõstat ex ipsius lectione, ergo exequi nõ poterit.l.1.ff.de his quæ in test.delen. Alexand.in l.1.ff.de legat.2. Ioann. Hannibal.in repetitio.l.si insulam.num.28.ff.de verb.obligatio. Est articulus iste vtilis, ac non benè discussus secundum Ias. optimè de eo agentem

ad vtramque partem, in l. certi condictio. num. 20 ff. si cert. pet. qui in nu. 21. dicit hanc opinionem communem esse, ac ab ea non esse recedendum. Quod tamen limita, nisi ex lectione instrumenti constaret de promissione interesse materialiter, secùs si venerit intellectualiter. vt exēplificat optimus practicus Roder. Suarez in rep. l. post rem iudicatā. 4. limit. nu. 9. fo. 144. col. 1. ff. de re iudic. Cùm enim mentio fuerit facta de interesse respectu quid certi, quamuis non sit quantitatis certa ipsius interesse, verificabitur intra terminū datū ad exequendum contractum argu. l. si fundus. §. potest ita. ff. de pigno. Qui vnicus solet reputari à docto. & per pronuntiationē iudicis fit certum, ac competet certi condictio, in d. l. certi condictio. in princ. & ibi gl. verb. ex certo. Bar. Bald. Paul. & Aretin. licèt Roma. nu. 14. Alber. & Alexand. contrarium teneant. Facit, nam instrumentum secūdùm formā legis volentis ipsum exequutioni mandandū habet etiam locum in eo, quando tacitè ex ipso instrumēto colligitur. Bald. in l. ad probationem. la. 1. C. de probat. & in l. 1. §. & plenius. C. de rei vxo. act. Alexā. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. in nu. 10. vbi dicit, quod cōmuniter ita tenetur. Idē firmat Philip. Deci cōsil. 407. col. 3. nu. 6. lib. 4. Igitur cùm de interesse fuerit expressum in instrumēto, poterit peti exequutio, ac durante tempore decem dierū dato ad allegandum, & exequutionem pronuntiandā liquidabitur in iudicio, ac exequutioni mandabitur. & sic intellige has duas cōmunes cōtrarias, scilicet. Ias. quòd non exequatur pro interesse, & quod exequatur secundùm Alex. quam modo præmisso declaratam tenendam existimo, omissa Iason. Has duas cōmunes cōtrarias refert. Ioan. Orosci. in l. 1. ff. de edendo. nu 10. & petitio debet esse vt explicat Alb. in l. certi nu. 29. ff. si cer. pet. s. Dico te mihi obligatum ex tali causa, ex qua peto te ad interesse condemnari. Quod æstimo decem. & ista forma est tutior ac communiter seruatur, in iudicijs. secund. Alb. vbi suprà. Adde Ioan. Hannibalē in rep. l. si insulam. num. 28. ff. de verb. oblig. vers. 5. facit non instrumentum guarentigium.

Quid autem erit, cùm quis habet instrumētum cōtinens contractum conditionalem, cuius conditio iam est purificata, an eo mediante possit peti exequutio? Videtur quod sic, cùm de verificatione conditionis possit constare in iudicio per testes, aut confessionem rei, contra quem petita est exequutio inter terminum assignatum à regia. l. 5. infrà, & l. 64. Tauri. Suadetur. Nam conditione iam impleta, nō est contractus conditionalis, dubius, aut incertus, sed perfectus, purus, ac clarus. text. aureus, ac perpetuò menti mandandus in l. seruum communem. §. Titius. ibi, duæ puræ sunt, Et inferius. Quippè cum & si extiterit conditio duæ puræ sunt substitutiones secundum hæc proposita quæstio. ff. de vulg. & pup. Simil. in l. si pupillus. §. idemque. in illis verbis. Quia conditione expleta pro eo est, quasi purè eis hæreditas, vel legatum relictum sit. ff. de cond. insti. l. potior. in fi. princ. ff. qui potio. in pigno. habeantur. ibi, Cùm enim semel conditio extitit, perinde habetur, ac si illo tēpore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. & ibi glos. verb. melius est ex hoc iure. ff. de verbo. obliga. ibi, nō ante quicquàm peti possit, quàm exploratum sit ante eam diem in Italiam Titium venire non posse, nec venisse, siue eo viuo, siue eo mortuo id acciderit. notat Alexand. omnino videndus in l. ita stipulatus. la magna. col. 2. num. 10. ff. de verb. obligationib. Bald. in l. cum testamento. num. 6. C. de testamen. manu. sic dicit. Et nota ad instrumenta guarentigia, quod si habent conditionem re vera purificatam, sed in iudicio nondum probatam, dicuntur instrumenta pura, & non conditionalia, licèt ad executionem facti nō possit procedi, donec liqueat iudici. vt. ff. de verb. oblig. l. hoc iure. Quæ lex est valde notabilis. Idem Bald. in l. si quidem. colū. 2. nu. 5. C. de exceptio. & præscriptio. Bart. optimè deducens in practica in l. 1. colum. 2. num. 8. ff. de edend. Facit. l. fin. secundum Bald. ibi. col. 1. nu. 1. C. de fals. causa adiecta legat. Ergo facta liquidatione, executioni erit mandandum per præmissa. His etiam facit, Nam quamuis fideiussor absq; eo, quòd constet excussionem factam in bonis principalis, sufficit tamen quòd appareat non esse soluendo, durante exequutione. Bald. num. 1. colum. 1. Et Salicet. in authent. præsente. C. de fideiusso. Bald. in authen. Hoc ita si debitor. colum. 2. num. 3. C. de pigno. Areti. in l. decem. col. 2. ff. de verb. obliga. Confirmatur ista sententia ex Angel. & Areti. in l. fin. §. Titius. ff de vulga. & pupilla. & optimè Areti. in l. fin. §. fin. ff. de verb. obligatio. vbi dicunt, quòd statutum disponens, quòd instrumenta pura, & liquida habeant executionem paratam habebit locum in instrumentis conditionalibus post purificatam conditionem. Et ista opinio est tenēda in casu huius legis, cum hac modificatione, quod instrumentum liquidetur duobus testibus, nempe conditionem fuisse purificatam, & super hoc debet pars citari, & cum ea liquidari. Roderic. Suarez in reper. l. post rem iudicatam. §. Quintò limitat. num. 2. fol. 144. col. 2. ff. de re iudicat.

Extra tamē casum huius legis posset teneri cum Imo. & Alexand. in l. fin. §. Titius. ff. de vulga. & pupil. Decio. consil. 107. col. fin. num. 2. lib. 1. Alexan. consil. 109. lib. 1.

Est tamen dubium, Vtrum instrumentum locationis

cationis posit exequi pro tacita reconductioné? Dicendum est quòd nõ Nam obligatio istius anni nõ est sequentis, de quo nullum verbum in eo reperitur, igitur exequi minimè poterit. Bal. in l. legem. C. locat. Alexand. consil. 28. Ponderatis. circa fin. & in consil. 17. Viso instrumento locationis. versic. Secundò principaliter. lib. 4. Matthæ. de Afflict. decis. 365. num. 15. & ista est communis opinio secundum Ias. in l. certi condictio. num. 21. ff. si cert. pet. Facit quod vult Bald. in l. generaliter. C. de sacrosanct. ecclef. vbi scriptum, & non scriptum, non differunt quo ad substantiã, sed quo ad executionem sic: quia quod reperitur scriptum habet executionem, aliud non. & ab hac communi non est recedendum secundùm Ias. in d. §. certi condictio. num. 21.

Vtrùm autem durante tempore ad allegandas exceptiones posit opponi exceptio proueniens ex lege. 2. C. de resc. vendi. cui est simil. in l. 4. tit. 7. lib. 5. infrà. dubitari vidi. Videtur quòd sic. Nã exceptio pretij non soluti obijci potest contra instrumentum guarentigium, ergo venditor obijcere poterit deceptum fuisse vltra dimidiã iusti pretij. ac in excessu non esse illi solutũ, ideoque non teneri ante solutionẽ supplemẽti iusti pretij rem venditam emptori tradere, maximè cùm id velit probare statim intra tempus datum ad exequendum: iniquum enim est, quòd quis cum detrimento ac iactura venditoris locupletetur, vel è cõuerso. igitur admittenda erit, cùm melius sit ante solutionem eam allegare, ac diffinire à principio sine repetitione, & circuitu, quàm facta solutione pretij, seu rei venditæ traditione, cum lex nostra de sola veritate, ac circuitu vitãdo agere videatur. vt diximus in prin. istius gloss. 1. Quia pluries cõtingere poterit, & non est tacta in hac materia ab aliquo quem ipse viderim, decisionem eius tantum propositam vobis cogitandam relinquo, fortè Deo duce, maiori deliberatione habita, dicetur in d. l. 4. Nam qui potest agere à fortiori excipere, quia plus est agere quàm excipere Bertrand. consi. 119 nu. 5. lib. 2. Roland. à Valle. in cons. 62. num. 2. ergo & in casu præmisso.

Præterea est dubium, Vtrum in casu huius legis posit opponi exceptio rei non traditæ? Respondendum est cum Ioan. Lup. in d. l. 64. Tauri. nu. 6. ex Bal. in l. ex prædijs. C. de euictio. & Suarez vbi supra. fo. 154. col. 3. vers. Secundum quod si petatur, quod sic.

Quid autem in exceptione recõuentionis? Videtur admittendum fore, si de ea constare posset durante executorio iudicio. & sic iudici constare. nam omnis exceptio probabilis in continenti admittenda est aduersus executionem. Ioan. Lup. in d. l. 64. in fin. verb. ex Panormit. in c. suscitata. de in integr. rest. sed huiusmodi est recõuentio, ergo si liquidari potest in istõ summario iudicio, recipienda erit, cum in executiuis posint plura, & diuersa remedia simul & semel intentari. Bart. in l. consentaneum. colum. viii. C. quomodo & quando iud. Ias. alios ad hoc latius adducens in consil. 28. num. 3. lib. 1 Præterea Philipp. Deci. ad Bal. in l. cum Papinianus. super nu. 3. C. de sent. & interlocu. omni. iudi sic verba facit, quæ multum cõducunt ad decisionem huius dubij. Adde, quòd liquidato negotio, ad quod actum est, non tantum locum habet recõuentio, sed ea etiam de liquidis executionem impedit, & debet expectari donec negotium, de quo reconuentio fit, liqueat, si facilè statim fieri potest, alioqui secus. iuxta dictum Bal. di singula. in l. neq;. vers. ex his nota. C. de cõpensa. Et ita procedit dictum Bald. contrariũ, qui si rectè inspiciatur, ita modificare visus est in authen. Et consequenter. colum. 2. nu. 10. C. de sent. & interlocu. omn. iudic. Et Socin. tenet cum Bal. simpliciter, non facta aliqua distinctione in cons. 41. colum. 3. num. 6. lib. 1.

Exceptio nullitatis vtrum opponi posit contra instrumentum, dubiũ est. Et videtur quòd poterit obijci, quia ex nullo nil gigni potest, nec effectus executionis produci, Confirmatur. Nam annullato contractu principali, & clausulæ ei accedentes, & sic guarentigiæ in eo contentæ. glo. fingul. in l. 3. §. patronum. verb. Fabiana. ff. si quid in fraudem patroni. Socin. in l. 1. num. 102. dicit eam ordi. ff. solut. matri. Ioan. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 76. nu. 6. Ias. in §. fuerat. nu. 76. Inst. de actioni. & in l. certi conditio. §. nummos. num. 36. ff. si cert. petat. & in l. in testamento. nu. 2. C. de fideicommis. & in l. sub prætextu. 1. colum. fi. C. de transactio. & in l. principalibus. ff. si cert. peta. col. 3. num. 3. & in l. eius qui in prouincia. §. quas verò. colum. 2. num. 3. eod. tit. Quibus in locis vnicam singul. solemnem, ac communiter approbatam sententiam prædictæ gl. dicit. & in l. 1. §. si vir vxori. nu. 18. de acquir. possess. Ripa in l. ita stipulatus. nu. 36. ff. de verb. obligat. Fabian. de Monte. in tract. de emptio. & vend. 8. quæstio. princ. num. 5. vbi eam dicit ordinariam. & valde notandam in eod. tract. quæstio. 6. princ. num. 53. vers. vltimo est explicanda quæstio. Carol. Molinæ. in consuet. Parisien. §. 1. glo. 5. num. 31. l. fin. ff. de consti. pecuni. l. si homo. mortuus. ff. de verb. oblig. l. cum principalis. & ibi Deci. ff. de regul. iur. Hippolyt. in l. qui ignorans. num. 2. ff. de fals. & in pract. crim. §. Secundã. num. 9. tex. vbi Barto. in l. diuus Traianus. ff. de testam. milit. num. 1. sic dicit. Bart. loco proximè citato sequutus ab Hippoly. in l. vnius. §. cogniturum. nume. 5. ff. de quæstio. Secundò nota ex hac lege multa.

Primò dicit statutum, quod contra instrumẽtum publicũ nõ possint opponi nisi duæ, vel tres exceptiones, vel cõtra sententiam iudicis non possit opponi nisi vna exceptio, modò ego volo probare instrumentum nõ esse instrumentum, vel sententiam non esse sententiam, quæritur an possim opponere? Certè sic, quia priùs debet cõstare sententiam esse, vt hic. Facit.l.4.§.condemnatum. ff. de re iudi. Hactenus Bart. loco citato. Colligitur ex traditis meliùs quàm alibi per Rip.in l.1.§. si quis ita.col.11.nu.39.ff.de verborum, ex quo optimè resolues hoc dubium derelictũ à Cifontan. in l.64.Tauri.quæst.12.

Quid autẽ si nullitas procedit ex falsitate? Respon.vt hîc quòd sit admittenda. Et an, & quãdo exceptio falsitatis impediat executionẽ instrumenti, scripsit Iaso.cõl.85.vol.1. Facit gl. in Cle. vn.de seq.poss.& fructu.dicens exceptionem prouenientem ex defectu causæ efficientis semper allegari posse, ordinaria, & approbata secũdùm Soci.consi.174.colum.10.nu.14.lib.2.sed falsitas inducit nullitatem in causa primæua, & fundamentali instrumenti, igitur meritò obijci posse hîc statutum est. ¶ De exceptione solutionis vide quæ dixi in l.1.gl.1.supra hoc tit. ¶Prætereà ex istius legis dispositione apparet pactum de non petendo obijci posse aduersus creditorem, cùm ex prædicto pacto etiam nudo stãte lege.3.suprà eo. fuerit extincta omnis obligatio ciuilis, ac naturalis, cùm hoc iure regni eiusdem virtutis sit pactũ nudũ, cuius est de iure ciuili stipulatio, quæ per aliã tollitur ipso iure.l.si vnus.§.pactus ne peteret. ff. de pact.igitur per argumentum receptum à subrogatione idem est dicendum operari si fiat liberatio per pactum nudum, etiam si præcesserit cõtractus solennis verborum, qui stipulatio dicitur, cum pactum quid iuris contineat, attento iure Canonico.c.1.de pact.vbi Fortun.col.fin.nu.42. igitur & de iure regio, ideoque tanquam petenti absque actione repellendus erit à iudicio. gloss. in l. vbi pactum. C. de transact. ac executio nulla erit pronuncianda.

Quæro, Vtrùm exceptio pretij non soluti, possit opponi, stãte hac regia lege de exequendis cõtractibus guarentigijs? Respondendũ est affirmatiuè posse.argum. tx. in l.Iulianus.§. offerri.ff.de actio.emptio.Bald.in l.prædijs. C.de euictio. Ludo.Roma.per tx.ibi in l.eum qui.§.si iurauero. n. 3.& in l.si duo patroni. §. si quis iurauerit. nu.13. ff.de iureiurand. Est opinio communiter recepta secundùm Francis.de Areti.in l.filiæ licet. col. 1. C.de colla. Quod censendum est verbum notandum in actu practico. Anto.de Canario de executio.instrumento.quæst.27.num.59.

Quæro, Vtrùm exceptio compensationis sit admittenda? Et videtur q sic, cum solutioni æquiparata sit, locoque eius habenda sit.l.amplius non peti.ff.rem ratam hab. cum traditis in cap.ad nostram.1.de iureiurand. Probat tex.in l.si cum militi.§.cum intra diem.ff.de compensatio. Alexan. in additioni.ad Bart.in l.1.super verb.potest. opponi.C.de iur.& facti ignor. Et iterum ad Bald.in l.cum Papinianus. verb. excommunicatus. C.de sent.& interlocut.omn. iud. Tangit Bald. consil. 201.incip.Punctus.nu.2.lib.4. expressius probat Paul.Parisi.consil.121. colum. 3. num. 18. lib. 1. Matthæ. de Afflictis decisio.121.incipi. Fuit dubitatum.num.3.Panormit.& Felin.in cap.suborta.de re iudi. Angel.cons.132. Quidã nobilis Nicolaus Anto.de Butrio in cap. bona fides. de posit.Roma.consi.76. Alexand.in l.si duo patroni.§. si quis iurauerit.ff.de iureiurand. Cifontan. l. 64. Tauri in quæstio.10. Alexand.de Imol.consi.12. colum.3.num.13.lib.2.Philipp.Corne. consi.79. incip.Circa primum & magis principale. colum. fin.num.19.lib.1. Auiles in capitibus prætorum. cap.10.verb.*execucion*.num.7.Guid. Papa. decisi. 171.colum.vltim.& decisio.174.in fin. Rursus in commentarijs statuti de literis compulsorijs, vbi dicit vidisse se semper obseruari.& Iacob.Rebuff. in l. nemo carcerem. C.de exacto.tributo.lib. 10. Baberi. in tracta. de virtute iuramenti. nume. 33. Bertrand.consi.289. Tria. colum. 1. lib. 2. Andr. Tiraquel.de vtroque retract.lib.1.§.3.glo. 3. nu. 4.& Tindarus in tract.de compensationi.artic. 7. nu.22. Per istam legem non intelliguntur exclusæ exceptiones iustæ, & validæ, sed friuolæ tantum, & inanes. Casus singularis arguendo de rescripto ad statutum.in cap.ex parte.2.de offic. deleg.sed exceptio compensationis est valida, ac præsupponit liberationẽ ipso iure, igitur non censetur exclusa ab ista lege, cum infra decem dies debeat liquidari, qui assignãtur ad allegandas exceptiones aduersus executionem. Et hanc sentẽtiam absq; dubio tenendam fore existimo hodie in praxi, attentã l.5.infrà eo.& l.64.Tauri.ac.l.20. tit. 14.part.5.vbi in terminis huius legis idem firmat Greg.Lop.verb.*fasta diez dias*. Hippol.sing.208. Compẽsatio.Ias.in l.si vnus. §. pactus ne peteret. nu.18.ff.de pact.Boeri.q.14.col.fin.nu.10.

Quotidianum dubium censeri solet, An exceptio non numeratæ pecuniæ sit admittenda aduersus instrumentum guarentigium? Cifontan. cam mouet, ac more solito dicẽdo recipere distinctionem, indecisam reliquit in l.64. Tauri. quæst. 24.referendo se ad Bald.in l.sub specie.in fi.C. de postuland. Tamen quòd sit admittenda, & ita semper se obtinuisse egregiè, ac plenè probat Roderic. Suarez per plura fundamenta in rep.l. post rẽ iud.fol.150.num. 12. ff.de re iudicat. Bald.in tra

ct.1.de statutis.verb. instrumentum. num.18.vbi singulariter loquitur,ac idē probat. Verum enim vero quia in executionibus plerūque hæc exceptio non numeratæ pecuniæ opponi solet, ideo plura scribere decreueram,nisi ea optimè scripta reperissem à Petro Rebuffo in commentarijs or di.reg.Galliæ. 1.part.tract. De chirogra. & schedularum recogni.in prin.pag.208.

Vsurarum exceptio etiam obstat executioni instrumenti, vt in hac lege constat. Quam quæstionem absque resolutione mouit Cifontan. in l.64.quæstio.1.in ordinatio. Tauri. Et quòd impediat,probat.Iaso.in.l.1.col.5.num.21.C.de sacrosanct. eccles. loquendo in laudi instrumento. Bal.in.l.consulta diualia.C.de testament.dicit iudicem ecclesiasticum posse inhibere, ne lite pendente super vsuris instrumentum exequatur. Tradit Laurenti.de Rodulphis in tracta. de vsuris.q.114.num.22.in nouo volumi.tracta.diuers.doct. Huic sententiæ etiā accedit Imol.in cap. cùm in iure.de offic.delegat.maximè cum vsura apparet ex tenore instrumenti, quo casu dicitur patens. Panormi.in c.cùm olim.col.2.de censib.& manifesta.teste Barb.in cap.si diligenti.col.6. de foro comp.quo casu absque dubio nō erit exequendum.Clem.vni.de vsur.ibi, solui nedū concedūt, sed ad soluendas eas debitores scienter cōpellūt. Et paulò inferius in.§. Nos igitur.dicitur. Aut,quod soluantur vsuræ,vel quòd solutæ cùm repetūtur, non restituantur,plenè,ac liberè scienter iudicare præsumpserint,sententiam excommunicationis incurrant. Igitur,contractus vsurarius obstante exceptione vsurarū non erit exequendus,imò creditor erit puniēdus pœnis impositis vsurarijs. vt in l.8.tit.2.lib.8.infrà. vbi latiùs agam de eis. Et super vsuræ cognitione si non cōstat de facto, remittenda erit ad iudicem ecclesiasticum, iuxta notata in c.cùm sit generale.de foro comp.Clem. Dispēdiosam.de iudi.Adde quæ not. Matthæ.de Afflictis decis.30.& Rebuffus in tracta. de litteris obligatorijs.articulo.2.gloss.1.num.22.vbi tenentes contrariam opinionem citat.

Vtrùm executio per instrumentum guarentigium peti possit à iudice antequàm constet de mandato procuratoris ad executionem petendā? Respond.est cum Roderi.Suarez in repetitione. l.post rem iudicatam.quæstione. 9. fol. 161. ff.de re iudica.§.quia suprà visum est.Sic breuiter,&cōclusiuè executionis præceptum tunc demum debet pronuntiari à iudice, cùm ei constat de mandato principalis contenti in tali instrumento,cuius nomine petitur executio fieri.In iudicio enim quantumcunque summario requiritur plena legitimatio personæ,si petatur,vt notat Bald.in.l.secunda.C.de edict.diui Adria. Didacus del Castillo hanc conclusionem in expresso tenet in.l.64. verb.*de los creedores*. num. 81. in ordinatio. Tauri. De hac re latiùs per Roderic. Suarez vbi supra. qui optimè loquitur. Adde Rebuffum de litteris obligatorijs.articulo.2.glos.1.nu.17. versi.Quarto procedit.

Ad executionis pronuntiationem solet obstare,quòd is,qui executionem petit, vel cuius nomine petitur,non est in instrumēto nominatus, nec est hæres,aut successor, aut causam à creditore habens,de qua constet, ideoque eam petens repellendus erit.l.ad probationem. 1.C. de probationibus.l.Iulianus.& l.si fim stipulatus. & vtrobique Iaso.ff.de verborum obligatio. Bald.in.l.vna.C. quorum lega. Alexan.consil.116.in fin.lib.sexto Hercula.in.l.in ratione.§.si filio.colum.8. ad leg. Falcidiam.Bald.in.l. si pro te. C. de dot. promissio.Iaso.in.l.si quis nec causam. num. 10.ff.si certum petatur.Decius in capit. cùm teneamur.in fi. de appellatio.Ideoque petens executionem,iudici aperire debet,vtrùm sit creditor nominatus in instrumento exequendo, vel successor habēs causam legitimam ab eo, propterquam constat se petere executionem bonorum. Quo fit mulierem non contentam in instrumento filij, cuius hæredem se esse dicit, si se hæredem non ostendat, & titulum suæ petitionis aperiat, repellendam esse à tali petitione, cùm non sit nominata in instrumento. Et in facti contingentia his proximis diebus in causa ardua ita pronuntiari vidi à Prætore huius ciuitatis,& benè,per præmissa.

Deducitur secundò instrumentum conceptum nomine mariti sine commemoratione vxoris, eo mortuo,non fiet executio pro dimidia, instante vxore, quæ sibi competit, si est lucrum constante matrimonio habitum inter coniunges ex consuetudine,& iure,vt constat infra libr. quinto.titulo.4.in.l.prima. Quippe cùm non habeat ius cessum à marito,& quia non est scripta in instrumento. Si tamen fuerit conceptum nomine vtriusque,poterit nomine alterius vtriusque, & sic vxoris exequi. Imbert. Rupella. in forensibus institu.pag.21.Masueri.de executionib. §. Item nota quod quiuis in sua practica. Tradit Re ff. in tracta.de literis obligatorijs.articulo. 1.gloss.9 numero.29.pagin.72.in.1.tomo constitut. Regiarum Galliæ.

Vtrùm autem contra clericos instrumentum guarentigium exequi posit? Videtur dicendum executionē fieri posse.ex eo,quia sicut clerici laicos compellūt per executionem, & iuuantur ista regia cōstitutione,ita & cōtra eos executio fieri poterit.argu tex.in cap.si. in adiutorium. distin 10.& rubri ff.quod quisq; iur.& cap. cū omnes. de cōsti.Bal.in.l.1.in fi.C.de contrahen. emptio

dicit, quòd dum clerici volunt vti statutis laicorũ quo ad commoda, debent etiam ea seruare quo ad onera. Idem etiã tenet ipse Bald. in l. omni, in fi. C. de sacrosanct. eccle. Ita tenet Bart. in l. cunctos populos. num. 29. col. 11. versic. subijcio exemplum, & ibi Bal. num. 10. C. de sum. trinita. & fide catholi. Et consultum in terminis reliquit Socin. consil. 97. Abundè & subtiliter. culum. 2. nu. 3. lib. 1. Faciũt quę tradit Guillel. Benedict. in rep. cap. Rainutius verb. & vxorem nomine. decis. 2. num. 125. de testam. Bald. in consil. 217. Honestus vir. col. fi. nu. 4. lib. 1. tex. secundum Aret. ibi. col. 2. num. 2. in capi. ad nostram. de probatio. Antoni. & Aretin. in capi. quod clericus. colum. 3. versi. Sed dubiũ pulchrũ est. n. 13. de foro comp. Latè Ioan. Baptista de sancto Seuerin. in repet. d. l. cũctos populos, num. 185. Philip. Franc. in regula Possessor. de regulis iuris. lib. sexto. colum. 4. num. 11. versic. facit etiam quod dixit notabiliter Bal. Ioan. Lecerier in tract. De primogenitura q. 54. lib. primo, num. 16. versic. sed in contrariũ. Rebuff. in tractat. de literis obligatorijs. articulo. 2. gloss. 1. num. 8. Roderi. Suarez in repet. l. post rem iudicatam. fol. 136. colum. 2. extensione. 8. ff. de re iudicat. Calcane. consilio. 7. Quibus suffragatur tex. in cap. cum venissent. de eo qui mit. in poss. causa rei seruan. & in capit. constitutus. de in integr. restitutio. Ratio tamen adducta à Bart. in dict. l. cunctos populos. frequentiori consensu reprobatur, vt colligitur ex Roch. Curt. in repetitio. cap. fina. de consuetu. quæstione. 11. princi. Felin. in capit. Ecclesia sanctæ Mariæ. nume. 82. & Deci. num. 50. de consti. & Couar. nouissimè lib. pract. quæst. cap. octauo. num. 5. versic. Quinta conclusio. Qui veram nihilominus existimat opinionem Bart. in casu huius Regiæ legis nam lex Regis, aut Principis iura Imperij habẽtis, quæ generalis est, & ius commune in toto Regno, nec dãnum infert speciale clericis, aut ecclesijs, est erga clericos etiam in foro ecclesiastico seruanda, cum non repugnet legi Canonicæ, ac ad eam est recurrendum. Quod probari solet ex capit. 1. noui ope. nunti. Et visum est Ioan. Imol. in cap. continebatur. num. 8. colum. vlti. de his quæ fiũt à prælat. sine consens. capit. Hosti. & Ioan. Andræ. in capi. vlti. de solu. Ias. in l. quotiens. nu. 24. C. de rei ven. diximus suprà libro. 1. in procemio. quæstione. 3. Igitur ista Regia lex condita à Catholico Hispaniarũ Rege, qui apud eius subditos ius habet Imperij, & quæ generaliter statuisse constat instrumenta publica paratam habere executionẽ etiam aduersus clericos vim habet, cum non inferat præiudicium notabile clericis, nec, vt dixi., directò contraria canonibus, ac sancitis sanctorum patrum sit. Imò talis lex cum his conditionibus, & qualitatibus videtur recepta, & approbata à summis Pontificibus. capitul. primo. noui operis nuntiatio. capit. primo. de iuramen. calum. capit. venientes. de iureiurand. capitul. inquisitionis. dẽ hæreti. libro. 6. Fortuni. Garsi. in tractat. De vltimo fine vtriusque iur. illatio. 14. Couarru. in Epitome. 4. Decretaliũ. 2. par. capitu. 6. in princip. num. 20.

Intellige tamen hanc executionem petendam coram iudice ecclesiastico ipsius clerici, ac coram ipso discutiendam esse, vt colligitur ex Bart. & alijs suprà citatis. Nec vnquam visum, seu auditũ fuisse contrarium firmare possumus cum Couar. in practi. quæstio. cap. 8. colum. penulti. qui dicit his accedere, quòd etiam si apud Gallos clericus cogatur à iudice seculari chirographum, seu schedulam suam agnoscere, postquàm tamen agnouerit, causa est ad iudicem ecclesiasticum deferenda, vt ipse cogat clericum soluere pecuniam debitã, sicuti firmant Pyrrhus in consuetudi. Aureliensi. titul. De executione instru. cap. 20. Imbert. Rupellan. in forens. institu. capitu. 24. Rebuff. in tractat. De chirographis. articul. 2. gloss. 1. nume. 10. in. 1. part. constitutio. Regiarum Galliæ. Quæ quidem sententia etiam habet locũ, cum petitur executio instrumenti publici aduersus clericũ hæredem laici. vt probat Couar. vbi suprà. c. 8. versi. Fortassis in casu.

Dubitari poterit, an recusari possit iudex executor coram quo petita fuit exequutio instrumẽti? Et videtur, quòd possit ex eo, quia ipse debet pronuntiare exceptiones allegatas coram ipso admittendas, seu repellendas fore, & sic habet potestatem damnificandi partem, quæ cum timet sua iure non processurum ex aliqua causa, vt sæpe visum est, quòd culpa istorum exequutorũ, ac propter eorum imperitiam exequutiones multum dilatantur, ac partes laboribus, & expensis vexantur, ideoque etiam in causis summarijs vigent rationes, propter quas licitum est recusare iudices, de qua recusationum materia habitum est suprà. l. 1. tit. 5. isto lib. 3. ergo idem ius versari debet. l. his solis. C. de reuoc. donat. Et ita seruatur. Nam isti plus quàm meri, & nudi exequutores sunt, cum habeant facultatem pronuntiandi, & sic iuris cognitionem, ergo recusari poterunt. glos. verb. debuissẽt. in ca. nouit. de appellatio. vbi Imol. Panor. & Præposit. col. fin. n. 7. Archidia. & idẽ Præposit. in §. ab exequutore. 2. q. 6.

Dubitatur cui sit committenda exequutio? Respon. Algazello, & non officiali inferiori. l. 19. ti. 14. lib. 2. suprà, vbi dixi.

Quæro, quæ iura debeantur exequutori ratione exequutionis? Respon. quòd decima totius debiti, pro quo est petitum, quòd fiat exequutio. l. 21. titul.

23.tit.14.lib.2.suprà.vbi aliquas singulares quæstiones proposui, quæ pertinēt ad intellectū huius.l.4.& quotidiè in practica versantur. Et de decima vide Auiles in capitibus prætorum cap.9. verb.*derechos*.fol.139.col.1.

Dubitatur. Aliquis recepit mutuū, seu aliquam rem ad creditum, stante lege regia eo loco, quo fecit cōtractum, annullāte ipsam obligationem, ac cōtractum talem factum ad creditum: petita fuit exequutio in alio regno, in quo validè quis potest contrahere ad creditum, est dubiū, si obijciatur de nullitate loci contractus, an repellat agentem ab executionis effectu, & sic sit pronuntianda nulla? Respondendum est, exceptionem nullitatis prouenientē ex iuribus, ac legibus loci cōtractus quo ad decisionem, & validitatem obligationis seruandam fore, etiā in loco, vbi non sunt tales leges annihilātes similes cōtractus, & obligationes, quo petita fuit fieri exequutio. Quo ad ordinationem verò, & processum causæ statuta loci, in quo lis agitur, seruanda sunt. Bar. Bald. Baptista de sancto Seuerino.nu.132.& omnes in.l. cūctos populos. C. de sum. Trinita.c. quod clericis, cum glo. Antoni.& Panor. de foro competen. Augusti. Beroius. quæst.115. Illud quæsitum est, an statutū, q mercatores.num.4. Dixi suprà in rubric. De iudicijs. quæst.8.col.71. Soci.consil.71.n.7.lib.4. Quod est singulare, cū aliquis vult se tueri remedio legum, maximè.l.22.cōditæ in curijs celebratis in oppido de Madrid, anni 1528. ibi, *no condenen, ni executen en las tales personas, ni en sus bienes, ni en los de sus fiadores lo que assi devieren de los dichos juegos a credito o fiado, que por la presente damos por ningunas, qualesquier obligaciones, escripturas, o promessas, que las tales personas cerca dello hizieren.* Similiter si allegauerit nullitatem ex l.78. in curijs Pinciæ anni 1555. ibi, *è qualesquier contractos è fianças, è seguridad è mancomunidad que sobre ello se fiziere, è otorgaren, con qualesquier clausulas, è firmezas, en qualquier manera, todo sea ninguno, è por virtud dellos no se pueda pedir en juyzio, ni fuera del, en ningun tiempo cosa alguna a los dichos hijos familias, ni menores, ni principales pagadores, ni à otras qualesquier personas, que por ellos se obligaren, o en su nombre lo sacaren, è tomaren, è sean libres de todo ello, &c.* Huiusmodi leges sæpe sunt in praxi, & iudex tenebitur condēnare creditorē, ac executionē nullā pronuntiare per prædicta iura. Vide quæ dixi circa interpretationem dict.l.78.in l.1.in gloss.1 suprà isto titul. Quæ omnia sunt quotidiana, ac bene notanda in practica. Adde Feder. Sen. consil.85.col.1. ad finem.

Vtrum autem impediatur executio instrumenti ex eo, quòd in eo sit iuramentum interpositū? Respondendum est quòd sic.l.6.tit.1. suprà isto 3.lib. ibi. *E que la obligacion no vala, ni haga fe, ni prueua, è mandamos a todas è qualesquier justicias que no la executen, ni manden, ni hagan executar.* Quę sententia ex eo probanda est: quia executionis beneficium processit in hac Regia lege à Catholico rege Ferdinando: similiter etiam improbatio iuramenti, ac inhibitio, de qua in dicta.l. sexta igitur transgressor legis non debet eius beneficio vti. Paulus Castren. in.l. qui bona.§ de illo. num.5.ff. soluto matrimonio capitul. bonæ.1. de electio. capitul. fina. de immunita. ecclesi. capit. quia frustra. de vsuris.l. auxilium.ff. de minorib. Cum igitur iste contractus iuramento firmatus ad frustrādam iurisdictionem Regiam tantum directus, sit inimicus legi, non debet ad priuilegia eiusdem Principis peruenire.l.3.§.fina.ff. de adimendis legatis. notat insigniter Bald. in.l.2.col.4. versi. super secunda quæstione. Barto.ff. de iure iurand. Rodericus Suarez in repetitio.l. post rem iudicatam.§ decimò limita, vbi iuramentum.ff. de re iudicat.

Vtrum autem idem sit respondendum in schedula recognita à debitore in iudicio, quòd sit summariè, ac executiuè procedendum, quemadmodum diximus in publicis instrumentis? Respondendum est affirmatiuè.l.126. in curijs Madritijs anni 1534.& in curijs Toleti, anni 1560. fol. 41. vbi idem dispositum est in confessionibus liquidis habitis in iudicio. Facit, nam scriptura recognita à parte, eandem vim, ac potestatem, cum negari iam non possit, debet habere, quemadmodum scriptura publica.l. Publica.ff. deposi.l. cum de indebito.ff. de probationibus.l. cum antiquitas.C. de testament. notat Barto. in l. admonendi. nu.26.ff. de iureiurand.& in.l. scripturas, qui potio. in pigno. habean. Alexand. consil.191. colu. prima. lib. secundo. Couar. libr.2. variarum. cap. 11. numero.4.l.118. titul.18. part.3. Rebuff. in tract. de chirographorum & schedularū recogni. in 1. part. constitutio. Regiarum Galliæ. qui singulariter declarat.l.126. præcitatam ibi. vbi est similis constitutio regni Franciæ à pagin. 179. vsque ad.219. inclusiuè.

Pulchrum autem dubium se offert, Vtrum scriptura priuata post recognitionem habeat executionem, ac prælationem à die, qua fuit inter partes celebrata, vel à die, qua habuit vim executiuā & sic à die, qua fuit recognita, seu in publica forma redacta? Videtur quòd à die, in qua fuit obligatio orta, & sic tempore, quo fuit celebratus contractus, in quo sumpsit originem, substantiam, & formā, & sic retrotrahatur recognitio ad tempus celebrati contractus, cap. cum quis. de senten. excom. lib.6. reg. ratihabitio. de regul. iur. lib.6. Suadetur.2. Nam scriptura priuata, seu confessio redacta in publicam formam, vim executiuam habet, tan-

bet, tanquam si a principio fuisset in publicam formam posita. gloss. verb. depositionibus. in. l. fina. C. de edict. diui Adrian. tollend. Quam in hac specie instrumenti guarentigij applicatam fatetur, & communiter approbatam Alexand. de Imol. in consil. 93. colum. fina. libro. 6. alios ad idem referens. & Hippolytus singular. 484. incipien. Si vera loqui fas est.

Contrariam sententiam, quòd imò non retrotrahatur, probat Angel. in. l. si fideiussor. versicu. In textu ibi præsentibus. C. de fideiusso. quem refert Hippolyt. dict. singul. 484. & singula 135. Dicendum tamen est, quod retrotrahitur ad diem cõtractus in præiudicium recognoscentis: quantum vero ad præiudicium creditorum, à die recognitionis, in qua in effectu habet suam originem. formam, & esse, & sic prælationem, & alia priuilegia prætextu prioritatis sibi vendicabit ab illa die, in qua fuit recognitum chirographum, & non antè in damnum aliorum creditorum habentium scripturas publicas, & priores ab illa die. Carol. Molinæus in consuetudini. Parisien. lib. §. 5. nume. 16. Couar. lib. 2. variarum resolu. c. 11. nu. 4. Et ita practicari vidi, ac feci in causa ardua.

Quid obsecro iuris erit, eo casu, quo priuata scriptura habetur pro recognita, & pro tali est habita ob contumaciam rei nolentis comparere, nec eam recognoscere. ex capit. fin. de confessi. lib. 6. Responderi oportet exequi posse etiam isto casu, ac si vere recognita fuisset. Cùm tantum debeat operari fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero. l. si filiusfamil. ff. si certum peta. sed per veram recognitionem fieret executio. dict. l. de Madrid anni 1534. l. 126. ergo quando fictè per cõtumaciam, vel alio modo recognouisse constasset. Rebuff. in tracta. de chirographis. nu. 98. Couar. loco proxime citato. cap. 11. nume. 4. Esset tamen reus ad recognitionem istam faciendam personaliter citandus. l. vni. in fi. titu. 9. suprà eod. lib. 3. nisi fraude, & dolo eam effugeret citationem, quo casu haberetur pro citato personaliter. Rebuff. & Doctor Didacus Couarru. vbi suprà. Quanuis enim citatio in personam per prius sit necessaria. l. 1. §. 1. ff. de lib. agnosc. Clemen. 1. de foro cõpetẽ. Clemen. Causam. de elect. glo. in ca. causam quæ. de dolo & contuma. Vanti. de nullita. process. & sententia. ex defectu citatio. numer. 83. Tamen si non reperitur persona, fit ad domum, vt in præmissis locis habetur. & est communis secundùm Alexand. l. 4. §. ait Prætor. colum. 3. ff. de dam. infect. Panor in dict. ca. causam quæ. colum. 2. Et sic citatio in subsidium facta ad domum erit valida, nõ aliàs. glo. in cap. causam quæ. de dolo & contu. Innocen. in capit. significauit. in fin. de testib. Panormi. in. c. vltim. in fina. verbis. de eo, qui mittit in possessio. causa rei seruand. Philipp. Deci. cõsi. 460. colum. fina. lib. 4. & in cap. cùm parati. col. pen. de appella. Igitur si latitat, fraudeve propria nõ vult comparere ad hoc vt in faciem citari possit, sat erit illum citari ad domum, per præmissa; cum alioqui contumaces præmio afficerentur, ac ex sua malitia commodum consequi viderentur, quod dicendum nõ est. l. fulcimus. §. quid sit latitare. &. §. fina. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. ca. quoniam frequenter. §. porrò vbi. glos. & scribẽt. vt lit. non cõtest. Tiraquell. singulariter de retracta. lib. 1. §. 9. gloss. 2. nume. 7. Robert. Maranta. in speculo aduocat. 6. part. pagin. 372. numer. 84. & 86. Suadetur, Nam paria sunt, quòd quis personaliter citetur, aut ex facto citandi, & industria impedimentum procedat quominus personaliter citari possit, quo casu citatio habenda est pro facta, vt prædixi. text. in dict. cap. quoniam. §. porrò. & in Clement. 1. §. nos rigorem ipsum. de iudic. Clementi. 2. vt lite pendent. clem. Multorum. secundum Bonifaci. ibi. numero. 23. versicu. nota etiam quòd ille. de pœni. Suadetur ex congestis à Francisco Niconitio in repe. cap. quoniam cõtra. verb. citationes. numer. 36. de probat. text. & Ias. in. l. si eum. §. qui iniuriarum. num. 9. qui optimè in proposito loquitur. ff. si quis cautioni. Andræ. Tiraquell. de retract. libr. 1. §. 2. gloss. 1. num. 9. versi. Et idem dicit ea glossa de citatione. Ex quibus infertur, quòd quanuis in casu. l. vni. in fin. titu. 9. infrà eo. libr. 3. sit necessarium, quòd citetur reus in personam ad missionem bonorum, tamen si probetur, quòd nõ potuit ad eum citatio peruenire suo dolo, calliditate, & facto, sufficit quòd in actis constet quomodo ad domum fuit citatus, & non personaliter, quia latitabat, & sic procedi poterit contra contumacem tanquam si præsens esset, quia ficte contumax censetur præsens, cum Dei præsentia repleatur eius absentia. l. properandum. §. cum autem. C. de iudi. Boeri. in consuetudi. Bituricensibus. fol. 26. colum. 1. §. 20. tum etiam, quia contumax aliàs esset melioris conditionis, quàm obediens. cõtra tex. in cap. eum qui. de præben. lib. 6. dict. l. vnica. in princip. ibi, *los rebeldes que no quierẽ venir ante el judgador a los emplazamientos que les son puestos, no deuen ser de mejor condicion, que los que vinieren ante ellos a parescer*. Igitur simili modo cõcludẽdum est in casu huius. l. 4. & l. 64. Tauri. quòd executio bonorum postrema fieri possit, etiam si in personam non fuerit facta citatio: quæ alias esset necessaria, nisi dolo rei impediretur, per præmissa. Quæ omnia sæpe contingere solent in actu practico, ideo notanda sunt. Cum autem volueris videre de citatione necessaria ad primum, & secũdum decretum faciendum, videbis dicta in dicta l. vni. in. 1. glos. quæstio. 8. & Montalu. in. l. 5. tit. 3. libr. 3.

lib. 3. foro legum. & l. 1. tit. septimo. par. 3. versic. *Ca estos a tales.*

Dubitatur præterea, Verum instrumentum publicum possit exequi post decē annos? Respon. quod nō. l. 3. tit. 13. infra eod. vbi cautum est, debitum non posse peti post lapsum decēnii. Bald. facit mentionē de simili statuto in tract. statutorū. verb. instrumētū. n. 11. & dicit, quod si volo procedere aduersus debitorem via ordinaria, & non executiua, possum, nō obstante statuto loquente de præscriptione: quo fit, quod licet decēniū impediat, quod nō possim producere instrumētum in modum executionis, potero in modum probationis. Ita Barto. in. l. planè. ff. quod falso tuto. authore. Sed Bal. ibi dicit: Aut statutū disponit de exceptione cōtra executionē; aut contra debitū principale. Primo casu verum dicit, posteriore verò nō arg. l. & in tutela ff de tutel. & ratio. distrahendis. Ita Bald. in. d. verb. instrumentum. nu. 11. vers. statutū quod nō. Anto. à Canario in tract. de executione instrumētorum. quæst. 56. n. 9. Francisc. Cremenf. singulari. 140. incip. Statuto caue-, tur. Thomas Ferrati. in cautelis. vltra Cepol. caut. 50. incip. Si contingat extare. Rodericus Suarez in repetl. post rem iudicatam. limitatio. 6. nu. 3. ff. de re iudicat. subijciēs, Tene mēti, quia nō poteris inuenire in mundo meliorem determinationē ad propositū dictarū legū. Et sic multoties habui de facto, & practicaui. Hactenus ille. Sed huic distinctioni obstare videtur dict. l. 3. dum dicit *Porende ordenamos, que aquel, que alguna action, o demanda tiene contra otro con carta o sin carta, è desque el plazo llegare, no le demandare en juyzio, o no fiziere emplazar la parte sobre ello, o no fuere fecha entrega, y execucion por ello fasta diez años, que dende en adelante pierda la demanda, e no sea oydo sobre ello.* Ergo nec per viā executiuā, nec per viā ordinariā elapso decennio poterit peti debitū, cū iā sit præscriptū per prædictā legē. Sed dic, quod lex illa fundata super præsumptione, locū non habet quoad viā ordinariā, saltē vt quis possit debitū cū mala fide præscribere, & sic vtroq; in foro præualet ius Canonicum, quod omnem similem legem improbat. cap. si. de præscrip. de quo latiùs suo loco dicetur. Vel dicamus procedere ex approbatione legis. 4. eo. tit. 13. quę posteriori loco est posita, ac etiā est nouissima, & sic præferēda. l. pacta nouissima. C. de pact. Dicit enim declarando legem superiorem, *segun que en la ley antes desta se contiene ninguna entrega, ni execucion se pueda fazer, por el tal deudo fasta que el deudor sea emplazado, è oydo.* Igitur tantum tollere intēdit viam exequutiuā, non tamen ordinariam, vt pie debitor, & eius successor maiori deliberationi possint inquirere sua iura, ac defensionem, si qua fortè habuerint, prout pluries vidi contra istos creditores malæ conscientiæ, pariterque fœneratores, qui debitum semel solutum in periculum suarum animarum, maximè contra simplices, & miseros agricultores, qui bona fide, soluto debito, nō exigunt obligationē, nec petunt quitationis schedulam, repetere iniustè, ac scienter non formidaure. De intellectu prędictæ l. 3. titulo. 13. infrà agit Antonius Gomez in. l. 63. Tauri, Et Couar, in regul. Possessor. de regulis iuris. libro sexto. in. 2. parte. §. vndecimo. numero primo. & quæ dixi in dict. l. 3. & l. 4. tit. 13. libro isto. 3. infrà. vel potest præsentare instrumentum ad hoc vt illud recognoscat. & recognito procedetur via executiua per dictam. l. 126. de Madrid. an. 1534.

b ¶*Obligaciones.* Opponere posset aliquis cōtra legislatorem de superfluitate, quam vbiq; excludēdam fore iuris latores dicunt in procem. C. §. quibus. l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appellat. & *in* procemi. Decretali. §. rex pacificus. ibi. resecaris superfluis. Sed verbum istud, *obligaciones*, superfluum esse constat propter verbum sequens, *contractos*, Igitur minus apte. ex. l. omnem obligationem. ff. de iudic. vbi dicitur, omnem obligationem pro contractu habendam existimandum est. Pro solutione tamen dicas, quod istud verbum fuit positum ad hoc, vt daret intelligi, quod non solùm comprehendit obligationem propriam, quæ venit nomine contractus; verum omnem illam, quæ posset comprehendi alio quouis modo, & sic impropriam, & ex vi comprehensiua sub hoc verbo. *obligaciones*, & sic comprehendat donationem, quæ non est contractus propriè, sed largo modo. Et ita intelligendus erit tex. l. si donationis, & ibi Bartol. C. quod met. causa. & l. iubemus nulli. circa principium. ibi, siue contractu venditionis, siue donationis. C. de sacro sanctis ecclesijs. textus cum gloss. in. l. si quis emptionis, in principio. C. de præscriptio. 30. anno. & gloss. in authenti. Sacramenta puberum. & in corpore vnde sumitur. C. si aduer. vendit. Cum enim secundum Barto. ibi. illa authenti. sit fauorabilis respectu animæ, quæ cunctis rebus est præferenda. l. fina. C. de sacrosanct. Eccles. ergo comprehendit donationem, quæ est contractus ex larga, vt dixi, interpretatione. Et ita sumitur obligatio improprie pro contractu in dict. l. omnem. dum dicit, pro contractu habendam. Et est de mente gloss. fina. ibi, Aliud enim est, esse talem, vel haberi pro tali. gloss. in. l. mercis appellatione. 2 ff. de verborum significatio. facit tex. in l. codicillis. §. fina. ibi, pro iure legitimo haberi. ff. de leg. 2. & quod notat Bartol. in l. si maritus. § legis Iuliæ. ff. de adulter & in. l. si is qui pro emptore. num. 19. ff. de vsucapionibus. Panormita. in capit. ex parte. de sponsalib. Decius consilio. 275. numer. 7. &

etiam

etiam omnem obligationem, quæ ex consensu alicuius volentis se obligare in vtilitatem alterius prodenit. Et sic nudum pactum, & obligatio naturalis redacta in scriptis habebit executionẽ; quia verbum, obligatio, simpliciter prolatum, intelligitur de naturali, & ciuili obligatione. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solutio. Bald. cum dixit vnicum in capit. Quintauallis, in fine colum. de iureiurand. & de efficaci obligatione, l. vel obligatus. ff. de liber causa. Baldus in l. ait Prætor. §. pupillus. ff. de negot. gest. vbi dicit non habere executionem pactum nudum, cum statutũ nõ loquatur de obligatione inualida, & inefficaci continente tantum obligationem naturalem. Tamen in hac regia lege voluit tribuere priuilegium executionis non solum instrumento continenti obligationem vel debitum. Quæ verba inducere videntur tam ciuilem, quàm naturalem obligationem, sed etiam voluit omnem aliam obligationem in scriptis propositam etiam per pactum nudum, & seclusa solennitate iuris contractam, seu deriuatam comprehendere. Notandum etiam est contra obligatum nudo pacto per instrumentum guarẽtigium procedi posse via executiua, quia literis vestiri videtur, ac legitima conuentio est, cùm lege firmetur. l. legitima. ff. de pactis. docet Bald. in l. secunda. in fine. C. de executio. rei iudica. Petrus de Rauen. in alphabeto. verb. statutum. in fine. Imol. in l. fin. num. 3. ff. à quib. appell. licet, vel non licet. Iaso rationes huius dicti assignat in dicta. l. legitima. colum. 2. numero. 5. & 6. quamuis recedat ab ista Bald. sententia in dicta. l. secunda tamen eum sequitur Rebuffus tracta. de literis obligatorijs articul. 2. glossa. 1. num. 15. in 1. parte constitutio. Regiarum Galliæ. qui dicit hoc non esse necessarium adnotare, ex eo, quòd notarij solent stipulationem in instrumentis inscribere, vt vix instrumentum notarij inueniatur nudo pacto factum, & nusquam vidisse vnum ait sine stipulatione à notarijs confectum. Aliquando tamen bonus sæpe dormitat Homerus. Ideo est notandum, quod nudo pacto promissum in instrumento exequendum est secundùm præmissos doctores, & Bald. in opere statutorum. verb. instrumentum. nume. 16. & in. l. si causam. in fin. ff. de exceptio rei iudica. Suarez in repe. l. post rem iudicatam. §. sed pro euidentia. nu. 5. & nu. 25. ff. de re iudica. Et quod promissiones nudæ absque solennitatibus iuris ciuilis, & sic pacta nuda sint exequẽda de iure regio constat, cum firmetur à lege. 2. suprà eo. & sic in eis cõcurrat obligatio naturalis, ac legis Regiæ & omne pactum dicatur contractus. gloss. in l. 1. verb. figuris. ff. de actio. & obligatio. nota secundum Segur. vbi ad eum plures eam laudantes adduxi in repe. l. quemadmodum. num. 78. ff. de acquiren, possess. Hierony. Cagnol. in repe. l. si quis maior. num. 31. C. de transactio. Singul. secundũ Ias. in l. naturalis, in prin. num. 3. ff. de præscri. verb. auream dixit Christophor. Porc. in princ. Instit. de obligat. colum. 2. num. 2. Ergo etiam ad pactum ex vi verbi, *contractos*, positi in hac lege venire debet omnis pactio, etiam nuda à iuris solennitate.

Quid autem erit in quasi contractibus, seu distractibus, vtrùm quis possit compelli ad obseruantiam promissionis in tali instrumento contẽtæ via executiua? Videtur quòd sic, cùm ibi quis ex sua pactione fuerit obligatus, ac de animo se obligandi constet per regiam. l. 3. suprà eo. ac proinde comprehenduntur sub isto verbo in nostro textu posito, *obligaciones*, per prædict. l. omnem. ff. de iudi. Tum etiam, quia ratio, vt celeriùs negotia expediantur, viget in his quasi contractibus, seu distractibus, de qua in superiori gloss. dixi, ergo non debet diuerso iure censeri, sed vno complecti, cùm sit eadem rationis causa. l. illud. ff. de acquirenda hæredita. l. his solis. C. de reuocand. donatio. Et leges loquentes in contractu, propriè sumpto vocabulo, si vna, eademq; ratio versatur in contractu, quæ in quasi contractu, venit quasi contractus. Et ita procedunt iura, quæ quasi contractum comprehendunt nomine contractus, vt in. l. interdum. §. vltimo. ff. de iudic. l. sed & cum aliquis. ff. de negot. gest. quæ loquuntur de gestione negotiorum, quæ haud dubiè quasi contractus est. & l. vltim. ff. in quibus causis pig. no. vel hypothe. taci. cont. & l. ex contractibus. ff. de actio. & obligatio. quæ loquuntur de tutela, quæ & ipsa quasi contractus est, & l. apud Iulianum. §. vltimo. cum. l. sequenti. & l. eandem rem. ff. de duobus reis. quæ loquuntur de aditione hæreditatis. gloss. in capit. vltimo. & ibi Panormita. de foro competen. dicunt, quasi contractum, largissimè contractum dici, trahere tamen constitutionem illius capit. loquentem de foro ratione contractus ad quasi contractum. Hinc gloss. in authentic. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. trahit eam loquentem de contractu, ad quasi contractum, nempè ad iudicium. vbi Iacob. de Rauen. Barto. Angel. & cæteri omnes idem asseuerant. Specula. de actore. §. 1. versicu. Sed quid si iurauit. Tradit Andræ. Tiraquell. hanc communem, dicendo post leges connubiales. glo. 5. num. 208. fo. 293. colu. prima. Et quòd dispositio dict. authenti. Sacramenta puberum. habeat locum in distractu, est communis secundum Segur. in repetitio. l. quemadmodum. num. 78. versicul. ex quo etiam infertur. ff. de acquirenda. possessio. ad idem est decisio Petri de Ancharra. in capi. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. dicentis illum

lum tex. qui loquitur in contractu, habere locum in quasi contractu, & hoc regulare in omnibus casibus esse, tradit Aretinus in.l. impossibile. colu. prima.ff.de verborum obligatio. Sin autem diuersa ratio esset in quasi contractu, quæ esset in contractu, non extenderentur disposita de vno ad reliquum, & ita procedit l.2.§.omnes. ff.de iudicijs iuncta.l.de eo.eod.titul. Nam in primo loco legati domum reuocant, nisi contraxerint, vbi conueniuntur: in secundo verò non prohibentur reuocare, licèt hæreditatem adierint.l.1.§.tutores, versicu.& si iure.ff.de fals. vbi si interdicitur à lege cōtractus, nō propterea prohibetur hæreditatis aditio: nam appellatione contractus, non venit quasi contractus, nisi largissimè. glossa in capitul.final. verb. seu contractus. de foro competen. Quæ iura, & similia procedunt data diuersitate rationis; prout dixi. Sed in specie proposita viget eadem ratio in quasi contractu, & distractu, igitur disposita in contractu, habebunt locum in quasi contractu seu distractu. De quo articulo vidēda sunt, quæ tradidit Tiraquell. in dicta gloss.5. & nos remissiuè ad Seguram in dicta repetitione.l. quemadmodum.numero.76. & l.55. in ordina. Tauri. Ioan. Baptista Caccialup. in tracta. de transactio. quæst.4.num.3.

c ¶ *Compromissos.* Compromissum, idest, sententiam latam iuridicè, iuxta formam instrumenti, in quo continetur commissio data arbitris, vt hic, & in pragma.42.cap.fin. Regum Catholicorum. Facit. l.35.titul.4.part.3. quæ lex tota loquitur in arbitro secundum Gregorium Lopez.ibi.verbo, *al juez ordinario.* & l.23. eiusdem titul. in arbitratore. Vtraque tamen sententia tam arbitri, quàm arbitratoris, seu amicabilis compositoris est hodie executioni mandanda, iuxta formam dict. pragmati.42.ca.fina. Et est lex Caroli Cæsaris olim Hispaniarum regis eam sic declarās in Curijs Toleti anni.1539. petitio.8. sic dicēs in responsione. *A esto vos respondemos, que nos parece bien, y declaramos, que la dicha ley aya lugar en qualquier arbitro, ó arbitrador nombrado de consentimiento de partes.* Dubitatur, Vtrum cōpromissa sortiri debeant naturam transactionis, & sic contractus? Gloss. in authentic. vt different. iudices audi. in princip. verb. conuentum. colla.9 tenet partem affirmatiuam. vbi Bart. eam sequitur, num.5. sic dicens, Nota, quod arbitramentum non est sententia, sed quædam transactio. Ita habes ex gloss. hic super verb. conuentum, quod tene menti Innocent. in capit. Quintauallis. colum.1.num.1. de iureiurand. Anchar. consil. 443. incip. Primò elicimus. colum. 2.num.2. text. secundum Panormita. ibi. colum. 2.num. 2. versic. Secundò nota quòd arbitrium. in ca. fina. de re. permut. Et tenent omnes in auth. Si verò contigerit. C.de iudic. secundū Curti in l.iubemus.colum.1.num.1.C. de transactio. Ioā. Baptista. in tracta. de arbitris cap.8. lib. primo, numer.5. vbi prædictam gloss. authenti. vt diff. iudi. dixit singularem. Et moderni expressè tenēt, quòd est propriè transactio, teste Ioan. Baptista. Caccialup. in tractat. de transactio. quæstione.3. num.4. & ibi reputat istum articulum quotidianum, gloss. & ibi Imol. nume.6. colum. 1. in cap. exposita de arbit. Bald. in consilio. 191. incipien. In testamento. colum.1. num.2. versi. sed compromissum arbitrorum. lib.2. Deci. in. l. transactionis. col.1.n.3. & colū.2.nu.7. C.de transact. & ibi Curti. col.1.nu.6. Cotne. cōsil.148. col.1.nu.2. & cōsi.216. lib.1. num.4. lib.1. & consi.290. colu.1. eodem lib.1. Quæ tamen conclusio accipienda est largo modo, non tamē propriè, & strictè, imò multum differunt. Bartol. in.l. quod si Ephesi.§. final. ff. de eo quod cert. locu. Ias. plures ad hoc citat doct. in.§ omnium. colum.3. num. 18. versic. Nota primò. Instit. de actio. & ibi Ludo. Gomes. colum.3. num.9. dixit hanc communem opinionem, allegatque ad idem plures, qui hanc sententiam tueri conantur. Declarat optimè Philip. Deci. consil.60. Viso themate, & consideratis omnibus, quæ in præsenti consultatione proponuntur. nume.3. colum.3. libr.1. Ioan. Baptist. Caccialup. in tracta. de transactioni. quæst.3. colu.2. num.4. & Paul. Parisi. consil.24. num. 118. versiculo. Vlterius suadetur, nam licèt doctores dicant compromissum. libro. 2. Ex quibus poteris aliqua in medium inferre, maximè ex Decio, & Paris. locis præcitatis. Deducitur etiam, quòd si ex forma statuti esset soluenda gabella de transactione, non haberet locum in compromisso, quippe cum non sit propriè transactio, per præmissa. Bertachin. tenet hanc illationem in tracta. De gabellis contractuum. quæst. vigesimo secundo, numero.33.

Cum sententiæ arbitrorum habeant hodie exequi quemadmodum instrumenta guarentigia, est dubium; an ad illam exequutionem petendam requiratur libellus. Videtur quòd non, cum sit iudicium summarium, & in his absque libelli propositione sit procedendum. clementi. sæpe. de verborum significatione. Bartol. in.l. iubere cauere. num. tertio colum.2. ff. de iur. om. iudi. æquiorem ac veram dixit Suarez in repetitione. l. post rem ac veram dixit Suarez in repetitione. l. post rem iudicatam. notab.2. folio. 114. col.3. de re iudicat communem dicit Felin. post Socin. in capi. 1. de libell. oblatio. colum.3. numero.7 Iaso. in.l. intra. ff. de re iudica. & istam sequitur Gregorius Lopez in.l.1. verbo, *dei que dio*, titulo.27. par.3. & est bona opinio, ne lites ex litibus oriantur, & senten-

sententiæ celeriter executioni mandentur secun-dum eum, quamuis contrariam cõmuniter teneri firmet & Rip. in.d.l.intra.nu.3.& sic procedit iu d x visa sententia vna cum compromisso inter lo quendo & præcipiendo, quòd soluat iuxta.d.l.fi. in ordina. de Madrid. arg. glo. verb. sententia.in.§.at ex contrario. Insti. quibus alie. licet vel non.gl. verb. decreto.in auth de hære.& falci.§.non autem.Et sic inter has duas opiniones cõtrarias tenebis prio rem per hãc.l.&.l.fi.de Madrid. Cætera, quæ hic sunt annotanda, videnda sunt per Ioan. Baptist. Perusinum, ac Lanfranc. de Oriano in suis tracta. de arbitris. volum.1. secũdum verò posteriorem impressionem.3.Et Rebuff.in 3. tomo. in cõstit. Regias Galliæ.tractat.de arbi.& arbitratore. Mõtaluus in.l.4.verb.*pleyto de justicia*.titul.7. part.3. Auiles in capitibus Prætorum.cap.10. verb. *execucion*.num.9. Roderi.Suarez in repeti. l. post rẽ iudicatam.§.Est alius casus in sententia arbitratoris.fol.124.col.2.ff. de re iudicat. Habet etiam executionẽ transactio facta coram iudice, vt per eum vbi suprà, colum.quarta, versiculo. t em est alius casus.

sentencias [a], o otras qualesquier [b] escriptu ras que tengan apare-jada execuciõ que no sea admitida, ni recebida por nros juezes ninguna, ni alguna ex cepciõ, ni defension [c].

a ¶ *Sentencias*. Quantum ad harum executionem nullum ius nouum hic statuitur, cùm sententiæ de iure communi executionem paratam habeãt. l.4.§.si ex conuentione, & l post rem iudicatam. ff.de re iudica.vbi Suarez colum.1. versic. Nota primò. Addit tamen quo ad exceptiones impedientes executionem, & quo ad tempus prolatio nis earum, & exclusionem implorationis officij iudicis vt infrà verb. *ni defension*.iuncta.l.quinta. infrà &.l.64.Tauri.& quæ ibi annotantur. Item quo ad qualitatem sententiæ exequendæ (debet enim esse liquida) & satisdationem præstandam à creditore ad hoc, vt non obstante appellationis remedio, debitum cõsequi possit. vt diximus per legem sequentem suprà in glo.1.Et adde Pragmaticam à pijssimo Philippo Hispaniarũ Rege promulgatam anno ab orbe redempto.1552. in curijs Madrititijs, petitio.13. Idem est dicendum in quibuscunq; alijs scripturis, quibus à iure in multis casibus competit ius exequendi. De quibus latè per Roderic. Suarez in dicta repeti.l post rem iudicatam, à folio.112. cũ sequentibus pluribus. Adde.l.4.titulo.4.lib.6. infrà. vbi ponitur vltra ipsum alius casus, in quo fit exequutio in causa gabellæ non solutæ aduersus debitorem. Idem in legato pro ecclesia cõstruenda. capit. nos quidẽ. ibi.& cuncta secundùm voluntatem defuncti sine altercatione construere. de testament.l. nulli. § si autem.ibi, sine vlla cunctatione, vt conuenit, impleturus.C.de episco.& cleri. Vtrùm autem legatarius possit petere legatum via executiua, dicitur in.l.1.titul.2.lib.5.infrà.

b ¶ *Otras qualesquier*. Vt potè quãdo scriptura secundùm formam iuris esset redacta ex depositionibus testium super debito tantum sine alia solennitate iuris, vel debitum solenniter mediante publico & solenni instrumento tamen amisso, seu igne consumpto, parte vocata, & in contradictorio iudicio solenniter, & secundum ius dicta testium publicata, talis scriptura sic facta habet executionem. Ange.post gloss.verb.depositionibus.in.l.fin.C.de edict.diui Adriani tollend.vt suprà dixi. & in.d.l.1. tit.2. lib.5.ordi.infrà. Idem erit dicendum in pacto nudo iuxta cõtractum interpositũ, cùm insit cõtractui.l.iuris gentiũ §.quinimò.ff.de pact. Tũ etiã, quia censetur vnus & idem cõtractus ex eo, quia insimul & collectiuè factus est.l.hæredes palàm. § vno cõtextu.ff de testam.l.3.ti.1.par.6. Montalu.in.l.1.tit.5.lib.3.fori legũ.verb.*por escripto*.l. patris & filij.ff.de vulga.& pupilla.l.si quis ex argentarijs.§.similium.ff.de edend.& suprà aperuimus quicquid. Ias.in.l.electa.col.8.nu.15.ff.si certa.in contrarium firmauerit.

c ¶ *Ninguna, ni alguna exception, ni defension*. Scilicet non expressam à iure alio, vel non habentẽ rationem naturalem, ac æquitatem minimè continentem, alias admittenda erit, si liquidari possit infra terminum decem dierum datum ad opponẽdum aduersus executionẽ.l.5.infra eod.ibi, *Saluo si hasta diez dias mostrare la tal paga, o legitima exception, &c*. quæ singularis, ac clauis istius materiæ principalissima est. Confirmatur ex his, quæ in materia statuti huic nostræ Regiæ.l. similis adducit Bartholomæ. Socinus consilio.27. numero.30. versicul. Secundus scrupulus est, quia instrumentum est guarentigium.libro.4. Item non obstante hac legis prohibitione contra instrumentũ poterunt opponi omnes exceptiones, quæ limitãt, & restringunt executionem, quemadmodum oppossi possunt contra sententiam, & eius executionem. vt est casus in.l. Nesennius ff.de re iudica.& in.l.fideiussor.§.solùm respondit.ff. de fideiussorib.& in.l.ex diuerso.§.fin.& quæ ibi tradũt moder.ff.soluto matrimo.tradit Bartol. in. l. prima. C.de iuris & facti ignoran.& in.l.prima. C. si ex fals.in-

fal. instrumen. Marian. Socinus consil. 51. incipiē. Præstantissime doctor, & illustrissime iudex. columna tertia. num. 6. libro primo. ergo & exceptiones huic similes, habentes eandem, vel maiorē rationem sunt admittēdæ. Et hoc vult dicere dict. l. 5. infra ibi (*o legitima excepcion*) Nam hæc est interpretatio sana & quæ à quolibet sapiente

saluo paga del deudor o promission: o pacto de no lo pedir [a]

reprehendi non poterit. Pars vero negans nullam aliam exceptionem fore admittēdam, tanquam reprehensibilis, & contra gloss. fin. in. c. accepimus. de æta. & quali. & aliena à legum conditoribus nō est admittenda, etiam si per dictionem inducentē limitationem, seu restrictionem fuerit loquuta nostra lex. Nam ipsam intelligendam censeo de illegitimis, ac dissimilibus explicatis hac in lege gratia frequentioris vsus, & quæ inducerent altiorem indaginem. & sic non esset possibile eas liquidare infra terminum à iure statutum ad eas objiciendas aduersus executionem. ex his, quæ notat Ias. in. l. 4. §. condemnatū. col. 2. nu. 8. de re iudi. ff. & iam prædiximus. Defensiones hic non tolluntur, sed modus defendēdi intra certū terminū breuē, quādo quis obligatur per instrumētū guarētigiū declaratur, ac subditis, vt celerius lites finiātur, salubriori remedio prouidetur. Quod iustū, sanctum, ac par tāti Principis fuit vt in. 1. glo. apertum est. Hinc est filiū ingratū non solū ex causis deductis in auth. vt cum de appel. cognosci. §. causas. coll. 8. exhæredari posse à patre, verum etiā ex alijs similem, seu grauiorem rationē cōtinētibus, vt asseruimus ad Segur. in rep. l. 1. §. si vir vxori. nu. 119. ff. de acquiren. possess. Petr. Gerard. singul. 1. Felin. in capitul. pastoralis. in princip. de resc. Euerard, in locis legalibus. loco. 3. versi. Quinto illud. Ioā, Lup. De donatio. inter vi. & vxor. §. 16. num. 10. in rubric. Roderi. Suarez in repet. l. 2. fori. Ioh. 71 col. 1. versi. Tertio inquātum est leges. Challanę. in consuetudi. Burgundiæ. rub. 7. §. 2. nume. 2. fol. 231. Hippolyt. singula. 78. Ripa in repetit. l. fina. nume. 138. C. de reuocand. donatio. communis secundum Alexand. in authen. non licet. numer. 4. & ibi Curti. iunior. num. 23. C. de libe. prætērit. & secundum eundem Alexan. in. l. siquis id quod. num. 19. ff. de iur. omni. iudi. Couar. in cap. Raynutius. in prin. num. 17. de testam. Doctissimus Pinellus, ac Lusitaniæ vnicum fere exemplar. in. l. 1 part. 2. numer. 27. C. de bonis matern. Petr. Plaça nouissime in tract. de delictis. capitulo primo. numero decimoquinto. cum sequent. Ex quibus locupletari potest noster intellectus ad hanc legem Regiam, maxime cum sortiatur effectum ex l. 5. infra in verbis præmemoratis, quæ tendunt contra communem opinionem paulo ante citatam in. l. 1. titulo secundo. in gloss. 1. latius dicitur libro quinto. infra. Præterea in terminis huius legis ita declarat Anton. à Canario in tract. de executio. instrumētorum. q. 1. & quæstione secunda. & ipse ibi pulchra adducit in materia executionum. Singulariter Philip. Deci. in capit. ex parte. in. 2. colum. 2. numero quarto. de offic. delegat. qui ponit triginta fallentias, seu declarationes, quæ pertinent huic legi ad eius declaratio nem. Nolo transcribere, sed supplico, vt omnino, & lynceis, vt aiunt, oculis illa rimentur.

o excepcion de falsedad [b], o excepcion de vsura [c], o temor, o

a ¶ *Pacto de no lo pedir.* Idem dic habere locū in pollicitatione, nam ex pollicitatione oritur obligatio naturalis, vt notauimus in. l. 3. supra. Ergo dabimus exceptionem, cum cui damus actionem & multo fortius exceptionem negare non debemus. cum tendant ad eundem finem. l. inuitus. §. cui damus. & ibi Philipp. Deci. num. 2. ff. de regu. lis iuris.

b ¶ *Falsedad.* Opposita contra substantiam instrumenti, secus si contra accessoria ipsius instrumenti objiciatur, nempe contra hypothecam, vel pœnam, vel causa differēdi negotium. l. satis aperte. in glo. verb. objicitur. & ibi Bald. C. ad legem Corneli. de fals. Confirmatur ex late traditis in exceptione nullitatis a Iaso. in. l. 4. §. condemnatum. num. 9. de re iudicata.

c ¶ *Excepcion de vsura.* De qua iudex laicus cognoscit, cum sit summaria cognitio. & tantum agatur de facto, non tamen de iure, vtrum scilicet sit vsura, vel non. argu. eorum, quæ in matrimonio notat Bald. in. l. filium cum diffinimus. colū. 1. nu. 13. & in. 2. lectu. repetit. in nu. 5. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. ac mixtum iudicium, cum solum verſetur quæstio facti, à qua opinione non erit tutū recedere, omissis cæteris deductis per Felin. in cap. cum sit. col. 3. versic. Tertia opinio. de foro compet. Alexand. in. l. Titia. num. 7. ff. solut. matrimo. & est opinio communis Canonistarum, teste Iaso. in. l. quoties. columna secunda. numero sexto. C. de iudi. Veriorem etiam hanc opinionem censet Ioan. de Imol. in clem. dispendiosam. colum. penult. nu. 20. de vsur. Alexand. consil. 9. colū. 2. libr. 4. Ioann. de Imo. in clem. vni. num. 13. de vsur. Ex quo infertur, quod quamuis crimen vsurarum sit mere ecclesiasticum. vt est glos. in. c. 1. de offi. ordina. Deci. consil. 18. nu. 2. & commu-

fuerça tal que de derecho se deua recebir. E si otra qualquier excepcion no sea recebida ni el que la pusiere sea oydo. Y no embargantes otras qualesquier excepciones el iuez proceda a execucion de tal contracto, o sentencia, y lieue la a deuido effecto.

¶Ley. V. Que por los contractos publicos se haga execucion, y que la excepcion de paga se prueue hasta diez dias.

¶El Rey y Reyna.

ADDICION.

¶Esta ley se contiene en la ley. 2. titulo. 21. libr. 4. Recop. y acerca della se vea la ley. 3. del mismo titulo, donde se declara, que los diez dias de que esta ley habla para probar las excepciones corran desde el dia que el executado se oppusiere a la execucion.

POR escusar malicias de los deudores que alegan contra los acreedores exce-

nis in capit. cum sit generale. de foro compet. tamen cum iam est deducta oculis hominum, de facto. & non est dubium in iure poterit puniri à iudice seculari. Iacob. Butriga. in. l. improbum fœnus. C. in quibus caus. infam. irrogetur. Ioan. Monach. Archidiac. Ioann. And. & Domini. in capi. 1. de vsur. lib. 6. Carol. Molinæ. de cōtractibus vsurarum. quæsti. 10. Corne. cōsil. 19. libro. 3 Antoni. Rube. consil. 65. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. capitul. 6. nume. 19. Quamuis oppositā sententiam, imo quod solus ecclesiasticus cognoscere posit de quęstione vsurarum, etiam si sit quæstio facti, existimet veriorem Lanfranc. de Oriano in repet. clemen. Dispendiosam. columna sexta. de iudic. Ad istam legem vide quæ notat Andræ. Barbat. in. l. 5. incipien. Stipulatio. column. 2. ff. de verborum obligationi. qui post Angel. colligit ex text. illo, quod si statuto caueatur, quod à mera interloquutoria appellari non posit, si produco instrumētū guarentigiū, & peto iudici ipsum exequēdum fore pronuntiet, & ipse iudex pronuntiat, quod debitor poterit appellare à tali pronuntiatione, ex eo, quod non est mera interloquutoria, sed habet vim diffinitiuæ.

a ¶*Que de derecho se deua recebir.* Sic ergo excludit friuolas, non tamen eas, quæ à iure sunt receptæ, de quibus in. 1. glo. Item exceptio præscriptionis immemorialis opponi poterit contra instrumentum guarentigium, etiam si ex forma statuti esset instrumentum exequendum, non obstante præscriptionis remedio. Felin. in rubr. de præscr. col. pen. nume. 18. Item poterit opponere nullitatem prouenientē ex defectu solennitatis, nempe, Obstat tibi, quia cōtractus est factus à muliere coniugata absq; mariti sui licētia. l. 55. Tauri. Item quia non interuenit authoritas patris, vel curatoris in obligatione factā à filio, vel alio cōstituto sub alterius potestate ad creditum. per legē Regiā. 78. & l. 79. in curijs Pincię declaratis anno. 1155. Et ista nullitas ex inspectione scripturæ poterit cōstare, & sic non censetur exclusa ab hac lege. Cōfirmatur ex late congestis ab Hippoly. in rep. rub. C. de probationi. n. 159. versicul. Et ideo dixit multū notabiliter Baldus. Verū contra debitum, vel depositum sit admittēda exceptio solutionis per testes in regno Aragonū? Responde quod non nisi per instrumentū, vel negantis recipiat iuramentum. vt habetur lib. 8. fororum Aragonum isto titu. De exceptio. consti. 3. cuius tenor est. Si de cætero contra debitum, vel depositū, seu commēdam cum instrumento factū, exceptio solutionis fuerit allegata, testes ad probādam illam exceptionem non recipiantur, sed probet illam exceptionem reus cum instrumēto, vel negantis recipiat iuramentum.

Nec executione pendēte ante bonorum traditionem, & realem solutionem non admittitur aliquod iudicis præceptum, eam impediens, nec appellatio, seu inhibitio. vt habetur cod. lib. 8. ti. De Capleuatoribus. constitu. 1. incipien. *Item si algunos bienes.* Et vide etiam sequen. 2. incipien. *Por dar ordena la expediciom de la justicia de los creedores no sean defraudados.* Nota etiā istud princi. Nā ista est vna ratio principalis, propter quam instrumenta publica exequutioni mandantur. Vide alias in glo. 1. supra hac. l. 4. Aliqua etiam, quæ pertinent ad hāc legem vi. in. l. 1. & in. l. 3. supra eod. titu. & Adde Gregor. Lopez. l. 8. titulo. 18. partita tertia. in gloss. 3.

¶Lex. V.

a Cartas

pciones y razones no verdaderas por alongar las pagas, y por no pagar lo que verdaderamente deuen. Ordenamos y mandamos, que cada y quando los mercaderes, o otra qualquier persona, o personas de qualesquier ciudades, y villas, y lugares de nuestros Reynos q̃ mostraren ante los alcaldes y justicias de las dichas ciudades, y villas, y lugares cartas y contractos publicos [a], y recaudos ciertos de obligaciones que ellos tengan contra qualesquier personas assi Christianos como Iudios, o Moros de qualesquier deudas que les fueren deuidas, que las dichas justicias las cumplan y lleuẽ a deuida execucion, se-

a ¶ *Cartas y contractos publicos.* Id est facta à publico notario Regis, seu eius authoritate, ac insimul numerario illius loci, in quo factũ fuit instrumentũ, vt in l.4. in glo. 1. declaraui. Primo igitur hic pro horum verborum perfecta declaratione dicendum est scripturam duplicẽ in iure reperiri posse. Quædam enim est publica, altera vero priuata. L. scripturas. C. qui potio. in pigno. habeãtur. l. 118. titul. 18. part. 3. Publica vero est solemnis, & rite ordinata scriptura per authenticæ personæ manum publicæ memoriæ causa facta. capitu. quoniam contra. de probat. Ita dicit Specul. in tit. de instrumento. editione. Et de hac publica scriptura loquitur in. c. 1. & c. 2. de fid. instr. l. 113. & 118. tit. 18. part. 3. l. 3. 4. & 5. tit. 9. libr. 2. foro legum. l. 26. titu. 4. libro. 1. supra. Singularis, & in practica semper notanda est. l. 4. & l. 8. titulo. 18. libr. 2. supra. l. 101. in quaterno gabellarum. Ex quibus colliges, quod non omnis scriptura facta à tabellione Imperiali, seu regio, vel apostolico habet vim publici instrumẽti, ad hoc, vt executionis titulum habeat, sed illa, quæ est confecta manu publici Tabellionis numerarij ciuitatis, vel loci, vbi contractus fuit celebratus. Et de istis loquitur lex ista. De materia instrumentorum est addendus Roman. singul. 708. dicens, quod princeps non potest facere, quod exemplo non solenni detur fides. text. in dict. capitu. 1. ibi. nihil facere possumus. Sed intellige secundum Ioan. And. ibi. de potestate ordinaria, secus tamen est de absoluta. §. sed & quod Principi placuit. Institu. de iur. nat. cap. proposuit. cum sua gloss. de concess. præbend. Inno. in capitul. cum ad monasterium. numer. 3. de stat. monach. & in his, supra quos habet liberam potestatem. Panor. & Imol. vel nisi id faciat per viam legis à principio, secundum Philipp. Deci. in dict. c. 1. Qui omnes ita declarant textum illum. Adde huic Guido. Pap. decis. 469. Socin. in tracta. fallenti. regul. 351. incip. Scriptura. Ducñas regul. 280. Exemplum. Curti. iunior in authen. Si quis in aliquo documento. num. 37. C. de edend. Deci. consil. 467. numero. 7. & 15. Paul. Paris. cons. 104. numero. 52. quem vide libro. 1. & consil. 28. nu. 24. libro. 2. & in consil. 17. nume. 19. lib. 4. & consil. 135. nu. 9. & cõs. 151. nume. 19 eo. lib. 4. Couar. libr. practic. quæstio. c. 19. num. 9. Et hæc scriptura vocatur instrumẽtum publicũ. De quo plene per Speculat. vbi supra. §. nunc dicendum. vbi sex modis dici publicum instrumentum scribit. Barb. & docto. in rubr. de fide instrum.

Scriptura autem priuata est omnis scriptura, quæ nõ est publica, sed a priuatis personis, id est, non publicis confecta. Cardina. in capit. 2. de fide instrum. ponit cõclusionem talem, Omnem scripturam priuatam dici, præter scripturam notariorum, & actorum iudicialium. Et hoc modo priuata capitur magis large, vt comprehendat omnem non publicam etiam authenticam scripturam. secundum Innocen. in. c. 1. de fide instru.

Ex quo deducitur, q̃ scriptura iudicis, etiam si habeat testes inscriptos, censetur priuata, quia scribere non est iudicum officiũ, sed tabellionum, teste Ioan. Imol. in. c. 1. col. pen. de fide instrum. per ca. quoniam contra. de probat. Bal. in. c. cum à nobis. in fin. de testi. dicens, siue scriptura fiat in iudicio, siue extra à iudice, poterit per testes reprobari, quia publica non est.

Etiam si essent literæ manu regis scriptæ, licet is sit publica persona, etiam in his, quæ pertinent ad suum officium, quia ad eius fidem nõ spectat scribere, priuatæ dicentur, propterea non faciunt

ciunt fidem, niſi ſigillo, vel alijs adminiculis iunctur, vt conſuluit Bald. in conſi. 464. incip. Quædã ſcriptura. col. 1. lib. 1. per. l. fi. C. de cõuc. fiſc. debito. libro. 10. Ideo fiſcus facit ſcripturas per tabeliones, vel officiales ad hoc deputatos. l. 1. C. de apocl. publi. lib. 10.

yendo passados los plazos de las pagas: no ſeyendo legitimas las excepciones[a] que contra los tales contractos fueren alegadas, en tal manera, que a los acreedores ſean pagadas ſus deudas, y que las juſticias no dexen de lo aſsi hazer y cũplir por paga, o excepcion que los di-

Intellige tamen, niſi conſuetudo contrarium dictaret, tunc illi ſcripturæ regis, licet publica non ſit, conſuetudine dictante, ſtabitur. per capitu. cum dilectus. in fin. de fide inſtrum. l. 8. titu. 9. libr. 2. foro legum.

Item ſcriptura facta ab epiſcopo dicitur priuata, quia nullo iure cauetur, quod vim habeat publicæ ſcripturæ. c. cum à nobis. & ibi Bald. in fin. de teſtib. Plus dicit, q omnis ſcriptura regulariter eſt ſcriptura priuata. vt habetur per glo. & ibi notat. in. l. quædam. §. numularios. ff. de edend. Ideo ſi Epiſcopus propria manu ſcripſerit cautionem vſurarij, vel eius teſtamentum, vel collationem beneficij, illi ſcripturæ fides in alterius præiudicium non adhibebitur, quia eſt ſcriptura priuata. vt ibidem firmat Bald. Et inſtrumenta domeſtica ſine alijs adminiculis non probant. l. inſtrumenta. C. de probat. Et ideo collationes epiſcoporũ, vel aliorum collatorum nõ recipiuntur ſine teſtibus, & tabellione in noſtra Hiſpania.

Præterea literæ factæ à ſacerdote parochiali etiam curato, non ſunt publicæ, per capit. cum eſſes. de teſtam. nam oportet quod publicentur. l. publicari. C. de teſtamen. igitur non publicæ, ſed priuatæ ſunt dicendæ. Nec eſt inconueniens priuatam ſcripturam à publica perſona emanare, quia in hoc, id eſt quo ad ſcribendum, non eſt publica, ſed priuata. per tex. in. l. 3. ff. de offi. præſid. vbi Magiſtratus eſt publica perſona in ſuo territorio, extra vero territorium, eſt priuata: & ſic extra officium cui alicui eſt propoſitus, dicitur priuatus. Quod eſt notandum.

Vltimo eſt notandum, & inferendum, ſcripturam factam à notario tanquã à priuata perſona, non habẽtem publicam formam poſitam in glo. in. l. generali. C. de tabula. libro. 10. continentem ſubſcriptionem tantum priuatam dicendam fore. Conſtat, quia notarius de ea non eſt rogatus, nec ſolennitas publici inſtrumenti, quæ eſt neceſſaria, adhibetur. vt in authen. de tabellio. §. nos. colla. 4. nam notarius pro ſe ſcribens, non potuit rogare ſe ipſum. Differentia enim eſt inter rogantem, & rogatum. argum. cap. vltim. de inſtitutio. nec potuit fieri, vt in ſua cauſa eſſet iudex. l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa. iud. Tenuit. Innocen. in. c. 1. de fide inſtrum. text. gloſ. Bald. & Angel. in dict. l. ſcripturas. & in rub. C. de fide inſtrumen. colũ. 3. verſi. Sed dubitatur, nunquid notarius. Felin. in. c. 2. col. 1. de fide inſtrum. Roman. conſili. 204. incipit. Pro diſcutienda, columna prima. Alexan. conſil. 168. Viſo puncto. lib. 2. Hippolyt. in rep. rubr. de probat. fol. paruę impreſsionis. 33. colum. 3. Quo fit ſi duo notarij tanquam amici, & non tanquam notarij aliquid pro eorum negotijs familiaribus ſcripſerint, dicetur ſcriptura priuata, authore Bal. in cap. à nobis. in fin. de teſtib. Paul. Pariſ. conſil. 80. Difficultas. colum. 1. lib. 4. Si tamen formam ſeruauerint publicã in ſuis actibus, dicitur publica ſecundum Bald. conſ. 43. Quædam ſcriptura. lib. 1. & conſ. 467. lib. 5. non tamen ſolent in forma publica ſcribere ſua inſtrumẽta, ſed ſi recipiant mutuum, vel aliam rem, confitentur recepiſſe, & ſcripturam cõficiunt, quæ tunc priuata eſt, & vocatur ſchedula, ſeu chirographum. facit. l. fi. verſi. *Otroſi mandamos*. tit. 9. lib. 2. for. legum. & l. de Madrid anni. 1534. l. 126. Quæ poſtquam fuerit recognita, præbet ius exequendi. Et ita in omnibus caſibus, in quibus ex priuata fit publica. Et habet exequi, quemadmodũ inſtrumenta guarentigia, poſtquã fuerint recognita à debitore in iudicio, prout quotidie fit. In dubio tamen præſumitur, quod tãquã notarius conſcripſerit, quando inter alios conficit ſcripturam. nã præſumitur illud, q communiter fieri conſueuit. l. domini. C. de agricol. & cenſ. libr. 11. l. exempto. C. locat. Expreſſe firmat Lanfranc. in rep. cap. quoniam contra. col. 86. verſic. ſecundo requiritur. in verb. interlocutiones, de probat. Notarius autem actiue conficere poteſt in cauſa propria, non tamen paſsiue. Dixi in. l. 1. gloſſ. 1. columna. 893. verſicul. Dubitatur præterea. titul. 4. libro iſto. 3. ſupra.

¶ *No ſeyendo legitimas las exceptiones*. Igitur illegitimæ, & friuolæ tantum cẽſentur repulſæ, dum modo liquidari poſsint intra decem dies aſsignatos ab hac lege. & l. 64. Tauri.

Dubitari poteſt. Si reus velit probare exceptionem ſuã per confeſsionẽ partis executantis termi

no decẽdierum elapso, an possit? Respõdendũ est posse, quia lex non prohibet probationem illam, quæ est impropria, queãdmodũ est cõfessio. Baldus in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. final. nu. 15. ff. de pacti. qui sic verba facit. Ex prædictis arguo ad statuta, quæ dicũt non posse opponi, nisi certæ exceptiones, nam quælibet exceptio apparens per confessionẽ erit valida vi confessionis. nam confessio in iudicio, ius facit. Secus de alijs probationibus, vt notatur de iureiur. Sed & si possessori. §. 1. Suadetur, nã verba legis in sensu potentiori, ac proprio sunt accipienda. l. fi. C. de his, qui veni. æta. impetraue. cum. simil. sed probatio, quæ fit per confessionem non est proprie probatio, nisi quæ fit testibus, vel instrumentis. vt tradit Bald. in rubr. numero quinto. de probat. Archidiac. in capitulo accusator. num. 26. q. 5. Anchar. in capitulo primo. num. 2. de confess. libr. 6. Antoni. Panor. & Deci. num. 8. qui hanc communem dicit in rubr. de probat. post Felin. ibi. n. 6. Iaso. in. l. cum te. nume. 11. & ibi Deci. col. 2. nume. 8. C. de transactio. Probatur ista conclusio in. c. 1. de confes. libro. 6. vbi negatiua, quæ est improbabilis ex forma legis, vel statuti, est probabilis per partis confessionem petitam in positionibus. Faciunt quæ dixi ad Segur. in rep. l. 3. §. fi. num. 82. ff. de libe. & posthum.

Sic igitur infertur, quod inhibitus probationẽ in iudiciũ deducere post certum tẽpus, nõ censetur prohibitus probare per partis confessionẽ, quę, vt dixi, non est propria probatio, sed impropria, & sic relevamen probationis secundũ communem supradictam. & Hippolyt. singula. 110. communis doctor. opinio. Tamen considerato effectu, qui producitur ex cõfessione, dicitur probatio. Et sic intelligo iura, quæ eam suo nomine probationis comprehẽdere volũt, quemadmodum est. l. 1 §. fi. ff. de interrogat. actio. clemen. Constitutionem. ibi. probationem tamen factam super his per aduersarij cõfessionem. de electionibus. l. secunda. tit. 13. par. 3. & l. 8. titulo. 14. ead. 3. part. & quę solitus est allegare contra communem Aretin. in rubric. de probatio. numero. 19. Pro confirmatione optimè cõducũt. quæ dixi in. l. 1. verb. *juramento de calumnia.* q. 3. titu. 4. isto lib. 3. supra. quam notabis perpetuo in practica. Et probat Hippolyt. in dict. singul. 110.

Vtrum autem causa debiti non deducta in instrumento impediat eius executionem? Et videtur respondendum impedire ex his, quæ late dixi in. l. 3. in. glo. 1. vers. Vtrum autem requiratur causa. supra isto titu. Bald. in. l. si non sortem. §. 1. ff. de condi. indebit. Ias. in. l. tale. in prin. num. 6. ff. de pact. in. l. sicut. alias sub. l. si maior. colũ. 2. versic. Quarto nota. num. 7. C. de repudiand. hæredi. Bald. tamen in dict. l. sicut. nota. 2. & in. l. 2. col. 3. C. de executio. rei iudicat. tenet obligatũ per instrumentum guarentigium absque causa teneri.

chos deudores aleguen, saluo si fasta diez dias mostrare la tal paga, o legitima excepcion sin alongamiento de malicia por otra tal escriptura como fue el contracto de deuda, o por aluala que haga fe por testigos que sean en el Arçobispado, o por confession de la parte. Y para prouar la tal paga y excepcion, si por testigos la ouiere de prouar, es nuestra merced, que el deudor nombre luego los testigos quien son, o donde viuen, y jure que no trae malicia, y si nombrare los testigos aquien de los puertos, que aya plazo de vn mes para los traer: y si allende los puertos por todo el Reyno, que aya plazo de dos meses. E si fuere en Roma, o en Paris, o en Hierusalem, que aya plazo de seys meses. Pero es nuestra merced, q̃ el deudor que alegare la tal paga, o excepcion, y dixere que los testigos tiene fuera del Arçobispado, como dicho es, que

pague luego al mercader, o al acreedor, dando fiadores el tal mercader, o acreedor, que si el deudor prouare la paga, o otra excepcion que lo pueda escusar, que le torne lo que assi le pagare con el doblo por pena, y en nombre de interesse: y si no lo prouare al dicho termino, que pague en pena otro tanto como lo que pago. La qual pena es nuestra merced que sea la meytad para la parte contra quien maliciosa y injustamente se alego la paga: y la otra meytad para los muros, o para otras cosas pias, o publicas donde el juez viere que es mas necessario. Y esto mis-

Concorda vt per. Imol. in. l. fina. versic. Tertio limita. ff. à quibus appellare non licet.

Vtrum autem exceptiones, quæ alias possent liquidari per attestationes testium, qui iurauerũt intra terminum, post ipsum elapsum, nempe decem dierum, possint liquidari, & sic recipi dicta testiũ? Respon. est quod nõ, quia instãtia est circunducta p lapsum decem dierũ, qua extincta non licet amplius probationem recipere, vt in hac lege constat, ibi. *hasta diez dias mostrare paga*. Nã concessum ad tẽpus, post tempus censetur prohibitum. vt in simili dixi in. l. prima. in gloss. verb. *fasta veinte dias*. isto titulo. supra. Istam sententiam tenet Ioan. Lupus. in dicta. l. 64. numero quarto. & ibi doctor Didacus del Castillo. verb. *y passados*. in ordina. Tauri. Suadetur ex verbis hic positis. *hasta diez dias*. quæ dictio, vsq; est exclusiua, iuxta text. & ibi nota. per doctor. in capitulo cum dilecti. de dol. & contuma. & sic non sufficit testes præsentare infra terminum decem dierum, nisi eo termino durante fuerint examinati. & dict. l. 64. Tauri. ibi, *y passados los dichos diez dias*.

Sed tamen in contrarium facit. Nam testis, qui iurauit intra terminum, potest examinari lapso termino sine noua citatione. Bart. in. l. damni infecti. §. Sabini. num. 8. ff. de dam. infect. Bald. in c. 2. num. 8. de testib. Panorm. in. c. licet causam. nu. 20. & ibi August. Beroi. numer. 76. de probat. Alberi. in tract. de statutis. lib. 4. q. 71. Rota nou. 73. & 465. sub tit. de testibus. Alexand. consi. 42. nu. 17. & ibi in additione. Molinæ. lib. 3. & Hippoly. singula. 113. Lanfranch. in tracta. de testibus. q. 7. nume. 8. Francisc. Curt. etiam in suo tract. de testibus. conclus. 33. numer. 71. Facit quod notat Mathesila, singul. 134. incip. Nota singulare dictum Bart. Ratio ea est, quia actus depositionis trahitur ad diem iuramenti, secundum Bald. & Panor. in dict. cap. 2. de testib. igitur & reus, qui præsentauit testes coram iudice, ac fecit eos iurare in termino, poterit eos facere deponere, ac examinare lapso termino, contra prædictam declarationem. Pro solutione dicẽdum est, quod aut loquimur in termino probatorio assignato à iure, vel in præfixo à iudice. In priori casu non sufficit iurare infra terminũ, sed necessarium est q eo durante deponãt testes. alias trãsacto termino, non poterunt amplius in causa exequutionis deponere. Si vero terminus ad probandum sit assignatus à iudice, procedunt quæ dicta sunt in contrariũ. Terminus enim iuris potentius excludit, quam terminus hominis. Bald. in. l. si ea. C. qui accus. non poss. Felin. in capitul. licet causam. nu. 20. de probatio. Secundò istam partem firmat Bald. in cap. 2. num. 10. de testi. & in rubric. C. si ex fals. instrum. & Felin. in. c. licet. num. 20.

Ampliatur etiam habere locum in probatione facta in iudicio executiuo per instrumenta, sunt enim præsentanda infra decem dies, & non post, cum eadem ratio versetur in instrumentis, quæ in testibus. Quod tamen procedit, præterquã si infra illos decem dies sit præsentatum exemplum instrumenti, quia tunc sat erit præsentare eius authenticum originale post dictum terminum ante sententiam. Bald. in ca. 1. de fide instru. Felin. in dict. cap. licet causam. num. 18. & Hippolyt. singul. 113. Nec huic solutioni oberit, si dicatur, q actus depositionis refertur ad tempus iuramenti, & sic testis, qui iurauit in termino, & post terminum fuit examinatus, censeri examinatum intra terminum, vt supra dixi. Nam respondeo, quod hoc procedit per fictionem, & impropriè; non autem vere, & propriè, cum tamen veritas versetur in contrarium, quippe cum verbum, probatio, prolatum per viam conditionis, debeat intelligi

telligi de vera, & propria probatione, non autem de ficta, & impropria argu. l. Lucius. ff. de condi. & demonst. not. docto. in rub. de probatio. Quo fit, quod cum lex ista loquatur per viam conditionis, ibi, *Saluo si hasta diez dias*, necessario intelligendam fore censemus de probatione vera, & formaliter facta intra istos decem dies, non autem de ea, quæ per fictionem intelligitur facta infra terminum datum ab ista lege.

Intelligenda tamen est hæc declaratio, dum tamen culpa, & negligentia sua terminus fuerit lapsus: secus tamen si culpa iudicis, vel notarij, nam hoc casu non est parti imputandũ, si intra decem dies non potuerit testes examinare, & sic potuerunt transcurso tempore examinari. Ioann. Lup. nume. 5. & Castel. in verb. *passados*. in dict. l. 64. in ordin. Tauri. c. quod non stat. de regu. iuris. lib. 6. Tamen ad hoc, vt culpa iudicis, vel tabellionis id contigisse præsumatur, requiritur, quod fuerit ei protestatum à parte: absque protestatione enim facta in termino, non præsumitur culpa in iudice, vel Tabellione. Bald. in. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. Areti. & Felin. in capit. licet causam, colu. 18. numero. 23. de probatio. argum. text. in. l. quibus diebus. ff. de condi. & demõstra. glos. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. verb. proposita. de elect. libr. 6. Facit, nam quamuis anciani teneantur causam committere, quæ est ad eos deuoluta per viam appellationis ac eam decidere intra certum tempus, eo elapso, ipsi non tenentur ad damnum propter instantiæ lapsum factum parti, nisi constet de requisitione, & protestatione facta contra ancianos. l. 6. ibi, *fuere requerido*. & ibi dixi tit. 16. infra eo. lib. 3.

Vtrum autem restitutio in integrum opponi possit stante ista lege contra instrumentum guarentigium? Respondendum est quod sic. Bal. in cõsil. 236. Statuto ciuitatis. libr. 1. vbi stante statuto, quod appellari non possit, querelari, vel de nullitate dici, peti tamen poterit restitutio in integrũ. Aymon Crauet. in consil. 201 n. 35. libr. 2. ibique probat in terminis etiam decisionem huius quæstionis affirmatiue propositam, vbi adducit quatuor fundamenta pro ea. Optime Barth. Soci. cõsil. 299. col. 2. numer. 4. libr. 2. Alexand. consil. 17. colum. 2. numer. 6. libr. 1. Plura adducit in confirmationem Cifontan. in. l. 64. quæst. finali in legibus Tauri.

Vtrum autem exceptio requirens altiorem indaginem sit reseruanda ad iudicem ordinarium, quando agitur in summario iudicio executionis, vel huiusmodi? Dicendum est quod sic. De quo per Alexan. de Imol. in. l. apud Iulianũ. §. si de testamento. num. 2. ff. ad Trebellia.

Quæro de quæstione, Cum instrumentum guarentigium vim sententiæ habeat, modo Petrus se obligauit pro Ioanne per instrumentum guarentigium, & promisit Petro indemnitatem, dubium est, antequam Petrus soluat pro Ioanne, nec sit molestatus, nec condemnatus, possit petere conseruationem indemnitatis? Casum habui in terminis, & dixi cum Bald. in tracta. De statutis. verb. instrumentum. num. 23. vers. Statutum dixit, qui censet statim posse agere, quia habetur pro condemnato, & debet conseruari indemnis, soluẽdo, & non cauendo secundum eum: quia per cautionem non consulitur Petro, quo minus molestari possit ab illo, cui fuit obligatus, & sic non manet indemnis, nisi totaliter eum liberet soluendo, & eximendo ab obligatione: Et hoc ratio verbi suadet. Et sic dixi in fauorem Francisci Lopez contra Ioannem Lopium de Viuero nepotem doctoris Ioannis Lupi, qui fecit rep. rub. & capit. per vestras. de donat. inter vir. & vxo. Et sic per duas sententias in executorio iudicio obtẽtum est, me existẽte Aduocato prædicti Francisci Lopez. Et si multi cum cautione sola promissioni indemnitatis satisfacere asseuerauerunt. Quod autẽ possit agere, vt dixi, tenet Bart. in. l. fideiussor. ff. de fideius. Segura in repe. l. si ex legati causa. nu. 75. ff. de verb. oblig. Suarez in repe. l. post rẽ iudicatã. §. visum est. versi. Sed occurrit optimum dubiũ. nu. 8. fol. 159. ff. de re iudica. Antoni. de Canario in tracta. de executio. instrumento. quæst. 45. num. 82. Hippolyt. in repe. rubric. ff. de fideiuss. quæst. 31. Guido Papa decis. 117. Chassanæ. in consuetudi. Burgundiæ. rubric. 5. §. 2. num. 27.

Quæro. Cum instrumenta guarentigia habeãt vim rei iudicatæ, an constituant statim in mora debitorem, sicut per sentẽtiam, imo per litis contestationem. l. certum. C. de rei vend. vel sit opus noua interpellatione? Respondeo, quod nõ constituitur statim in mora, quia id foret inconueniens, quod vno & eodem tempore constituatur in mora. vt in. l. quod dicimus. ff. de solutio. sed noua interpellatione opus est, sicut in eo, qui iuramento obligatur. Barto. in. l. cum qui. §. si iurauero. ff. de iureiuran. vbi subijcit, quod sunt multum notanda in Tuscia, & in partibus nostris, vbi instrumẽta guarentigiata, seu confessionata habent vim sententiæ diffinitiuæ. Nam si esset vera opinio Guilielmi ab ipso initio esset debitor in mora, nec esset necessaria noua interpellatio. Sed secundum opinionem Iacob. Butrig. noua interpellatione opus est. Et istud obseruat hodie cõsuetudo, & multum placet, quod tene menti. Hactenus Bart. Sequitur eum præter alios Anton. Canariens. in tractat. De exequutione instrumẽtorum. quæst. 40. nume. 79. Et ita practicatur, quod fiat præmonitio debitori, vt soluat creditori antequam fiat execu-

cutio, & si nolit, fit exequutio secundum formam istius legis, & quæ diximus, in l. 4. in gloss. 1. supra hoc titu.

Quæro, Vtrum causa executionis publicorum instrumentorum liceat ei, contra quem petitur executio, appellare? Glo. in l. ab exequutore. C. quorũ appellat. non recipi. respondet quod potest a pronũtiatione de exequẽdo appellari, non ab exequũtione facti. Idem Specul. de appellationi. §. in quibus versicul. Quinto. Barto. in dicta. l. ab exequutore. & in. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod met, causa.

In oppositum est sententia verior, quod imo nec à pronuntiatione de exequendo, nisi modus excedatur ab exequutore, nõ possit interponi appellatio ad impediendam executionem quo minus fiat. Ioann. Andr. ad Specul. vbi supra. Anto. de Canari. bene explicat in tracta. de exequutione instrumentorum. nume. 83. quæstio. 46. Roderic. Suarez in repet. l. post rem iudicatam. §. Quæro vtrum possit appellari. fol. 169. colũ. 2. vbi videas. ff. de re iudica. Et ita seruatur quo ad finem impediendi executionem, vt sit finis litium. l. fratris. C. de transactio. cap. finem litibus. & capi. fina. de dolo & contuma. & ne lex inseruiat de verbis potius quam de rebus. contra. l. 2. C. communia de lega. l. fi. C. de donat. c. commissa. de electio. lib. 6. tamen facta solutione poterit appellationem prosequi iuxta formã huius legis, ac. l. 64. Tauri. quæ in his verbis sic diffinitum reliquit dubium. *Declaramos, e mandamos, que los dichos diez dias corran desde el dia, que se oppusiere a la tal execucion. E passados los dichos diez dias si no prouare la dicha excepcion, q̃ el remate se haga como la dicha ley* (Supple tu, scilicet ista nostra. l. 5. de qua loquitur) *lo dispone, sin embargo de qualquiera appellacion, que dello se interpusiere, dando el acreedor las fianças, como la dicha ley lo mande.* Et inferius dicit. *Cumpla y execute sin embargo de qualquier appellacion, que della se interponga para ante nos, o para ante los Oydores de las nuestras audiẽcias, o para ante otros qualesquier juezes, o qualquier nullidad, que contra la dicha execucion, y remate se alegue.* Non tamen intelligas prohibitam omnino, cum sit defensio, ac ius regis quo ad effectum deuolutionis, nam valet appellatio etiam à mero executore interposita, vt notat Spec. de act. & peti. §. super actionibus & petitionibus. versic. Sed quid si antequam. Et Canari. in loco præcitato. numero. 86. vers. Quadragesimo septimo quæro.

mo mandamos que sea en la sentencia que es passada en cosa juzgada [a].

Titulo. IX. De los assentamientos.

ADDICION.

¶ *Este titulo se contiene en el titul. 11. libr. 4. Recopil.*

¶ *Ley. I. De como se ha de hazer assentamiento contra el emplazado que fuere rebelde.*

¶ El Rey don Alonso en Segouia. Año de mil ccc. lxxxvj.

¶ El mismo en Alcala el Año siguiente de. lxxxvij.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley. 1. titul. 11. libr. 4. Recopil. pero en quãto esta dize, que si el demãdado fuere emplazado por tres emplazamientos, esso esta.*

a ¶ *En la sentencia que es passada en cosa juzgada.* De qua cum sit de actibus processus, debet constare ex fide publicæ personæ. ca. quoniam contra. de probationib. & sic cum in dubium versari nequeat, cum sit probatio probata, & liquida, merito est exequenda, & maiori cum ratione ex calore iudicij, quam instrumentum guarentigium. Et sic calor iudicij, & cõsensus partium tacitus per lapsum temporis, vel expressus inducit clausulam guarentigiam, & si grossis verbis non sit deducta, tamen subtiliter deprehendi potest. Et sic in contractu alio, qui continet iuramentum, vel huiusmodi, de quibus casibus notatur à docto. locum habere per viam executiuam, de quibus dixi in princip. l. 4. supra eodem. Quo fit, quod non solum requiritur, quod sit manu publica confectum, sed quod habeat clausulam guarentigiam ad hoc, vt exequi possit instrumentum, prout dixi in dicta. l. 4. glo. prima. & probatur hic. Nam sententia est scriptura publica, cum habere debeat fidem notarij publici, & tamen non exequitur, nisi de iure speciali, & ratione fomenti, quod recipit ex pronuntiatione Iudicis vna cum confessione partis eam approbãtis tacite per lapsum temporis designatũ appellationi, vel expresse. Ergo pro opinione, quã ibi priori loco deduxi contra Ioan. Lup. & Anto. Gom. induci potest hæc lex. Tamen declara, & salua eos, vt ibi dictum est. Laus Deo Opti. Max.

TITVLVS. IX. *De los assentamientos.*

§ *Lex Prima.*

a Lo

alterado en la dicha ley 1. del mismo titulo. adõde en lugar destas palabras, dize q̃ si el demãdado fuere emplazado en persona por el emplazamiẽto, y no viniere &c. de lo qual cõsta q̃ ya oy no es necessario, q̃ la citacion sea de tres emplazamiẽtos, pues ya estan quitadas estas palabras. Y assi mismo cõsta q̃ se requiere, q̃ el demãdado sea citado personalmente, para que se pueda hazer el assentamiento.

LOs rebeldes [a] q̃ no quieren venir ante el juzgador a los emplazamiẽtos q̃ les son puestos, no devẽ ser de mejor cõdiciõ, q̃ los q̃ vinieren a parescer ante ellos. Y por esto tenemos por bien y mandamos, q̃ si el demãdado fuere emplazado por tres emplazamiẽtos, y no viniere a los dichos tres plazos a cũplir d̃ derecho, o viniere a los dichos tres plazos o alguno dellos, y se fuere sin mãdado del juzgador, que dende en adelante que el juzgador vaya por el pleyto adelante a rescebir testigos del demandador: e otras prueuas que ouiere para prouar su intencion, assi como si el pleyto fuera contestado: y a dar sentencia diffinitiua en el, sin otro emplazamiẽto. Pero si el demandador quisiere y pidiere que se haga assentamiento, y no quisiere yr por el pleyto adelante a dar prueuas en el, que el juzgador sea tenido a lo hazer. Y el assentamiento que se haga en esta manera: que si la demanda fuere Real, que el demandador sea puesto en la tenencia de la cosa que

a ¶*Los rebeldes.* Ortum habuit à lege cõdita à Rege Alphonso Segouiæ an. 1386. & Compluti anno sequenti. vt patet in ordina. suis Compluti datis. 28 Februarij. Anni 1387. Et quoniã de missione ex primo & secundo decreto hic tractatur, more solito vtile, & necessarium sub breuibus materiam describere censui. Et in primis est videndus Matthæ. de Afflict. in constitutionibus regni Siciliæ. lib. primo. rubri. 97. in constitutio. incipien. Contumacem. numero tertio. & in constit. sequenti. incipien. Si quis post litẽ Mõtalu. in repertor. legum ordinamen. verbo. Contumax. Bertachin. in indice. verb. missio in possessionem. Alciat. in practica. rubric. de primo & secundo decreto. folio. 60. columna prima. Auiles in capitibus Prætorum. capit. 35. verb. *mandado*. nume. 3. Vlcur. & Bologni. in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. & Paulus de Castr. in. §. si plures. eiusdem. l. Resolutiuè tamen sciendum est de vi nominis, nempè quòd Decretum accipitur in iure nostro multipliciter. Aliquando enim accipitur pro sententia diffinitiua. l. nec quicquam. §. vbi decretum. & ibi glos. ff. de offi. Proconsul. & legal. l. decreta. ff. de re iudi. & l. si prætor. ff. de iudi. Aliquando pro interloquutoria. l. 1. in fin. ff. de assesso. §. at ex contrario. Instit. quib. aliena. non licet. Vlcurrus in repet. l. si finita. §. Iulianus. ol. 3. ff. de dam. infecto. Guid. Papa. in tractat. de primo & secundo decreto. l. sed & si per prætorem. §. sed si cum decreto. ff. ex quibus caus. ma. cap. licet. versicu. interloquendo. de probationibus. Aliquando sumitur pro authoritate iudicis interposita circa alienationem rerum minorũ, vel mulierum, vel ecclesiæ, vt in plerisque iuris partibus reperitur. Aliquando sumitur pro cõsensu electorum redacto in scriptis, capitulo. innotuit. de electionibus. Aliquando sumitur

mitur pro decreto Papæ.capi.si decreta. dist.inct. 2. Finaliter sumitur pro iussu iudicis de mittendo aliquem in possessionem bonorum alicuius, & isto modo accipitur in præsenti.vt in.l.cum proponas.C.de bonis autho.iudic.poss. & in authen. ei qui.eod. titul. not. gloss. in. l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infecto.

demanda, y sea tenido el demãdado d̄ venir a purgar la rebeldia hasta dos meses del dia que fuere puesto y hecho el assentamiẽto, o lo embargare el demandado que no se haga. E si fuere demanda personal-

Dubitatur his præmissis. 2. Quid est decretum, accipiendo isto vltimo modo, & quotuplex sit? Et primò dic, quòd decretum est duplex, scilicet primum, & secundum.text.in.l. si finita. §. Iulianus. ff.de dam.infect.vnicus secũdum Imol. ibi, quòd licèt sit dare secundum decretum, nullus text. est in iure faciens mentionem de secundo decreto, & isto nomine, secũdum decretum, præter tex. dict. §.Iulianus. Et constat huiusmodi diuisio ex specu. tit. De primo & secundo decreto.

Quæro. 3. Qualiter definatur? Et dic quòd multis modis definitur à iure. Nam vna definitio ponitur per glo.in dict.l.si finita.§.si plures. Sed ibi reprobatur communiter, vt constat clarè. Alias duas ponit Cin.post gloss.in.l.cum proponas. C. de bonis authori.iudi. poss. Et aliam, quam extra gloss.ponit ibi Cin.reprobat Salicet. in dicta authen.ei qui iurat.4.colum. Doctor. in dict. l. cùm proponas. Aliam ponit Bartol.in.l. si finita. §. Iulianus.ff.de damno infect. Aliam de primo decreto.Salic.in dict.authen.ei qui. 4. colum. Et aliam de secundo decreto in.9.colum. Et has definitiones Salicet.tenendas esse censemus, quia bene conueniũt cum suo definito. Et est primi decreti definitio talis. Primum decretũ est iussus iudicis contra contumacem ad eius cõtumaciam compescendam in actoris fauorem super missione, vel quasi deliberatè factus, & sequitur Alexan.in.d.§. Iulianus.num.7. Secundum autem decretum est iussus iudicis contra reum in priorẽ contumaciam perseuerantem in fauorem actoris deliberate factus, vt verus stat possessor.

Dubitatur. 4. Quis poterit decretum missionis facere in possessionem rei? Respond. conclusiuè. Primum, & secundum decretum interponitur a iudice, vel iudicibus mistũ, vel merum imperium habentibus, nisi causa damni infecti, quæ desiderat celeritatem.vt in.l.4.§.1.ff.de dam.infecto. In quo est.not. quòd quemadmodum non potest interponi nisi ab habente mistum imperium, eodem modo non potest reuocari ni ab habente mistum imperium.tex.est in.l.4.§.si fortè.secundùm vnã lecturam.glo.ff.de damn. infect. quem commen. Paul.in.l.iubere.ff.de iurisdict. omn. iudic.vbi de hoc videre poteris præsertim Alexand. & Angel. tex.dict.l.4.§.1.versicu. quòd si forte.dixit vni.in dicta.l. iubere.

Quæro.5. Primum decretum, quod ius ciuile dicit, nostri qualiter appellent? Et dico quôd *assentamiento*. vt in hac.l.& partit.3.titul.octauo.l.1.& secunda. titul.4.libro.2.fori.Itali, tenutam. Galli, recredentiam. Ioan.Igneus in authent.ex causa.colum. 36. C.de libe.præterit.vel exhæred. Et hanc recredẽtiam Imbertus vocat possessionem fiduciariam. quam quis sub manu regia tenet, quasi fide data acceptam, à fiducia tamen dictam. Budæ.in.l.2.in verb.vindicias.ff.de origine iuris.in annotatio. in Pandectis. Rebuff.in constitu.Regias Galliæ.tracta.de senten.execu.articulo.1.gloss.4. numer. 1. in.1.tomo.

Constat clarè, cùm durante prima missione missus non faciat fructus suos secũdum communem opinionem Canonistarum.vt per Felin.in.c.consultationibus.de offi.delega. Et probatur in.l.1. titul.9.libr.3.ordina. Licet communis Legistarum teneat, quòd ex primo decreto efficitur possessor. gl.in.l.3.§.genera. versic.non possessionem. vbi Alexand.& Ias.ff.de acqui.possess.

Quæro. 6. Tenuta, & missio in possessionem an cedi possit? Et videtur posse.l.vlti. §.si autem. C.de bonis auth.iudi.poss.vbi not.Sali. & Alex. in addi.ad Barto.in.l.1.§.vlti.ff.noui ope. nuntia. Barba.consi.51.col.18.li.1. Tiraquell. de retract. lib.1.§.26.gloss.3.nu.21. Quod confirmatur. Nam non est dubium, quin creditore mortuo tenuta transeat ad hæredem.ergo cùm sit transmissibile, & cessibile erit. Suadetur ex Tiraquell. loco proximè citato §.26.glo.1.nu.44. Quod est notabile, & singulare.

Quæro. 7. Quomodo sit procedendum ad primum, seu secundum decretum? Respond. quod deuenitur ad primum, seu secundum decretum per officium iudicis imploratione de eo præmissa à parte, non autem iure actionis. De primo est sententia Cin.in.d.l.cum proponas & Bald. in. d. authen.ei qui.col.4.

Quæro. 8. Vtrum prædictum iudicis officium sit nobile, an mercenarium? Vide textum & ibi Alexã.in.l.iubere cauere.ff.de iurisdict. omni.iudic.&

dic.& in dict.authen.et qui. vbi communis dicit, quòd est nobile.& Alexand.& Ias.nu. 10. in dict. l.iubere.

De secundo decreto est gloss.in.l.Iulianus. §. si plures.ff.de dam.infect. Et etiam in hoc officium est nobile.vt tenēt doct.vbi supra.late per Alex. in.d.l.iubere.nu.86. Vide Bologni.in. d. §. Iulianus.fol.13.col.4. Et quòd etiam secundum decretum veniat iudicis officio nobili, est communis opinio secundum Michael. Vlcurrum in. d. §. Iulianus.colum.107.fol. 27. reprobata distinctione Alex.vbi supra.

Quæro.9. An vt perueniatur ad primum,& secundum decretum reus sit citandus? Respondendum est per glo.in.d.§.Iulianus.quæ requirit citationem expressam peremptoriam. Cui est similis in.c.quoniam cōtra.verb.dilationes.de proba. & in cap.de mili.vas.qui contu.est. Quarum opinio est communis.secūdū Alex.in.d.§. Iulianus.num. 8.licèt Bal.in.l.consentaneū.C.quomodo & quādo iudex aliter dicat. & nonulli diuersas habeant sententias.Et pro ista opinione communi est bonus tex.in.l.præsenti.§.cum autem. C. de his qui ad eccle.confugi.ibi.itaq; si res immobiles possidet post edictorū solenniū citationē.Et sic loquitur de citatione peremptoria, cum loquatur in numero plurali. Item ibi, prædictorum traditio. id est, in possessionem missio.Et ita glo.ibi intelligitur,& sic ponitur pro decreto.

Dicitur peremptoriè citatus, quando verbum peremptorie,ponitur in citatione. vt in.l. ad peremptorium.ff de iudi.& ibi notatur.

Item quando sunt factæ tres citationes,licèt nō sit dictum peremptorie.text. in. l. tres denuntiationes.C.quomodo & quando iudi.

Item quando iudex citat per se,& personaliter partem.iuxta formam tex.& ibi.gloss.communiter admissam.C.quomo.& quando iudex.in.l.2.

Item quando tabellio citat partem coram iudice de eius mandato. Bald. in dicta.l. 2. & quando tabellio citat ipsemet, potest citationem suam in actis ponere.Bald.in.l.secunda. colum. vltim. de anna.exceptio.

Item est peremptoria citatio,quando in literis citationis,vel in ipsa citatione exprimitur, quòd aliter termino elapso,iudex procedet in causa mediante iustitia.Bart.& communis in.d §.Iulianus. vbi vi.Alexan.nu.12. De qua clausula est glo.3.in ca.causam quæ.& ibi Innocen.de rescript.Ioann. Andr.& docto.per textum ibi in cap.cum dilecti. de dolo & contuma.vbi de hac clausula.

Item dicitur peremptoriè citatus, qui cùm sit personaliter citatus, dixit se nolle cōparere corā iudice.Bar.in.d.§.Iulianus.col.3.glos.in.l.fi.C.de resti.in integ.cum qua est communis opinio.

Idem & si nihil dixit, & personaliter fuit citatus, & non venit,nam habetur pro peremptoria citatione,licet non sit nisi vnica citatio. secūdùm Innocen.in.c.ad petitionem.de accusa. Quod tamen reprobatur per doctores.de quo singula.per Imol.in.l.si finita.§.si plures.2.col.ff.de dam. infecto.vbi per.11.colum.disputat, an sufficiat vna citatio,quando citatus dixit se nolle venire Et cōcludit q sic,vt suprà dictum est. Et ibi ponit, an credatur nuntio referēti se citasse illum, & respondisse nolle venire.Et cōcludit quòd sic post alias varias,& diuersas opiniones.

Nota,q citatus semel dicens nolle comparere, contumax est,nec est iterum citandus. gloss.in. l. consentaneum.verb.contumacia. C. quomod. & quando iudex.communis secundùm Alex.l. contumacia.nume.4.ff.de re iudi.Felin.in cap. inquisitionis.§.ad petitionem.nu.20.de accusa.Ripa.nu. 83.in ca.1.de iudi.qui hanc opinionem defendit: & credo veriorem,quamuis contrariam ibi retulerit communem, imò quòd debeat iterum citari, tenet Ioan.And.ad Specul.titu.de cont.§.1.glos. magna.col.2.versi.de sexto.communis est secundum Felin.sibi pugnantem in capit. consuluit. de offi.delega.nu.9.

Quæro.10.quid de illo,qui dixit se nolle venire,& tamen venit post latam sententiam de mittendo in possessionem, vel aliam, iudice sedente pro tribunali,an sit audiendus? Et determinat, q sic.Idem dicit,si veniat post discessum à tribunali, dum tamen statim.Quod est singulare. Et ex eo procedit,quia quæ incontinenti fiunt, inesse videntur.l.lecta.ff.si certum petatur.l.euidenter. C. de pactis.

Id autem quod dixi, quòd creditur nuntio citanti aliquem, & dixisse nolle venire. Adde Seguram & quæ ibi dixi in.l.si ex legiti causa.nu.58 ff.de verborum obligatio.&.l.secunda. & ibi Platе.C.de col.fundo.gloss.in capi. venerabilibus. §. primo verb.in iudicio.de sentent.excommuni.libro.6.&.l.21.Styli.

Tamen plures tenent contrarium, quos refert Imol.in.l.ex consensu.§.fina. ff. de appella.quod non credatur in casu,de quo suprà. Et licet de iure ciuili ista opinio non sit vera, quia præcedens est communis,tamē opinio Ioan.Andr. relata ab Imol.approbata est per.l.1.in fin.ti.7.part.3. qui text.expresse inquit,quod nuntio Regis non est credendum,nisi probet per vnum testem, quando pars negat citationem. Et nuntio aliorum iudicum non est credendum sine duobus testibus. Quod in practica omnino est seruandū, cum per leges Tauri in.1.constitutione præcipiatur,q seruentur leges Partitæ.

Item est notandum,quòd si dixit se nolle venire,vt

re, vt suprà dictum est, nuntio non est amplius citandus, verum etiam id procedit, quando dixit sine eo quod citaretur, fortè quia sciebat se de proximo citandum. Barto. in. l. fin. ff. de in integ. rest. Quod Bartoli dictum est verum, licèt Bald. ab eo deuiet. Item est peremptoria citatio, si in prima citatione sit dictum, Te hac vice cito pro omnibus. Alex. post alios in dict. §. Iulianus. numer. 15. tex. in. c. constitutionem. de senten. excom. lib. 6. & in. l. non nunquam. ff. de iudi.

Alios casus, in quibus vna citatio habet vim peremptorij in alijs, quæ non concernunt primum, vel secundum decretum, ponit Alexan. in. l. contumacia. ff. de re iudi.

Et secundum suprà dicta nonnulli putant intelligendam hanc legem, dum dicunt, quòd vt fiat missio ex primo & secundo decreto, debet præcedere citatio trina, vt scilicet sufficiat alia citatio, quæ trinæ æquipolleat, cum permissum sit iura iuribus concordare. l. 1. C. de inoffi. do. capi. cum expediat. de electio. lib. 6. text. in authent. de exhi. reis. in fine. Item quia nihil refert, quid ex æquipollentibus fieri. l. si mater. C. de insti. & substit. Nam tantum operatur vna citatio, de quibus supra, quantum trina, vt expositum est.

Aduertendum summoperè est, quòd ista lex Regia non exigit illam trinam citationem ad primum, & secundũ decretum, sed quod debeat interuenire, vt ad illud perueniatur, & sic sufficiat contumacem fuisse in causa principali, scilicet in citatione facta, vt ad libellum respondeat. Et hoc est, quod voluit probare Bologni. vbi supra. inquantũ dixit posse attentari ad primum decretum nullã requiri citationem. Et hoc mihi probat l. 1. & l. 2. titul. 8. parti. 3.

Nec prætereundum censeo, retenta communi sententia, de qua supra, quòd hodie videtur sufficere vnica citatio, vt perueniatur ad primum, & secundum decretũ per. l. 2. & 3. iuncta. l. 4. in leg. de Madrid. vbi non requiritur, quòd dicatur peremptoriè, sed vna sola citatio semper est peremptoria, nec expectatur alia ad constituendum in contumacia. Cæterùm, salua veritate, crederem illas leges solum habere locum in auditoribus Regijs, & sic in Cancellaria, quia in eis expresse loquuntur, & non in alijs. Cuius ratio potest esse: quia cum ad eos deuoluatur lis per appellationẽ, & partes sint iam citatæ in prima instantia, non est necessaria toties repetita citatio, nec cum tanta solennitate: & quamuis dictæ leges intelligi possunt in alijs iudicibus, nunquam in eis practicatur.

Quæro. 11. Vtrum citatio ad primum, seu secundum decretum sit facienda ad partis petitionem? Respond. quòd sic. Barto. in dict. §. Iulianus. colum. 2. Et ideo secundũ eum debet apparere in actis, quòd ad instantiam talis iudex citationem fieri iussit, aliàs non valeret. Pro quo est singula. gloss. in. l. sancimus. verb. contumacia. C. ad Trebelli. De quo per Alexand. in dict. §. Iulianus. numero. 11. Et hæc est communis opinio secundum Bologni. ibi. col. 19. glo. in. l. fin. verb. postulat. C. de bon. autho. iudi. possi.

Hoc tamen limita non procedere in casibus, quibus iudex posset suum officium non petitum impertiri. secundum Imol. in. d. §. Iulianus. Quos casus ponunt Barto. Alex. & Rip. in. l. 4. §. hoc autem iudiciũ. ff. de dam. infect.

Quæro. 12. Citatio an debeat esse certa? Respõ. quòd sic, aliàs non tenet, vt vigore ipsius perueniatur ad primum, vel secundum decretum, adeò, vt si citatus esset quis peremptoriè ad audiendam voluntatẽ iudicis, non valeret vt obscura, & indeterminata citatio. gloss. not. in Clem. Sæpe. infra. de verb. signifi. verb. ad id. Roma. in. d. §. Iulianus. nu. 23. & Imol. in cap. consuluit. de offi. de lega. Et ad euitandas opiniones consilium erit, vt citatio fiat, declarando in ea omnes actus, ad quos sit, & sic periti iudices faciunt.

Vltimò hæc citatio debet fieri in persona, nec sufficeret fieri ad domum, si persona reperiri potest. glo. mag. in princ. in. c. causam quæ. de dol. & contuma. Cuius sententia est communis secundum Panormi. ibi. num. 5. De quo multa per Bart. & Alexan. in. l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. glo. in ca. quoniam frequenter. §. finautem. vt lit. non contest. Item citatio ad domum non inducit veram contumaciam, & ideo condemnatus potest appellare infra decem dies à tempore sententiæ. Rota in antiq. decisio. 499. & hęc. l. in fi. dicit. *Y el dicho señor dõ Alonso en Segouia año de veynte y quatro, ordeno, que para que el emplazado se pueda dezir rebelde para q̃ lugar aya la dicha ley, se requiere que sea emplazado en persona.* Et sic requirit personalem industriam, & non sufficit, q̃ eius procurator citetur. secundum glo. Montalui. in. l. 5. tit. 3. lib. 2. foro legum. Sed hũc versic. intellige in primo iussu, scilicet, quando est proferenda sententia diffinitiua. Sed ad mittendum aliquem in possessionem ex primo, vel secundo decreto sufficit citatio ad domum. Et est notandissimus intellectus ad istam constitutionem Regiam. Vel non loquitur nisi in missione ex primo decreto, non secundo. Vel quando proceditur ad receptionem testium, tanquàm si lis esset contestata, sit ita debet intelligi. l. 108. titul. 18. part. 3. quæ ait de ista citatione personali saltem semel facta, quòd non requiratur de necessitate in primo decreto. Gregor. Lopez in l. 1. verb. *non queriendo*. tit. 8. parti. 3. Et in. d. l. 108. verb. *à su persona*. Adde quæ notat Ludoui. Bologni. in

gni.in.l.si.finita,§.Iulianus.nu.115.ff.de damno in fecto.

Quæro.13. An requiratur libellus ad hoc vt primum decretum interponatur antequam quis citetur. Barto.in.d.§.Iulianus.nu.5. tenet q̄ sic, alias non valeret decreti interpositio secundum eum. Cuius oppositū tenet Imol.ibi, respondens ad iura facientia pro Bart. Sed Paul.Castr. ibi adhæret Barto. dicēs, quòd quantū ad hoc, vt reus teneatur comparere, & possit mulctari si non comparet, nō requiritur quod præcedat libellus citationē. per allegat. per Barto. Alexan. tamen ibi.nu. 20. dicit post multa, quòd valet citatio etiā non præcedēte libello, vt possit perueniri ad primum decretum, dummodo post citationem offeratur libellus. Et hæc videtur verior, & frequentior opinio.

Vtrum autem in ipsa citatione debeat inseri tenor libelli, vide Barto. cum docto. in authen. offeratur. C. de lit. cōtest. post alios, quos refert. Alex. vbi suprà.nu.19. Angel. & Salicet. in dict. authen. concludunt post antiquos, quòd debet inseri in citatione tenor libelli, saltem in substantia. Quæ opinio non est vera secundum Alex. vbi supra. col. 6.nu.19. ad fin. & Bologni. colum. 14. Pro quo est glo. in capi. præterea. de dilati. quam ponderat ad hoc Panormi. ibi.

Quid tamen operetur, si copia libelli mittatur in citatorio? Vide Bologni. vbi suprà. Hodie habemus legem 1. de Madrid, quæ inquit, quod ante citationem debet libellus dari iudici, & eius copia mitti in citatione. Quam intelligo in auditoribus Regijs, in quibus expresse loquitur, & si in alijs iudicibus loqueretur, non vitiaretur propterea iudicium per supra dicta. In practica autem bonum esset consilium dictam legem seruari in quibusuis iudicijs in causis magni ponderis, quamuis contrarium semper practicetur.

Sed an post primam citationem, & libelli oblationem requiratur alius libellus, in quo actor petat se mitti in possessionem? Dic quòd non. Bart. in dict. §. Iulianus. num. 20. cum quo magis communiter transeunt scribentes secundum Bologn. ibi num. 89. qui bene, ac fuse loquitur. Quod intellige de libello solenni in scriptis, sed bene debet fieri aliqualis petitio, saltim verbalis, vt redigatur in actis per notarium, vt per Imol. in. d. l. si finita. §. si plures. de quo per Alex. in. l. 1. ff. de edendo. doct. in. d. auth. offeratur. C. de litis contesta.

Quæro. 14 An requiratur, quod ad hoc, vt perueniatur ad primum decretum, vt actor in iudicio coram iudice in quolibet termino citationis compareat, & rei contumaciam incuset? Respon. quòd sic. glo. & ibi Bart. num. 9. in dict. §. Iulianus. tx. in l. properandum. §. & siquidem. C. de iudi. & quòd in fine termini debeat accusari. l. 3. de Madrid. Est etiam necesse secundum Barto. nume. 10. quòd actor licentiatus à iudice recesserit, & quòd hoc redigatur in actis. De quo latissime per Alexan. ibi num. 25. & 26. licet satis confuse. & Bologni. ibi. deinde col. 16. in fin. communiter cum Barto. transire docto. ait.

Quæro. 15. Vtrum requiratur cognitio de debito antequam iudex pronuntiet aliquem mittendum ex primo decreto? Et respon. quod sic. Text. & glo. in l. 2. C. vbi in rem act. & in cap. quoniam frequenter. §. fin. vt lit. non contest. vbi glo. dicit, quod illa causæ cognitio debet esse semiplena. Et est glos. in. l. cum proponas. C. de bo. autho. iudi. possid. Dicendū est, omissis opinionibus, quòd ad missionem ex primo decreto in reali, vt missus solum constituatur detentator, non possessor, nulla est necessaria cognitio, etiam summaria causæ principalis, vel saltem sufficiens iuramentum de calumnia. Sed vt constituatur verus possessor, requiritur cognitio talis summaria cum probatione semiplena, vel fere tali. Et idem in actione personali etiam ad primum decretum. Requiritur tamen vera probatio ad bonorum venditionem, vel dationem insolutum secundum Panormit. in dicto. §. in alijs. nume. 31. cap. quoniam. vt lit. non contest. Cuius opinio verior videtur.

Quæro. 16. Vtrum actor debeat iurare de calumnia in ipsa missione facienda, & antequā mittatur, etiam si prius iuramentum præstitisset? Respon. quòd sic. C. in. l. cum proponas. C. de bonis author. iudi. poss. Spec. & Ioan. Andr. in additio. titu. De primo & secundo decreto. §. penulti. ad fin. Panor. in dict. c. quoniam. §. fin. col. 13. Alexan. in. d. §. Iulianus. nu. 37. quasi hæc videatur noua instantia, & nouus processus, quia prima expediebatur iure actionis, hæc autem iudicis officio nobili, vt supra dixi.

Quæro. 17. An hoc iuramentum, quod præstat mittendus in possessionem sufficiat ad totam causam, quando prius non erat præstitum, vide distinctionem Panor. post glo. ibi in dict. ca. quoniam. §. in alijs. col. 13. versicu. Circa hoc. Et ad vtrunque præcedens dictum vide. l. 2. tit. 8. parti. 3. ibi, *Pero antes que el judgador faga hazer la entrega por alguna de las razones suso dichas, deue dezir al demandador, que muestre algun recabdo, porque se mouio a emplazar, y fazer demanda contra el demandado, alomenos deue tomar jura dél, que el juramento, y demanda que le fizo, no se mouio a fazerla maliciosamente, mas porque tenia que lo podia hazer con derecho.*

Ex qua lege probatur, quod loco illius summariæ cognitionis sufficiat iuramentum de calūnia. Probatur etiam, quòd iterum de calumnia non est iurandum de necessitate, cum vnum, aut alterum alternatiuè fieri probat & iubet lex, ad cuius veritatem

veritatem alteram partem sufficit esse veram. l. si is qui ducēta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Sed propter hoc non discedas ab statutis iuris cōmunis. Quia ex mente illius legis videtur fuisse, quôd iuretur de calumnia, si non fuerat iuratum. Quod colligitur ex illis verbis, *que el emplazamiento, y la demanda, &c.* Quod autem loco summariæ cognitionis sufficiat iuramentum de calumnia, videtur apertè velle prædicta lex. Cogitabis altius super hoc.

Quid autem facere debeat iudex prædictis præcedentibus? Respon. quòd pronunciare debet per sententiam interloquutoriam actorem mittendum in possessionem rei petitæ, quia agebatur actione reali: si verò in personali, in bonis debitoris pro modo & qualitate debiti declarati. vt in dicta authenti. ei qui iurat. & in dicto. §. in alijs. & in l. secunda. titul. octauo. parti. 3. text. in authen. de exhib. reis. §. quia verò semel. versicul. igitur. collatione quinta. text. hic. Licet olim fieret missio in omnibus bonis debitoris. vt in. l. prima. ff. ex quibus caus. in poss. eatur. gloss. in dicto. §. quia verò semel, nisi in casibus, quos posuit Specula. de contuma. §. quarto. versicul. Sequitur. non tamen exigitur, quòd res præcisè tantum valeat, quantum quantitas, quæ petitur, sed quòd etiam debeat res plùs valere. iuxta gloss. in dicta authenti. ei qui iurat. & gloss. in dicto. §. quia verò semel. verb. secundùm mensuram. ad finem. & gloss. in l. 2. C. de pignor. moder. in. l. creditor. 1. ff. si cert. peta. & sic seruatur de consuetudine. Panormi. d. §. in alijs. num. 35.

Quæro. 18. Quæ sit practica pronuntiandi tam in primo, quàm in secundo decreto. Est videnda per Panormi. capi. 1. de eo qui mitti. in poss. causa rei seruan. nu. 8. l. 2. titul. 8. part. 3. & ibi nouissimè Grego. Lopez aliqua notatu digna scripsit. Istud verò decretum debet interponi in vltima die peremptorij, & de æquitate poterit expectari in diē sequentem. per text. in capit. consuluit. de offi. de leg. Tenet Bart. in dict. §. Iulianus. num. 26. opinionem cuius communiorem dicit Alexand. nume. 48. & Bologni. colum. 48. Michael. columna. 46. Adde Deci. in dict. capitul. consuluit. numer. 20. quòd si tunc non interponatur, debet iterum partem citare, quia alias videretur interpositum parte non citata. De quo per docto. in dict. capit. consuluit. Angel. & Imol. in. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. Barto. tamen in. l. cùm non eo die. C. quando prouo. non est necesse. Et Paul. in dict. §. Iulianus. dicunt, quod si reus est contumax, ita, quòd nunquam compareat, iudex poterit quandocunque velit post peremptorium interponere decretum sine citatione. Et hoc authoritate Hostien. cuius fuit sententia in capitu. cùm dilecti. de dolo & contuma. Et multoties ita practicatur, licet præcedens sit melior opinio.

Executionem vero primi decreti nō solum potest iudex officiali mādare, sed etiam ipsi parti, vt propria authoritate possessionē ingrediatur. Barto. in dict. §. Iulianus. num. 21. & idem docto. secūdum Bologni. ibi colum. 43. cum sequēt. & Vlcurum col. 56. per Alexand. latè in. l. iustè possider. ff. de acquirend. possess. num. 13. Lex verò Regia. 2. ad fi. tit. 8. part. 3. dicit hāc missionem faciēdam per ipsummet iudicem, vel per executorem ab eo deputatum ad hoc. Et nō solùm potest interponi illud decretum contra maiores, sed etiam contra minores, ecclesias, vel absentes ex probabili causa, vel necessaria. vt Alex. probat in. d. §. Iulia. nu. 60. cum seq. & adde. l. 5. de Madrid.

¶ Isto ergo decreto sic interposito, & actore in possessionem misso, si reus venit intrà terminū statutum de iure communi. de quo per gloss. & docto. in dict. §. Iulianus. per text. & scrib. in. d. §. in alijs, capi. quoniam. & in. l. 6. titu. 8. part. 3. & in hac regia. l. ordinam. cui in foro seculari standum est, recuperat suam possessionem, soluens expensas, & præstans idoneam cautionem de parendo in iudicio, quæ debet esse cum fideiussore, iuxta glo. cum communi in dicto. §. in alijs. verbo. cautionem. & in cap. primo, de sequestra. possess. & fruct. Expressa lex est. 6. tit. 8. part. 3. Et debet soluere expensas, quas pars iurauerit se expendisse, subsequuta iudicis taxatione. vt in. l. sancimus. C. de iudi. notat gloss. & doct. in cap. cùm venissent. de eo qui mit. in poss. causa rei seru. & dict. l. 6. tit. 8. parti. 3.

Si vero intra prædictum tempus non compareat reus, tunc iudex ad partis petitionem procedat ad secundum decretum: & si compareat, audiet illum super proprietate nō autem super possessione. vt in iuribus suprà citatis.

Item est notādum, quod ad secūdum decretum est iterum reus citandus, glos. & ibi Bart. nu. 27. in dict. §. Iulianus. Si vero ille non reperiatur, an sint citandi cognati, vel vicini de necessitate? Respon. quòd nō. Quam sentētiā vt receptiorē teneas per Alexā. in. l. si finita. §. Iulianus. nu. 52. cum seq. Et ibi Bologni. colū. 52. & Vlcur. colū. 73. Deci. post alios in. c. consultationibus. de offic. delegat. Pan. post glos. ibi in cap. causam quæ. nu. 14. de dol. & contuma. nisi in certis casibus, de quibus per eos, scilicet, quando interponitur contra absentem & minorem. &c. Quod autem sint citandi, probatur in. l. 1. tit. 7. part. 3. quæ videtur approbare opinionem minus communem.

Quæro. 19. Vtrum latitatio requiratur vt ad secūdum decretum perueniatur? Dic requiri. l. Fulcinius. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Licèt ad primum

mum non requiratur secundum communiorem opinionē, vt per Bart. in d. §. Iulianus. nu. 29. cum seq. & ibi per Alexand. nu. 54. cum seq. vbi etiam subdit, quòd si missus ex primo decreto non latitat, nec habetur pro latitante, iudex potest dare curatorem bonorum, vt procedat actor via ordinaria, per. l. ab hostibus. ff. ex quib. causis maior. quod est perpetuò menti tenendum secundùm Panor. in cap. fina. De eo qui mitti. in possess. causa rei seru. num. 10.

Vigesimo quæro. Qualiter, & intra quod tempus secundum decretum interponatur? Respond. q̄ his peractis, de quibus suprà, iudex actoré mitti in possessionem iubet ex secundo decreto, cognito priùs debito, id est, semiplenè probato, secundùm Bar. in. d. §. Iulianus. nu. 39. Et ita communiter tenetur. vt per Vlcur. ibi. col. 103.

Sed hodie iure regio nō videtur necessaria ista cognitio, quia ipsamet lex facit missionem. vt in. l. hac vnica cautum existit. Et intra quantum tempus debeat interponi secundùm decretum? Dic, reiectis aliorū opinionibus, quòd iudicis arbitrio relinquitur. glo. in. d. §. Iulianus. & ibi Bart. nu. 39 Quæ opinio est cōmunis secūdū Angel. Imol. & Alex. ibi. nu. 85. & secūdùm Doct. post. glo. in. d. ca. cōsultationibus. de offic. deleg. & dixit cōmunē Pao. in. d. §. in alijs. nu. 41. Sic etiam & iudex intra annum poterit interponere secundū decretum. Sed an hodie stante ista lege regia erit verum, vt possit arbitrio suo intra breuius tempus interponere? Dicerē intrepide quòd nō: quia in hac lege illud tempus videtur traditum pro forma. & adeò breui, vt non fuerit de eius mente, quòd possit aliquo modo præueniri, cùm in reali tantum detur tempus duorū mensium, in personali verò vnius.

Vigesimoprimò. Vtrum iudex possit interponere secundum decretum in alia re, quàm in illa, in qua fuit interpositum primū decretum? Tene opinionem Bar. in. l. cum nullus. §. fin. cum. l. seq. per illum tex. ff. de bonis auth. iudi. possi. vbi concludit, quòd potest fieri, præterquàm quando fit ex causa, quæ tantū vnam rē respicit in causa dāni infecti, & in causa noxali. Ex quo infert ipse, quòd si res, in qua est missus creditor, non est sufficiens, poterit per secūdum decretum suppleri in alia re. Et in hac opinione sunt plures, quos refert Alexand. in dicto. §. Iulianus. nume. 78. vbi num. 79. dicit hanc opinionē veram, quum id quando post secundum decretum veniret reus esset audiendus intra biennium, vt recuperet rem suam, in qua interpositum est secundum decretum, soluendo debitum, & expensas creditori. Barto. in dicto. §. Iulianus. nu. fi. per text. in. l. fi. C. de iure dominij impet. Tu tamen dic, quod vbi res est data in solutum, & sic adiudicatum dominium iudicis authoritate, quòd postea nullo modo auditur. secundum gloss. in cap. contingit. de dol. & contum. & nota. glo. fin. in dict. §. in alijs. glo. in. l. 2. vbi in rem act. & in. l. properandum. §. si autem reus. C. de iudi. & est communis opinio secundum Alexand. in dict. §. Iulianus. num. 122. Bologni. colum. 102. Vlcur. col. 149. Quæ faciūt ad ea quæ notaui in. l. 4. in glos. 1. versic. dubitari præterea solet quantum tempus. tit. 8. lib. isto. 3. pag. 1072.

Ad dict. l. fina. respondent docto. quòd habeat locum, quando quis non seruato iuris ordine impetrauit dominium aduersarij sui à Principe, aliàs autem si sibi sit adiudicatum per istud secundum decretum, iuris ordine seruato, non habet locum illius iuris dispositio. Et ita est tenendum. Quam opinionem videtur etiam approbare. dict. l. 6. titul. 8. parti. 3. quæ ponit duos modos interponendi secundum decretum. Dicit nanque: Primò vendantur bona, & fiat solutio creditori: & si non reperiatur emptor, dentur bona æstimata in solutum creditori Et sentit prędicta lex apertè quòd post venditionem, vel dationem in solutum, nullo modo reus audietur. Et idem vult nostra regia lex. Et addit, quod si res minùs valeat, quòd petita quantitate reus cogatur soluere.

Notandum tamen est, quod licèt in illis legibus non fiat mentio aliqua de probatione, quæ in secundo decreto exigitur, vt supra dictum est, quòd illa nihilominus debet interuenire, sicut iure communi exigitur. Inspicienda tamen sunt verba legis diligenter, quæ ponunt ordinem quo ad primum & secundum decretum perueniatur, & nihil de probationibus dixit. Neque prætereundū est, quòd si reus post secundum decretum veniat, dicens se velle probare ex causa falsa fuisse interpositum, quia debitum non suberat, vel quia pro illo debito obstabat exceptio, est audiendus. secundum Bartol. in dict. l. Fulcinius. §. 2. De quo per Barto. in dict. §. Iulianus. in fin. verbis.

Quæro. 22. in quibus actibus, vel causis interponitur primum, vel secundum decretum? Ad quam quæstionem dicendum est, quòd in omnibus ferè causis, ex quibus agere possumus, & sic in omnibus actionibus personalibus, & alijs, de quibus per Speculat. tit. de primo & secundo decret. §. videndum. quasi per totum. per Alexan. remissiuè in. d. §. Iulianus. nu. 95.

Quæro. 23. Qualiter missio sit facienda in seruitutibus, Vide docto. in. l. si prius. ff. de noui. ope. nuntiatio.

Quæro. 24. Qualiter etiam in spiritualibus, & beneficialibus. Vide per doctores in cap. contingit. de dolo. & contuma. vbi optimè per Panorm. num. 11. cum seq.

Quæro

Quæro.25. Qualiter in criminalibus? Ponit Specula.tit. De accusatore.per totum.docto.in.l. absentem.C.de accusa.in.l.absentem.ff.de pœn. De iure regio.in.l.7.titu.9.part.3.& in.l.4.tit.3.lib.2 for.& in.l.9.titu.2.suprà.libr.3.& in pragmati. regum Catholicorum.fol.163.

Dubitatur præterea. 26. in quibus rebus fiat missio? Respon. quòd in actione reali, in re petita, in personali autem actione, fit missio in rebus debitoris pro mensura debiti declarati. Et primò in rebus mobilibus: quæ si nõ sint, in immobilibus: & si defuerint mobiles, in iuribus, & actionibus. argumẽ.text.in.l.à Diuo Pio.§. in venditionem. ff.de re iudica.& est glo.quæ ponit hunc ordinem in auth.de exhi.reis.§.si verò semel.verb. rerum. col.5.text.& glo.in dict.§.in alijs.& ibi Panorm. num.34.l.2.titu.8.part.3. Et illius glos.practicam ponit Salicet.in dict.authen.ei qui iurat. Et Specul.tit. De primo & secundo decret.§. restat. post princi. De quo latè per Alexand. & Ias.dict. §. in venditione.

Adde etiam, q̃ fit missio in seruis, & vassallis, & iuribus prohibitis elienari in vita eius, qui ea possidet: nã hæredi non paratur præiudicium. Quod est notandum in praxi pro rebus maioratus. Et in rebus, in quibus habet vsum fructum, fit missio ex secundo decreto, vt missus habeat commoditatem, non tamen nocebit hæc missio proprietario. De quibus omnibus & alijs vide Bald. & Salicet.in dict authen.ei qui. Grego. Lopez in.l.2. verbo, *en tantos bienes*.tit.8.part.3.

Quæro.27. an in reali habeat locum missio ex secundo decreto? Glos.in.d.§.Iulianus. dicit quòd non, per rationes adductas. Et idem glo.in.d.§. in alijs. per solum transcursum anni efficitur quis verus possessor in ea, cui est simile in cap. contingit.de dolo & contuma. quæ procedunt ad hoc, vt constituatur missus post annum verus possessor.secundum cõmunem, quam sequitur Panor. in.d.§.in alijs.col.7.

Sed ad hoc, vt præfiniatur certum tempus à iudice reo vt agat de proprietate, aliàs imponatur ei perpetuum silentium super illa re, est necessarium secundum decretum, secundum Panormi.in. d. §. in alijs.col.18. Imol.in.d.c.cõtingit.de dol.& contuma. Bart.in.d.§. Iulianus.num.32. Et hãc opinionem testatur esse communem Alexan.num. 114. quod ibi latè examinat. Latius Bologni. col. 74. cum sequentib. vbi refert plures tenentes contrarium, tandem concludit prædictam communem esse veram.

Vno tamen casu posset interponi secundum decretum ad effectum transferendi veram possessionem, scilicet, ante lapsum anni, vt sicut potest interponi secundum decretum in personali ante lapsum anni arbitrio iudicis, vt supra diximus: ita etiam in reali, quo casu secũdum decretum nõ est ad cautelam, sed necessarium, & maxime posset fieri per nimiam rei contumaciam argum.l. Fulcinius.§.fi.ff.quib. ex cau.in poss.eator. Ita bene Panormi.in.c.1.de eo qui mitt.in poss. cau. rei seru. num.6. Hoc tenent omnes, & probant secundum Bologni.vbi supra.colũ.68. cuius dictum non haberet locum iure regio per hanc legem, vt supra fuit tactũ in quæstio. Qualiter, & intra quod tempus secundum decretum interponi.&c.

Quæro præterea. 28. quis sit effectus primi & secũdi decreti? Et effectus primi in fronte ponamus, cuius primus effectus est, quòd talis missus efficitur possessor in actione reali. vt in. l. si quis emptionis.§.pen.C.de præscript.30.anno. Secus in personali.vt.l.cum legati. ff. ex quibus caus.in possess.ea.l.3.§.fin.ff.de acqui.possess. Et quòd in reali efficiatur possessor intra annum de iure ciuili licèt reuocabiliter, est communis opinio legistarum in dict.§. Iulianus.& in.d.authen.ei qui. & in dict.§ *in alijs*. Et ita asserit Bologni.vbi supra. colum.66.in fin. Guido Papa. De primo & secundo decreto.num.17.

Quòd intra annum tantum detineat, & non sit verus possessor, est sententia glo.in dict.§. in alijs. verb.verus.& ibi communis glos. etiam & communis in cap.contingit.de dol.& contuma.gloss. etiam cum communi in ca. pastoralis.§.præterea. de offic.ordina. Bologn.vbi suprà.col. 72. Mith. Vlcur.col.127. Areti.& Vincen.in dict.l.3. §. fin. ff.de acqui.possess. Quæ opinio Canonist. iure regio est probata in.l.6.titul.8.parti. 3. & in nostra regia lege. Nullam tamen esse differentiam inter vtrunque ius, contendit probare Bologni. vbi supra.colum.67. Has opiniones tetigit. Grego. Lopez, non tamen eas declarauit in.l. secunda. titul. 8.part.3.verb. *metido en tenencia*. Latius dixi infra in glossa secunda.

Sed an sit possessor, an non, effectus est magnus.vt per Alexan.in dicta.l.tertia.§.fina.ff.de acquirend.possessione.

Talis ergo missus non lucratur fructus intra annum, nisi de hoc esset consuetudo, secundum glo. in authenti. de exhib.reis.§.fi. verb. seruandi causa colla.5. Quam tamen reprobat Barto.in dict. §. Iulianus.numer.50. quia talis consuetudo vt contra ius diuinum, sapit enim vsurariam prauitatem. Alexand. tamen ibi per bona fundamenta probat opinionem illius glos.post alios per eum relatos numer.106.& sic valet in hoc consuetudo, seu statutum secundum eum, ea ratione. Quia si iudex potest hoc facere ex nimia contumacia. vt in dicta.l. Fulcinius.§. fina ergo statutum, vel consuetudo poterit idem regulariter operari. ergo missus ex

sus ex primo decreto non lucratur fructus text. singu. in l. fina. titu. 8. par. 3. Alios effectus primi decreti posuit Guido Papa in tracta. De primo & secundo decreto. *num.* 17. Alciat. in pract. sua. fol. 61. colum. 1. vbi ponit. 10. effectus. Vlcur. in l. si finita. §. Iulianus. numero. 256. ff. de damno infecto.

Effectus autem secundi decreti est, quòd per illud possunt res vendi ipsius debitoris, & creditoribus satisfieri, vt dixi suprà.

Secundus effectus est, quod possunt res in solutum dari, & tunc si erant debitoris, statim efficitur creditor possessor, & dominus: si verò non erat dominus, transfertur in eo vsucapiendi conditio. Communis opinio in l. prætoris. ff. de damno *infecto.* & in l. 3. §. fina. ff. de acquiren. possess.

Tertius effectus, quod missus ex secundo decreto, lucratur fructus. glo. & Bart. in dict. §. Iulianus. & *communis in locis* præcitatis.

Sciendum est vlterius, quòd si missus ex secundo decreto lucratur fructus, *in reali* post annum veniens non auditur, nisi super proprietate, & sic fit de reo actor. tex. est communis in dict. §. in alijs, auditur inquam super proprietate vsque ad 30. *ann.* secundùm omnes in l. 2. C. vbi in rem actio. Bologni. vbi suprà. colū. 74. in fin. in dict. §. *Iulianus.*

Si verò interponatur secundum decretum eo modo, quo suprà aperuimus, scilicet, vt iudex statuat terminū, quo elapso, imponatur ei silentiū, tunc etiā super proprietate non audietur. Bartol. & cōmunis in. d. §. Iulianus. Alexan. hanc dicens communem in. d. l. 3. §. fin. ff. de acqui. poss. nu. 29

Si verò missus in possessionem personalem veniat post rerum venditionem, vel dationem in solutum, nō auditur aliquo modo: si autem antequā bona vendantur, auditur reus volens sua bona recuperare, restitutis expensis, & præstita cautione de iudicio sisti. glo. fi. & ibi communis in cap. quoniam contra. §. in alijs, expressa l. 6. tit. 8. part. 3. in fin.

Quæro. 29. Intra quantum tempus audiatur? Dic, quod illi iuri offerendi *non* præscribitur spatio minori, quā 30. annorū. glo. in l. cùm notissimi. C. de præsc. 30. vel. 40. an § eo autē. & in l. pignori. ff. de vsucap Hanc cōmunem Fatetur Ioā. Imol. in. d. §. in alijs. nu. 39. Balb. in tract. de præscrip. 4. par. 5. princ. col. 3. licet Ioā. Andreæ. Anto & Panorm. in. d. §. in alijs. dicant q iuri offerendi debitum ad recipiendum pignus, nō potest præscriptio opponi etiā triginta annorū Facit, nam omnis actio spacio. 30. annorum tollitur. l. sicut. & l. fi. C. de præsc. 30. vel. 40. anno. l. 2. C. de consti. pecu. Et comprobatur ex Tiraquell. de retra. lib. 1. §. 36. glo. 2. nu. 36. cum seq. vbi plures decisiones adducit, quæ possunt h c adaptari pro confirmatione istius dicti. & per eundem in tract. de primogeni. q. 31. num. 1. cum seq.

Prætereà q præscribatur ius offerēdi triginta an. spacio, probatur ex Angel. Perusi consil. 55. col. 2. nu. 3. vbi tenet, q ius offerendi pretium in contractu de retrouendendo sine præfinitione tēporis, præscribitur per. 30. annos. Ias. in l. petens. nu. 10. C. de pact. & in l. si mater. C. de insti. & substit. Tiraquell. qui plures concord. ad hoc citat. in tract. de retract. lib. 2. §. 1. glo. 2. n. 7. & Anto. Gomez in tract. de contractibus. cap. 2. num. 28. vbi refert istam esse veram & cōmunem opinionē, & Balb. de præsc. in 4. par. 5. princi. q. 3. n. 5. & Hierony. Cagno. in rep. l. 2. nu. 43. C. de pact. inter emp. & vēdi. Et sic p prædicta cōmuni opinionē.

De alijs effectibus primi, & secūdi decreti est videndus Specula. in tit. De primo & secundo decreto. § iam de effectu. & §. fin. Bar. in. l. si finita. §. Iulianus. nu. 47. Alex. n. 98 Bologni. latè fol. antepenul. columna secunda cum sequentibus & Micha. Vlcu. col. 148. ff. de dam. infecto. & Guido Papa in dicto tracta. De primo & secundo decreto. nu. 17. & nu. 38. & Alciat. loco præcitato.

Quæro. 30. Vtrùm contra minorem indefensum posit deueniri ad secundum decretum? Videtur quòd non. cap. 1. de caus. possess. ibi, nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire. Sed minor non fuit citatus, nec defensus, ergo non debet fieri contra eum missio ex causa secundi decreti. Tenet Paul de Cast. consi. 368. nu. 5. lib. 1. & in dict. §. Iulianus, num. 11. Sed Bar o. in l. si finita. §. Iulianus. col. 1. ff. de damn. infecto. probat posse deueniri absque citatione. Ratio. quia vbicunque secundum decretum concernit. ita commoditatem rei, sicut actoris, non requiritur latitatio. Bald. in authen. ei qui. ante penul. colum. C. de bon. autho. iudi. poss. sed reo minori est vtile, cùm fuerit conuentus, vt non vexetur maioribus expensis, quæ occurrerēt, si expectaretur latitatio, quo fit latitationem non esse necessariam, nec impedimentum, quominus decretum secundum interponi posit aduersus minorem indefensum. Optimè probat Ludoui. Bologni. in dict. repe. l. si finita. §. Iulianus. num. 119. Et pragm. 42. cap. 6. in lib. pragma. regum Catholicorum. ibi, ***tornar a elegir via de assentamiento en qualquier estado en que el pleyto estuuiere.*** Tamen practica est, quod citatio ad missionē in possessionē bonorū non sufficit. quòd fit ad domum, vel in procuratorem, sed in personam rei, vt hac lege Regia in fine cauetur Idem etiam seruatur in citatione ad faciendam executionem. realemque solutionē ad bonorum, pro quibus fuit petita executio.

Quod'est notandum ad.l.4.& 5.tit.8. suprà hoc lib.3.& l.70.Tauri.Nisi esset contumax, ac constaret, quod per eum stat quominus in faciē citetur vt dixi.in l.4.tit.8.suprà isto libro tertio.

que sea puesto el demandador en tenencia de tantos bienes [a] muebles del demandado si le fueren hallados fasta en quantia dela demanda. E si bienes muebles no le fallaren, que sea hecho el assentamiento en bienes rayzes: y sea tenido el demandado de pagar la rebeldia hasta vn mes del dia que el assentamiento fuere hecho, o lo embargare el demandado que no se haga como dicho es. Y sino viniere a purgar la rebeldia a los dichos plazos, que dende en adelante el que assi fuere assentado que sea verdadero posseedor [b]: y no sea tenido de responder [c] al demandado sobre la cosa que tiene: saluo por la propriedad [d]. Pero si el demandador fuere assentado en bienes

a ¶*En tenencia de tantos bienes.* Nota ꝙ missus ex primo decreto in possessionem bonorũ in actione reali est possessor intra annum reuocabiliter, & post annũ irreuocabiliter missus verò ex primo decreto in actione personali, nec ante annum, nec post annum possessor effici, est magis communis opinio secũdũ Alexã. n. l si finita. §. Iulianus.n. 4. Vlcur. nu. 15. & Bologni.n. 17. & 169. & 181. & magis cõmunis secundum eundem Alex.in.l.3.§.fin.num. 11.& ibi Iaso.num 20.ff.de acq.poss. & dixi cõmunem legistarum suprà hac lege vnic. in glos. 1. quæst.28.Contrariam partem tenent doct.de quibus per me vbi suprà.quæst.28.& communem dicit Bellam.in cap.contingit.num.20.& Pan. nu. 3.Anto.& Bella.num.1.in cap. quoniam frequenter.§ in alijs,vt lit.non cont.& Alex. dicit communem in l.3.§.fi. num.3. & Iaso. num.21. ff.de acq.poss.Bologni.in.d.§. Iulianus. num. 181.& probat lex ista in istis verbis, *en tenencia*. & l.2.tit. 8.part.3.Specula.dicit magis communem in tit. de primo & secundo decreto.§. Iam de effectu. num.6.Tenendo tamen si vis priorem; quæ magis communis est, quam quidem seruandam esse dixit Negusanti. de Fano in tracta. de pigno.3. par.membro.2.num.6.Responde opinioni communi canonistarum posteriori loco adductæ, vt per Alex.in.l.3.§.genera.num.11.ff.de acq.poss. ex quibus poteris respondere ad hanc regiam cõstitutionem, quod verbum *tenencia*, sit accipiendum pro possessione.l.1.§.1.dum dicit. affectionem tenendi non habent.ff.de acqui. poss. & sic appellatione detẽtationis, venit possessio. vt probat.l.6.ibi.*por verdadero tenedor de la cosa*.ti. 8.par. 3.Et tenẽdo opinionem legistarum, duo effectus resultant, de quibus per Alex. vbi suprà. num.11. Ego tamẽ teneo opi. Canonis. per istam legem, ac legem partitæ.

b ¶*Que sea verdadero posseedor.* Et sic lucratur fructus §. si quis à nõ domino. Insti.de re.diui. c. consultationibus. de iu. patro. Quibus iuribus constitutum est possessori ratione possessionis acquiri fructus, & in specie nostræ legis hoc disponit.l.6.tit.8.part.3. Intelligas tamen quando causa propter quam fuit missus in possessionem, fuit aliqua, secus si nulla, nempe ex contractu nullo, vel sententia.Bald.in.l.2.pen.col.C. de serui. & aqua. facit quæ ipse Bal. notat in authen & qui iurat.num.45.C.de bonis autho.iudi. possi.Bart.expressè notat.in.l.1.n.6.C. de præd. decurio.lib.10.sic dicens.Item nota, ꝙ vbi contractus est nullus, emptor non lucratur fructus,& ibi Ang.nu.4.Sed aliqui tenent contrarium, quos recenset Doct.del Castill.in.l.17.nu.70.in ordinatio. Tauri.vbi plures effectus possessionis annotauit.& plures connumerat Andr. Tiraquell. de iure primogenitu. in.11. opinione.17.q. fol. 320.col.2.cum seq.

c ¶*Y no sea tenido de respõder.* Et sic cõuẽtus nõ tenebitur litẽ contestari, cùm hæc verba impediãt, ac hoc inducãt.l.legis virtus.ff.de legib. Additio ad Bart.in.l.1.nu.1.C.de bonis vacanti. lib.10.

d ¶*Saluo por la propriedad.* l.6.tit.8.part.3. idẽ disponit. vbi videas Grego. Lopez verb. *señorio.* Ad

hoc

hoc autẽ vt fit discrimẽ inter hũc casum & præcedẽtẽ, intellige istum locum quòd pareus contumax non est audiendus in actione personali, præter quã in ꝓprietate, nẽpe debiti, quasi velit dicere. ꝙ onus probandi, quod incumbebat actori, transfunditur in ipsum reum vnde solùm auditur in proprietate. facit glos. in.c. quoniam frequenter, vt lit.non cont. & in. l. regulariter. ff. de peti. hæred.

de su contendor por demanda personal: y seyendo passado el mes del assentamiento quisiere mas que le sea pagada la quantia de su demanda, que no tener la possession: que entonces que sean vendidos por mandado del juzgador, y de lo que valieren en que sea entregado el demandador de la quantia que puso en su demanda, y de las costas. E si mas valiere: que sea entregado en lo demas que valiere el demandado, y lo que menos valiere que sea tenido el demandado de lo pagar, y el juzgador que lo faga assi cumplir luego. Y el dicho señor Rey don Alonso en Segouia año de veynte y quatro, ordeno que para que el emplazado se pueda dezir rebelde para que lugar aya la dicha ley, se requiere que sea emplazado en persona.

Titulo. X: De las secrestaciones.

ADDICION.

¶ *Este titulo se contiene en el tit. 12. lib. 4. Recopila.*

¶ *Ley. I. Que durante los embargos de las heredades: se cojan los fructos en fieldad.*

¶ El Rey don Alonso en Segobia. año de mil. ccc. lxxxv.

¶ El mismo en Alcala el año siguiente.

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley. 1. tit. 12. lib. 4. Recopila.*

Porq̃ las lauores d̃ las heredades y el coger de los fructos dellas se embargan muchas vezes por los testamentos y embargos que los juezes fazen por deudas, o por maleficios. Por ende mandamos, que si durãte el tal embargo, o testamento fuere tiempo del coger de los fructos de las heredades, q̃ los officiales del lugar donde esto acaesciere hagã coger los fructos, y ponerlos en fieldad [a] a costa de los fructos hasta q̃ sea determinado quiẽ los deue de auer. Y si por esta razon alguno prendare, o lleuare por fuerça o en otra manera alguna cosa de aq̃l q̃ labrare la heredad: que la torne con los daños

TITVLVS decimus. De sequestrationib'
¶ *Lex. I.*
a ¶ *Ponerlos en fieldad.* Et sic fit sequestrũ quod est rei de qua agitur depositio. Hostien. in summa istius titu. §. 1. nempe cùm duo contendunt de aliqua re, ponunt eam in manu; & custodia alicuius probi viri, cuius fidei cõmittitur, qui quidẽ ipsã restituere debet ei, qui victoriã negotij obtinuerit, vnâ cũ fructibus ex ea re durante lite perceptis, vt hic habetur. Clemen. vnic. de sequestr. poss. & fruct. l. 1. titul. nono partir. 3. Vel sequestratio est rei quæ in controuersia deducitur, consensu litigantium apud tertium depositio. Lucas de Penna in. l. litibus. colum. 7. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. licet. & l. ei apud. in princi. &. 6. fi. ff. de

fi. ff. depositi. l. sequester. ff. de verbo. significatio. vbi quærit Cepol. num. 1. vtrum iste sequester dicatur officialis, & sic comprehēdatur à statuto loquente de officiali? Et respondet quod non secūdum Angel. in. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisdar. cogantur. cōtra gloss. ibi tenentem cō prehendi. Et de materia sequestri est videnda glo. &

q por ello recibiere, y caya en pena đ quatro tanto: la meytad para el querelloso: y la otra meytad para la nuestra camara.

docto. in. l. fideiussor. §. fina. suprà allegat. Bart. Areti. & doct. in. l. interesse puto. ff. de acqui. pos. Cin. & Curti. in. l. vni. de prohibita sequestra. pecuniæ. Bart. Angel. de Perusi. Imol. & Angel. Aretin. in. l. Imperatores. § fi. ff. de appel. tex. & Bar. in. d. l. litibus. Bar. in. l. per hanc. C. de erogatio. milit. annonæ. lib. 12. Archid. Domini. & Præposi. in cap. qui res. 11. q. 1. Ioa. Andr. in. reg. Locupletari. de regul. iur. lib. 6. in mercurialibus. Alberi. in dictionar. verb. sequestrari. Imol. in cap. examinata. num. 8. cum seq. de iudic. & in cap. dilectus. & ibi Panor. & doct. de sequestr. possessio. & fruct. Paul. de Castr. cōs. 132. col. 2. n. 3. lib. 1. Pro introductione omnino notandū est duplicē sequestrationē esse. Alia, quæ fit partiū litigantiū cōuētione. Alia iudicis potestate. Domini. & Bellamera in cap. quia res. 11. quæstio. 1. & ibi eas declarant. Et iterum subijcit Bellamera, q sequestratio tripliciter fit. Aut mero officio præsidentis, aut præsidentis, aut petitione sequestri, aut alterius partis. Verbigratia primo casu, vt si præses videt aliquos ad arma, vel rixam venire, quos potest sua iurisdictione compescere. l. æquissimum. ff. de vsufruct. debet dicere, Recipio rem contentiosam in manu mea, & rem custodiri faciam, & curam ne veniatis ius vestrum prosequuturi. Vbi agitur restitutorio iudicio super aliqua re, incumbit iudici, cùm videt subditos ad arma paratos, & sic iudicis officio nobili. Secundo fit sequestratio per officium mercenarium, inseruiēs causæ, vel liti, tunc si illud est debitum, propter id potest fieri sequestratio. Exemplū potest desumi, quando aliquis beneficiatus monitus à superiore, nō vult seruire beneficio sed appellat: tunc ipse præsidēs curare debet, quòd officium debitū beneficio nō negligatur, & fructus poterit sequestrare quo ad hoc. vt beneficium officietur. de appell. c. peruenit. Exemplū etiā potest poni de. l. fi. §. super peculio. C. đ assert. toll. & l. 3. C. qui. ad libertat. proclamare nō licet. Ex quibus iuribus videtur, quòd si duo contendunt de beneficio, quorum nullus fuit possessor pacificus, fructus poterūt sequestrari, saltim quousque concertatio sopiatur: maximè vbi possessor vitiosè intrauit possessionē, nēpe contra superioris inhibitionem, vel aliàs, qui quidem talis non debet gaudere commodo possessionis. l. si quis liberū ff. de proba. l. vis eius. C. eo. de proba. quod facit. l. 1. §. apud Iulianum. ff. de posit. cap. cùm contingat. de resc. cùm dictū beneficium nō duos ministros, sed vnū habere debet. Aut propter qualitatē personarum cōcertantiū, & tūc si personarū qualitas talis est, quòd natura facti inducit incompossibilitatem, tunc iudex debet prouidere partibus per cautionem, & cautelam sequestrationis. Si autem fiat ad petitionem partis sequestrum per iudicē, subdistinguendum est. Quia aut petitur sequestratio pendēte principali negotio, aut pendente appellatione, & hoc dupliciter: aut pēdēte appellatiōne à sentētia: aut pendente appellatione ab executione sentētiæ. Priori casu, aut cōtēditur super re, de qua maior est præsumptio pro reo. vt si peto rem ex aliquo contractu, ius præsumit reū non ligatum, nisi probetur ligatum, quo casu sequestrationis necessitas conquiescit, & est in isto casu inhibita: nam primò debet debitor conuinci, & finaliter ad solutionem constringi. l. vni. C. de prohib. sequest. pecuni. l. fi. C. de iure fisci. cap. fin. 20. quæst. vlti. c. nonne. 8. q. 3. Idem dicendum est, si res talis est, cuius possessio indifferenter cadit in quēcunque, nempe si pōnas exemplū, habere fundum, ita cadit in me, sicut in Petro, ago contra ipsum ad fundum, quia Petrus possessor plus habet quàm ego. Insti. de interdict. §. commodum. Verum vbi dicta præsumptio vinceretur aliqua æquitate. vt in cap. cum locum. de sponsa. ca. literas. de resti. spolia. tunc iudicis officio esset sequestratio permissa, si æquitate suadēte iudici. videtur. vt in dictis iuribus. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisdar. cogant. vbi suspicio, quæ habetur contra reū, vt prouideatur parti, inducit sequestrationē. Vnde cū intersit iudici ne iudicium sit delusoriū. l. vlti. ff. ne quid in loco publi. debet iudex prouidere, vt tā in principali, quàm in fructibus cautela conueniens præstetur in re mobili. vt in dict. l. si fideiussor. Et eadem æquitate idem est in seruitutibus rei mobilis. Si autem procedatur in contumaciam, hoc est dupliciter. Aut in causa, in qua potest procedi ad missionem in possessionē, aut non. Si nō, vt quia agitur de beneficio, in hoc casu non habet locum missio in possessionem. cap. vbi. de eo qui mitt. in pos. caus. rei seru. lib. 6. hoc casu potest fieri sequestratio. sic loquitur text. in c. olim.

c.olim.de rescr.nam cum missio cesset, hoc casu aliud quod erat, sibi similis facta, vel vicinus fieri debuit. Quo fit vt glos.ibi dicēs q male fuit facta sequestratio, minus rectè loquatur. cum ead. decreta.prosequetur factum sequestrationis, quod minimè faceret, si indebitè facta fuisset. Si vero est causa in qua possit procedi ad missionem in possessionem, tunc cum illa sit via ordinaria de mittendo in possessionem, illa regulariter seruāda est l.2.in fin.C.vbi in rem actio. Intuitu tamen religionis, vel alia causa iusta, potest iudex ad sequestrationem procedere.c.2.de dol.& contu. Super hoc casu respondendum erit, Cum reus est contumax, sua contumacia de iure est punienda, aut in re, de qua contenditur, aut in persona, vbi in re non potest puniri.c.tuæ vt.lit. non. contest.in re dupliciter, vt præmisimus Nam vbi missio in possessionem non est possibilis, tunc excommunicatio, aut sequestratio est necessaria. Nec punitio contumaciæ in re vicinior est missioni in possessionem, quàm ipsa sequestratio, quæ se habet ad eam, vt excedens ad excessum, nam contumacia est magis tædiosum, quòd aduersarius sit in possessione, vt ipsum tædio afficiat, quàm si aliter bonus vir esset ad rem custodiēdam deputatus. l. cū oportet.C.de bonis quæ lib. Plus tamē receditur in re per sequestrationem à cōtumace, quàm per missionem in possessionē. Et secundum istas causas seu respectus, vel alios, dici potest, quod quandoque plus, quandoque minus importat missio in possessionē, quàm sequestratio. Et propter aliquem respectum dictum est. vt in cap.2.de dol.& contuma.quòd sequestratio fuit facta intuitu religionis: nam magis competit religioso litiganti, quòd fiat sequestratio, quàm in possessionē missio, quæ est afficiendi tædio contumacem, quod cadere non debet in religioso. Et hoc casu etiam vbi possit fieri missio in possessionem, cum de iure posset fieri sequestratio, regulariter tamen puniendus erit in isto casu per missionem in possessionem, c.quoniam frequenter.§.in alijs. vt lit.nō contest.

Iudex tamen, cuius officium latissimum est.l. 1.ff.de iur.om.iudic.oportet vt inspiciat, qua via reus contumax magis astringi possit, vt propriā contumaciam agnoscere valeat, & eam purget, & tunc illam metitur iudex, siue de excommunicādo, siue de in possessionem mittendo, siue sequestrando, cùm contumacia quandoque damno litis coerceatur.l.cōtumacia.ff.de re iudi. l. diffamari. C.de ingenu. & manu.c. licet.de probat. multò magis poterit puniri contumax per sequestrationē, iudex enim potest pœnali iudicio suā iurisdictionem defendere.l.1.ff.si quis ius dicen. nō obtemp. Inter pœnalia continetur pœna sequestrationis. Et dato, quod sequestratio sit pœna mitior missione in possessionem, vt in dict.c.2.de dol.& contuma.nam ex missione potest fieri verus possessor.saltem post annum, vel prout cautū est in l.1.titul.suprà proximo.non sic ex sequestratione, quod tamē credebant dicti religiosi.& sic.d.c. legit Innocen.

Est alius casus, si procedatur in negotio appellationis interpositæ à sententia diffinitiua super principali: alius cum petitur sequestratio à petitore appellante aut à possessore. Primo casu, quādo petitur contra petitorem appellantem, est impossibile, cum nihil possit ab eo separari, qui rem non habet.c.quoties.2. q.6. si autem contra possessorem appellantē petitur fieri sequestratio, regulariter fieri non debet, cùm appellantis status sit integer pendente appellatione.l.1.ff.nihil noua.appella.pend. Hoc tamen fallit eo casu, quō possessor fructus dilapidat, aut suspectus est de dilapidatione.l.Imperatores§ fi. ff. de appell. dict. cap.quoties, & ca.fin.de sequestrā. poss. & fruct. Ioan.Lup.in rep.c.per vestras.§.18.nu.1. fol.65. de dona.inter vir.& vxor. Et vbicunque in causā principali posset procedi ad sequestrationē, multò magis in causa appellationis, vbi possessor victus appellat, cùm iam diffinitum sit contra eum. Et hoc facilius est contra ipsum procedendū, vt fiat sequestratio. Si autem procedatur in causa appellationis interpositæ ab executione sententiæ; aut res est mobilis, & tunc fructus sequestrantur vt restituantur ei, qui obtinuerit, & hoc casu sequestratio est præcepta absque distinctione, vtrū possessor esset suspectus, vel nō l ab exequutore. C.quorum app.non recipi. Nec est mirū, ex quo enim à sententia est appellatum, scilicet ab executione, magna est præsumptio contra victum, propter quod iura statuerunt rem, vel fructus à possessore separari, & apud alium deponi, quousque querela debitum finem habeat.

Quærere oportet post prædicta secundo loco: Vtrùm violans sequestrum, suo iure priuetur, Respondendum est eum priuandum fore. Rota antiqua decisio.2.sub titul. de sequest. poss. & fruct. Clem.vni.§.nihilominus.eodé titu. Gomess.in regul. Cancellariæ Apostolicæ. De annali possessore.q.5. ad fin. & incurrit in pœnam quadrupli. text.est insignis hic.vers. *E si por esta razon alguno prendare, o lleuare por fuerça*, &c.tex. in clem.vnic. de seq.poss.& fruct.

Confirmatur. Nam stante sequestro, pars non potest se intromittere.vt plenè notatur in rub.& in.l.1.de prohibi. sequestra. pecuni. Hieronym. Grat.respons.36.num.3.lib.2. responsorū. Item pendēte lite nihil est innouandum.vt in tit.vt l.t. pend. Item causa semel in curia Romana existēs,

nunquam exit de cura, nisi summus pontifex remittat ad ordinarium. Bald.in.l. si vt proponis. 1. col.pen.vers.& nota.C.quomodo & quando iud. Et vbi Princeps apposuit manum, inferior non potest se intromittere.c.cum nostrum.de appell. Bald.& Angel.in.l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Anchar.consil.58. Circumscriptis. Item authoritate certa, & sub certa forma introductum, eadē, & non diuersa voluntate debet dissolui.c.1.de regu.iur. Et sic cùm fuerit factum sequestrum iudicis authoritate, ex eius præcepto tantū debet remitti sequestrum. faciens contrariū, infert violentiam, & sic cadit à iure suo. Item nullus in sua causa potest sibi ius dicere.l.vni.C.ne quis in sua causa iudicet, vel ius sib.di.

Sed quæro.3. Vtrum pœna habeat locū in sequestro facto non seruata solemnitate, seu forma ad ipsum requisita? Videtur quòd non, quia huiusmodi sequestrum fuit nullum argu.c. detrahe. 1.q.1.c.1.de his quæ fi.à præla. sine cōsensu ca.l. cùm hi.§.si prætor.ff.de transact.tenet. Hierony. Gratus respon.28.nu.3. libro.1. responso. ergo non dicitur sequestrum, ac pœna violatis ipsum, verbum sequestrum non habebit locum in isto, cùm fuerit nullum, iuxta plenè tradita in.l.4.§. condemnatum.ff.de re iudic.Paul. Parisius consi. 41.num.23.libro.1.ibique column.2.& 3. plura in hac materia tractat.& consili.107.numero.70. libro tertio.

Dubitatur præterea & 4. Vtrum sequestratio interim quo est facta, impediat possessionem, & sic interrūpat cursum præscriptionis? Et videtur quòd non, quia sequestrum nō fit nisi tantùm vt detur vincenti in contentione suborta, & sic penes sequestrē fit gratia custodiæ tanquam in tenutam, ergo prior possessio nō interrumpitur ex sequestro.

Item sequester fit per Regē, aut eius ministrū, qui neminem spoliat.l.sequester.ff. de verborum significat.l.propriè. & l.licèt.ff. de pos. Pet. & Cin.& Alberi.in l.vni.C.de prohi.seq. pecuni.Iacob.de Areti.Bar. Alberi.Imol.& Areti.in l.interesse puto.ff.de adq. poss.Panor.Barb.& Feli.in. c.examinata.de iudic.Boeri.in cōsuet.Bituri.rub. De iurisd.om.iud.§.4.ad fi.& in.decisio. 172.nu. 1. Est regia.l.2.titul.9.par.3. Et ita tenet alios citando Chassanæus consil.47.numer.4. versic.sed quicquid sit. Et est cōmunis secūdum Ancha.nu. 11.in clemen.vnica.isto tit.

Quæro.5. Vtrum quis possit impedire sequestrationem, allegando incontinenti de iure suo. Respon.q sic in rebus profanis. Voluit omnes in l.quamuis.& in l.fi. C. de edict. diui. Adria. toll. Boeri.decis.172.nu.2. Adde quæ dicit Curti. iunior.l.procurator.nu.4.C.de edendo.

Quæro.6. Vtrum quis possit compelli ad hoc vt suscipiat sequestrum? Per.l.1.in fi.ff.vbi pupil. educa.deb.glo.in.l.2.tit.9.part.3. tenet posse ex iudicis officio, vt præbeat nudum ministeriū, non tamen expensas necessarias pro cōseruatione rei sequestratæ. Sed tu dic quòd est Bal.in dict.l.1.ff. vbi pup.educa.deb.& sequitur Curti. seni.in tracta.de sequestris.q.2.n.1.in 4.volu. tract. Causa autem legitima nō existente, nullus cogitur acceptare sequestrū. Et ita intelligas Angel. in.l.si.circa medi.ff.de bon.aut.iud.poss.argu.l.3.§.1.ff.de arbit.

Quæro.7. Vtrum sequester possit deponere sequestrum, & quo modo? Bald.in rub. in fin. C. depositi.dicit, quod possit deponere officiū ex causa, & iudice interueniente. Idem Angel.& Curti. in nu.27.C.de prohib.seq.pec.l.vnica.

Quæro. 8. An sequester possit petere aliquam mercedem? Bal.consil.183.col.2.lib.1.expressim dicit, quod sequester ob custodiā pecuniæ apud se depositæ non possit exigere salarium, quia est nudus minister.per.l.medico.§.fin.ff. de aur.& argen.lega.quæ nihil mihi huc facere videtur. Sed pro hoc facit tex.in l.Lucius.§.1.ff. de lega.2.ex quo Bart.& Bald.notant nudum ministrum nullum commodū sentire, aut sperare debere. Ideq; in sequestro voluerunt Angel. Imol. Roman. & Areti.in.l.interesse.ff.de acq.poss.

Intellige tamen non procedere in sequestro facto ex partium contendentium voluntate, quia nullus alteri cogitur facere beneficium.c.cum secundum apostolum. de præbend.c.charitatē.10. q.2. Tiraquell.post Bal.in loco ab eo citato tenet istam limità.in lib.2.de retract.§. gloss.7.num.7. facit.l.planè.2.§.fina.ff.de lega.2.l.ab eo.C.de fideicom.

Item etiam secundum Tiraquell.vbi suprà.nu. 8.limitatur in sequestro facto à iudice, ex quo resultare posset damnum seruanti. Barb. consil.71. colum.1.lib.4.Curti.d.tra.sequestrorū. q.24.nu. 78. Et est iustum, quòd ratione curæ, & custodiæ, quam debet habere circa rem positam in sequestro, habeat aliquā mercedē; prout in tutore seu curatore, qui habere debet decimam partem fructuum.l.2.tit.7.lib.3.fori.& si non supersint fructus, iudex ex officio eis taxabit salarium suo arbitrio.secundum Montalū.ibi.in.glo. verb. *el diezmo*. Sed iste sequester dicitur fideicommissarius, & valet argumentum de vno ad reliquum. gloss. in.l.tutela.ff.de tutelis.in verb. ad alium. quā singularē reputo.& citat Cifonta.in l.31. q.1. nu.3. in ord.Tauri. Ergo iste sequester poterit recipere salarium ratione curæ, ac custodiæ.

Quæro.9. sequestrum apud quem fieri debeat, an penes iudicem, vel eius officialem, vel circa tertiam

tiam personam? Istam quæstionem ponit Curti. loco citato.q.4.num.28.& tenet quod sic per gl. in.l.senatusconsulto.verb.& deponuntur. de offic. præsid.& dicit ordina.Iaso.in.l.cum filio fam.nu. 22.ff.de legat.1.Bald.idem tenet in sua margari. verb.depositarius.versic.3. dũ dicit depositũ fieri posse apud iudicẽ & arbitrũ pro obseruatione sententiæ,& allegat text.in.l.litigatores.§.quid ergo.ff.de arbi.& c.exposita.eo.tit.

Istam sententiam tenent Bal. Cuma. Fulgo. Alexã.Soci.& Iason.in.l.si fideiussor.ff.qui satisda. cogãtur.Alex.in addi.ad Bart.in.l.planè.ff.quod quisque iur.Quibus omnibus est optimus tex.in l.si fideiussor.§.vlti.supra alleg.& l.sed & si.§.plane.ibi,apud officium autem depositus.ff.ad exhibend.& probat Tiraquel.de vtroq; retract.lib.2. §.4.glo.7.num.1. Quod tamen nõ esse admittendum à iudice.sed debet nominare tertiũ. In tabellione causæ quod non possit fieri depositum, statutum est ab Imperatore Carolo. Hispaniarum olim Rege in.l.83.in curijs Segouien.Anni.1532 & l.76.Pinciæ anni.1537. quod est sancitum sanctissimum.

Quæro.10.Vtrùm sequestratio fructuũ possit fieri appellatione pendente? Et est dicẽdũ quòd sic,si timetur de dilapidatione.c.fin. de seq. poss. & fruct.l.Imperatores.§.fi.ff de app. Specula.de appell.§.nouissime.Philipp. Fran.in.c. cũ teneamur.col.3.de appel.nu.10.habetur in.l.ab executore.C.quorum app.non recip.

5 Dubitatur.11.circa proximam quæstionem, per quem iudicem fiat hæc sequestratio? Respon. quicquid dicat Bart.in dict.l.Imperatores, quòd conclusio est,quòd si petitur antequam appellatio sit præsentata superiori, & per eum recepta, debet fieri per iudicem à quo,sed si postea, debet fieri per iudicem ad quem.Ita tenent Io. Andr. & Panor.in dict.cap. fina. de sequestra.poss. Philipp.Franc.in cap. cum teneamur. columna. 3. de appella.Alexand.in additio.ad Bar. in. d.l.Imperatores.§.fin.

Quæro. 12. si is sequester sit clericus,an cogi possit à iudice seculari vt restituat sequestrum? Et est respondendum quod sic.per tex.in l.pen §.fi. ibi,per suam interlocutoriam præcipientis.C.de bon.autho.iudi.poss.Bald.in.l.si fideiussor.§.vlti. in antiq.lectura.& ibi Ias.colum.14 ff. qui satisd. cogãtur.Bal.& Sali.in l.acceptam. vterque col.1. Stephan.Aufr.in rep.Clem.1.2.regula.fallc.14. de offi.ordi.& in addi.ad Capell.Tholosan.decisio.167.Guiliel Benedictus in.c. Rainutius verb. & vxorem nomine.nu.419.de testam. Matthæ. de Afflict.in decis.24.num. 3. Robertus Maran. in speculo aduocato.par.4.§.vndecima distinctio iudiciorum. numero. 37. Ratio est , quia tunc non proceditur contra eum clericum per modum iudicij , sed executiuè ex consequentia suscepti officij,secundum Saliceti & Aufr.in locis proximè citatis.

11 Quæro.13.quid probandum sit antequam iudex concedat sequestrũ? Respon. quòd causa,quæ potest mouere iudicẽ ad ipsam concedendam ; ne res perdatur,vel propter eam ad arma deueniant partes,vel scãdalũ,seu dissipatio posset sequi,colligitur ex Francisc.Curtio in rep.l.vni.C.de prohi.sequestra.pec.q.6.num. 30. vbi latè loquitur. & quæstio.17.num.62.Panorm. cap. examinata. num.13.de iudi.optimè Corne. consi. 292. col.3. nu.6.lib.3.

Quæro.14.Vtrum sequestratio fructuũ cesset per satisdationem de restituenda re,vel eius æstimatione? Et videtur quod sic.nam cessante causa, propter quam fit sequestrum,vt pote ne distrahatur res,vel perdatur,propter satisdationem cessare debet sequestrum.cap.magnæ. cum glo.fin.de voto.Iasl.l.si fideiussor.§ fin.ff. qui satisda.cogan. Latè Curti.loco.præallega.num.67.& 68.quæst. 19.Lucas de Penna in.l. litibus. colum. 9. C.de agricol.& censi.libro.11,per tex.in.l.final. C.de ordi.cogni.& consuluit Roman.consil.312.versi. Quoad tertium.vbi tenet , quòd non possit fieri sequestratio vsusfructus bonorum , ex quo offertur realiter satisdatio sisti de iudicato soluendo, atque de ipso vsufructu non dilapidando. Quem vide,quia istud dubium sæpe contingibile est.Et sequitur Imol.in.l.Imperatores.§. final. ff.de appellat.

Quæro. 15. Vtrum sequestrum rei promissæ factum à iudice impediat pœnam promissam in cõtractu , si non reddatur , vel soluatur tale quid in eo contentum ad certum tempus , vel euitet periurium? Respon.quod sic. Quia iuramentum, vel quælibet alia promissio intelligitur , excepta authoritate superioris.c.venientes.de iur.iur.tenet in expresso Curti.in.d.l.vni. C.de prohi.seq.pec. q.16.num.60.Istam etiam opinionem tenet Petrus Ferra.in sua pract.§ audeat vel præsumat.n. 2.in form.sequestri.Cum enim per me non impeditur,nec stat, mihi non est imputandum. Tum etiam,quia soluens aliquid iussu iudicis,liberatur. l.Imperatores.ff.ad municip.l.non videtur.§.qui iussu.& l.liberorum.in.fi.ff.de his qui not.infam. Consulo tamen,quòd cum præcepto de restituẽdo tertio,& non cui tu es obligatus facto a iudice requiras creditorem,vt dicat de suo iure,quia cogeris soluere,& non poteris aliud facere,& sic ab eo eris liberatus , & sic protestationem facias, & soluendo eris securus,ne iterum ei soluere tenearis , & hoc facias in præsentia publici notarij.

Quæro.16. Sequester an & quando possideat? De quo per Tiraquell.de iure cōstit.3. par.limit. 17.num.6. Et sit conclusio. Sequestrum factum à iudice non aufert possessionem rei sequestratæ, secùs si ex cōsensu partium id actum fuerit. Et cū ista distinctione est cōmunis opinio teste Panor. in c.examinata.num.14. colum.5. de iudi. cuius rationem ibi reddit Panor.quoniam latiùs interpretamur factū partiū.quàm iudicis,vt ibi plenè probat.licèt,vt ipse ait,aliàs factum iudicis cēleatur factum partis.l.si ob causam.C.de euictio.l.1. C.si in causa iudi.pignus captum sit. cum multis simil.adductis à Tiraquell.in tract. retractuū.lib. 1.§.1.gl.14.nu.13.

Præterea istam sententiam tenet Petrus Ferra. in sua practica Papi.in libello in forma sequestri. part.audeat vel præsumat.nu.1.vbi facit tres casus,quos ibi vide.fol.61.col.1.Curti.in.d.tract.de sequestris.q.20.nu.71.

Quæro.17. Vtrùm sequester possit præsentare pendente sequestro? Et videtur ꝙ nō.quia fructus debent reseruari vincenti,& ideo sequestrantur, ne dissipentur,sed ius præsentandi sunt fructus iuris patronatus,ergo nec à sequestro , nec à partibus poterit fieri,lite pendente.

Item & 2.suadetur. Nam is, qui possidet nomine proprio validè non præsentat, ex quo habet conscientiam rei alienæ,& sic nō potest vti fructibus,quominus teneatur eos restituere. Innocen. in.c.2.de in integ.restitutio. & in ca. in literis.de resti.spolia.

Item est tex.in.c.cū.Bertholdus.de re iudi. vbi creditor habēs in pignus ius patronatus cum vniuersitate nō præsentat,quia fructus colligit nomine alieno. Istam opinionem approbant Hosti. Anto.& Pano.in.c.examinata.nu.15.de iudi.col. 5.vers.sed quia suprà visum est.

In oppositum facit opinio Innocen.& Ioan.de Lig.in dict.cap.examinata. & ibi. Barb. in additione ad Panorm.in dict.num.15.in verb.non presentat. imò quòd sequester lite pendente possit præsentare. Primo , quia præsentatio sequitur possessorem , cap. consultationib. de iure patro. sed possessio est penes sequestrem , vel eius , cuius nomine possidetur, ergo poterit præsentare interim quo non est priuatus possessione sua. Et istam sententiā sequitur Io. Saxon.in const. Tur. fol.315.art.2. Secūdò,quia is possidet , cuius nominè possidetur , sed sequester possidet nomine habētis ante sequestrum possessionis ius, ergo ne illud ius perdatur, & ecclesia de cuius fauore tractatur,ne sit vacans,poterit præsentare. Constat, quia per præsentationem prouidetur ecclesiæ,ca. 2.& cap.3.de iure patro.ergo attento commodo ipsius ecclesiæ ratione prædicta poterit præsentare. Tertiò facit,quia currit præscriptio executori ignoranti, quando agitur de fauore pauperū.not. doct.in.c.statutum.de præb.lib.6.& in.c.nos quidem.de testamen.ergo ita dicēdum est in nostro proposito.

Non obstat.d.cap.cùm Bertholdus.quia rectè intuenti in illo.tex.superest debitor habilis & potens ad præsentandum in specie autē nostra nullus superest.

Item & quartò, quòd sequester possit præsentare,& eligere,si hoc alias ad rectorem ipsius beneficij pertinet,tenēt Paul.& Cardin. num. 9. in Clemen.vnic.de seq.poss.& fructu.10.not.Felin. in.d.c.cum Bertholdus.col.fi.vers. Ad illud.de re iudi.vbi dicit,quod dum esset auditor Rotæ,iudicauit pro ista opinione de consensu aliorum auditorum , & pronuntiauit valere præsentationem factam à sequestro. Idem probat Roch. Curti. de iure patro.fol.antepenul.num.74.q.32.verb.ipse vel ijs,& Barb.in.c.examinata. de iudic. colū.20. Hierony.Gigas de pensio.ecclesi.q.71.num.3.& sic videtur, quòd hæc vltima opinio sit tenenda per dicta à Barb.& Rocho Curtio in locis præcitatis. Et probat sing. Selu.de beneficio.2.par.quęstio.9.& Rota in decisionibus antiquis. decisio. 323. Has verò duas opiniones cōcordabis vt per Seluam.loco præallegato. Et ista est cōmunis opinio secundum Ben.de Vad.in reperto.Felin.verb.sequestrum.

Quæro.18. Clem.vni.de sequestra.poss.in quo casu loquitur? Et in hoc vide vnam declarationē per Rotam decisio.390.in nouis,quòd sequestratio non habet locum, si sententia feratur contra possessorem,non tamen pro petitore. Idem dicit Ioan.Andræ.Paul.& Zenzeli.in dict. Clementi. vni.

Item sequestrum non decernitur, quando restitutus aduersus rem iudicatam in petitorio obtinuit sentētiam pro se. Declarat Cassadorus decisi. 1.eo.tit.pag.96.

Quæro.19. Vtrum habens cōtra se in causa beneficiali rem iudicatam super possessorio cui paruerat,postea pro se primam sententiam super petitorio obtineat , eius vigore debuit decerni sequestrum , cum sententiæ super possessione habuissent finalem exitum,etsi fuerat sequestrū, debuit relaxari victori.per dictam Clemen.vnic. Et conclusum fuit quòd sic. Ita Cass.vbi suprà decisio.2.

Quæro.20. Vtrum violans sequestrum incidat in pœnas.dict. Clementi.vnic. non obstante appellatione à diffinitiua cum inde sequutis , seu à diffinitiua à quocunque grauamine sine expressione causæ? Et videtur non debere exequi , nec esse locum pœnæ,cum appellatio suspendat iudicatum

dictum.l.1.ff.ad Turpilian.ca.venientes.de iure iuran. Et videtur, quod per illa verba, cum inde se quutis, videbatur à decreto sequestri appellatum ex quo aliud non fuerat sequutum post sententiam.l.2.ff. de liber. & posthum.l.fundum.qui locatus.cum.l. sequenti. ff. de fund. instructo. cum ibi not. Item quia sequestrum est regulariter inhibitum.l.vni.C.de prohi.seq. pecu.& ibi Curti. facit in hoc regulam cum fallenti.quæstio. 2.nu.6. Hostien.in sum.de seq.poss.§. & an sit licita. vbi ponit.15.casus, in quibus lite pendēte est licita sequestratio.& est glo.in.c.dilectus.verb.sequestri.de sequestr.poss.& fruct.l.nimis propere.C.de exec.rei iudi.ca.1.de sequestr.poss.& fruct. Paul. Parif.conf.41.colum.3.num.17.vers. regulare igitur.lib.1.ergo si fuerit appellatum modo præmisso, debet suspendere sequestrum. Adde Stephan. Auffre.ad Capellam Tholosanam decis.477.

Contrarium fuit conclusum in Rota secūdum Cassado.quem vide in decis.5.sub tit.de sequestr. poss.& fruct.

Quæro.21. Vtrùm sequestratio, descriptio, & inhibitio, sint diuersa? Bal.in.l.si fideiussor.§.fi.ff. qui satisd.cogan.& Curti.in d.l.vni.C.de prohi.sequest.pec.dicit, quòd hæc tria sunt diuersa, & modum sequestrandi triplicem esse secundùm Salic. ibi. Aliquando persona, & non res sequestratur. putà, iudex præcipit partibus, vel alteri, ne ad locum accedant causa rixæ, & scandali vitandi.l.fin. ff.de offic. Procur. Cæsa. Aliquando res & non persona. Exemplum. Mandat iudex cautiones communes deponi, & istis duobus casibus possessio non perditur: quia in primo casu res non traditur tertio. Et in secundo, quia quilibet cohæredum posidet, & quilibet copiam accipit, & originalia etiam exhibētur iudicio, vbi opus est. Aliquando se questrātur res & persona, & ista est propria sequestratio, de qua loquitur. l. vnic. C. de proh.seq.pec. Quia res à persona, & persona ab ipsa re separatur. Vtrùm autem per sequestrationem amittatur possesio rei sequestratæ, dixi suprà in quæstio.4.Cin.& Curti.in d. l. vnic. quæstio.20.num.71.

Quæro.22. An in casibus, vbi potest fieri sequestrum, iudex posit illud facere apud duos sequestrarios? Ioan.And.singula.in addi.ad Specul.tub. de seq.poss.& fruct. determinat apud vnum tantum sequestrari posse. Sequitur Cardi.in Clem. vni.de seq. poss.quæstione vigesimaquarta. subijciens, quòd ex causa, vt mortuo primo, vel malè gerente, vel non administrare volente, poterit iudex alterum subrogare. Sequitur eum Curti.in dict.l.vnica. columna fina. numero.80.quæstione.25.

Est notandum, quòd præscriptio actionum, & iurium, quæ à iure ciuili per transcursum triginta, vel quadraginta annorum contingere solebat, per l. sicut. & l. omnes. C. de præsc. 30. vel. 40. annorũ de iure canonico, ita & ista, quæ eius loco subrogata est, correcta est per cap. vigilanti. & c. fin. de præsc. ca. si virgo. versi. si autem scierit, nec ab aliena possessione recesserit. 34. q. 2. Et sic dicitur, q statutum, quòd debitum decennio præscribatur,

erit inualidum, prædicta ratione subrogationis. Bart.in repet.l.omnes populi.in.2.q 3.principa. num.24.ff.de iusti.& iure. Cuius opinio communiter tenetur secundum Crott.ibi.nume.70.conclusio.10.& probaui in l.1.in gloss.1.quam omnino videas ad materiam huius legis.titul.2.libro 1.supra.pagin.59.& pag.60.& ad Segur.in repeti.l.cohæredi.§.cum filiæ.nu.89.ff.de vulgar.& pupill.Ioan.Crott.in l.nemo potest.num.78.versi. Quærit etiam, Bart.& Ioan.Hannibal.num.58.versi.Sed aduerte quia Bart.ff.de legat.1.Imol.n.24.latè,ac bene tractat in cap.fin.de præscr.dicēs hanc communem,& in num.29.versi. tamen credo.dicit veriorem,ac tutiorem opinionē esse. Et Felin.ibi.num.5.Alciat.in rubri.de præscript.nu.50.Alexand.consi.69.libro 3.Balb.de præscri.2.part.3.princip.quæstion.14. Menchacen.in libro 1.de successionum creatione.§.10.num.26. Ioan. Orosci.in l.omnes populi.nume.75.ff.de iusti.& iur.qui ait,quòd hanc sententiam iuris vtriusque Doctores sequuntur.Dueñas tract.regularum cū fallentijs.regul.6.incip.Actio personalis. versicu. Contrariam,imò quod tale statutum. Ioann. Baptist.num.37.& Crott.nume.47.in dict.l.omnes populi.Gregorij.Lopez in glo.2.l.22.tit.29.part.3.Et hanc plura referendo dicit magis communē Ludo.Gomess.in princ.Insti.de action.nume.68. Hierony.Gratus, consil.41.colum.fin.nu.33.lib.1.dixit hanc communem Ludoui.Gozadi.consil.56.circa primum.colum.3.num.13.Philip.Prob.ad Ioan.Monac.in c.1.col.4.num.17.de præscriptio.libr.6.Alciat.in rep.l.quinque pedum.colū.6.C.finium regundo.Ferdinand.Loazes in tract.matrimi.fol.23.colum.4.num.23.Igitur data sciētia rei alienæ,siue sit in realibus,siue in personalibus,cùm debitor teneatur soluere debitum creditori,imò ipsum deferre ad ipsius domum.gloss.in l.item illa.verb.nō venit.ff.de consti.pecu.vbi de hoc optimè per Bart.constituitur in peccato, detinendo debitum creditoris, cùm semper sciat se debitorem esse,nec vlla iuris ignorantia à solutionis obligatione liberari potest.

In oppositam sententiam,imò quod in iuribus, ac in personalibus actionibus procedere possit præscriptio,& sic data mala fide,id statutò præcipi,ac statui validè possit, tenet Hostien. in summa.de præscript.§.1.colum.1.Barto.in l.sequitur.§.si viam.num.3.ff.de vsucapio.Cuman.Barto.refert,& sequitur,ac optimis rationibus defendit in consil.67.incip.Statuto ciuitatis Vicentiæ. Quē refert Crott.in dict.l.nemo potest.num.78.ff.de leg.1.vbi idem tenuit Bart.colum.penul.& sensit in l.1.ff.de vsucapio.& in l.ait Prætor.§.hi.planè,ff.ex quibus caus.maior.& in l.legan.ff.de lib.legat.& in l.cùm mulier.ff.solut.matri.& in l.iam

bitiosa.columna.4.ff.de decret.ab ordi.faciend.& Angel.in l.1.fol.pen.C.de iudi. Dueñas eos refert regul.6.incipien.Actio.personalis. Et Menchacen.eo non relato nouissimè libr.1.de successio.creatio.§.10,num.26.versi.in summa illud dubium est.Latissimè prosequitur Bartholomæ. Socin.consi.203.lib.2.vbi hanc in præscriptione lōgissimi temporis dixit magis communem opinionem esse.Et istam veriorem, & communem esse, atque in praxi seruari refert asseuerantes Couarr.in regul.Possessor.§.11.nume.2.versi.Idcirco aliter solet.de regul.iur.lib.6.& Guido.Papa decisi.199.qui tenet hanc partem,& in practica receptā fuisse affirmat.Sed tamen ex communi, & veriori sententia concludere oportet cum priori loco relata,nempe,quòd leges ciuiles,& seculares permittentes præscriptionem cum mala fide, vel actionum realium, vel personalium iure Canonico correctas esse:itaque cum earum legum obseruatio inducat peccatum in vtroque foro, minimè sunt obsecundæ.capit.si diligenti.ibi, quia nulla antiqua dierum possessio iuuat.& c.fi.ibi,vt nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica,quàm ciuilis,de præscription.Comprobatur ex traditis à Philipp.Deci.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ,nu.25.de constitut.Beroi.in rub.de præs.numero 51.dicit hanc omnes fateri,& sibi placere opinionem,ipsum videas omnino, quia bene, ac subtiliter in hoc articulo præter alios loquitur.

Sed tamen nostra lex procedit in iuribus, & actionibus personalibus,data bona fide præscribentis,nam hoc casu etiam de iure Canonico procederet præscriptio. Quod constat iure Canonico tantum prohibitam præscriptionem eo casu, quo debitor esset in mala fide.ita probat casus in dict.vigilanti, dum inquit, Cauendum est, ne malæ fidei possessores simus. Et ibi, quoniam nulla antiqua dierum possessio iuuat malæ fidei possessorem,& in cap.quoniam omne quod non est ex fide.Et ibi,vt nulla valeat absque bona fide præscriptio.de præsc.Et ita præscriptio longi, vel lōgissimi temporis etiam hodie procedit de iure Canonico,cessante mala fide, quemadmodum iure ciuili procedebat, vt bene declarat Menchacen.in terminis huius legis. De successi. Creatio libro primo.§.10.numero vigesimonono,& nouissimè hanc communem tenet Anto.Menes.in l.si quas actiones,vbi hanc nostram glossam, citat numero quadragesimosecundo.C.de serui.& aqua, adde Ferdina.Menchac.lib.secundo.illustri.controuer.capitulo 72.numero octauo,& capitulo 74.numero quarto,& capitulo 76.vbi in fin.citat nostram l.32.& l.57.Anni 1528.de Madrid,plura Iacob.Philipp.Porti.lib.3.reg.seu conclu.ca.44.& c.45.& c.46.Ex quo inferri poterit non vulga

ris intellectus ad regiam.l.157.de Mabrid, Anni 1528.qua cautum est, dominum præscribere posse famulitium, seu salarium famuli, si ei à famulo non fuerit exactũ post triennium, vt intelligenda sit lex illa, cum dominus iustam causam habet existimandi solutum fuisse, & se certò credit soluisse, vt sæpe contingere solet quippe cum minutatim absque schedula soliti sint domini soluere suis famulis, qui cum præsidium salarij vnicum eis sit, & necessitates plures, sæpe petere sunt soliti dietim per partes sua stipendia: tum etiã, quia si nulla culpa est in domino in retinendo, non est præsumendũ, quòd tam lõgiori tempore sint sine eo, ꝙ exigant, cum sint pauperes cõmuniter, ac indigeant, & sic est præsumptio iustissima ad præscribendum cum bona fide, ac iustissimè id statutum fuisse à Cæsare est fatendũ, prout diximus suprà lib.1.tit.2.in l.1.glo.1. Quia quanuis hæc præscriptio ad minus, ac breuius tẽpus restricta sit, nempè ad decennium, seu triennium, tamen succedit loco longissimæ præscrip. 30.vel.40.annorum, & sic vbi breuis præscriptio subrogatur loco maioris, sapit eandem naturam. Et sic facit ad leges regias, quæ eam minuunt, ac restringunt. Quod est menti tenendum secundùm Baldum in l. in contractibus.col.1.in princ.C.non nume.pecu. & in l.superuacuam.col.4.num.2.C.de tempo.in integrum restit. Ioann. Hannibal in repet.l. nemo potest.nume.587.ff.de legat.1. Nam ista lex restringens ius ciuile, est accipienda in casibus, in quibus habet lex interpretata, ac restricta.tex. in authen. De filijs ante dotali.insti.nat.colla.3.

Præterea &.2.legem istam intelligendam censeo procedere tantum quo ad præscriptionem iuris executiui, in quo cum sit datum à lege.4.tit.8. supra isto libr.3.bene potuit restringi eius virtus, & substantia ad tempus decem annorum, & quòd in pœnam negligentis eo iure vti intra ista tempora amplius non posset beneficio, & priuilegio exequendi tueri, etiam data scientia debitoris, qui ex iustis forsan causis non soluit, vel præsumitur soluisse, nisi via ordinaria id corã iudice petitum à creditore ostendatur, ac debitor negans conuincatur, vt ex hac lege apparet, iuncta.l.4.sequent. Dixi in dict.l.4.titu.8.in gloss.1.colũ.ipsius glo.29. versic. Dubitatur præterea vtrum instrumentum publicum, supra eo.libr.3. Et confirmatur ex his, quæ notat Couar. in regul. Possessor.2.part.§.11. nu.5.versic. Septimò ferè eadem ratione, de regu. iur.lib.6. Est enim præsumptio, vt qui per decem annos debitum suum exigere neglexit, debitum iam recepisse, & sic ius exequendi meritò conquiescit.

1. Est deinceps notandũ, quòd hodie ius exequẽdi præscribitur decennio, vt dixi, quantum verò ad ipsum ius personale ipsa obligatio viua, & integra permanet creditori duratura per alterum decennium post primum decennium præteritum, & sic ipsum ius durat per viginti annos. Ita probat l.4.infra eo.&.l.63.Tauri. Et ita intelliguntur per Roderi. Suarez in repeti.l. post rem iudicatã. in.6.limitati.super legem regiam.ff.de re iud. qui firmat in vsu forensi ita receptum esse. Et reuera istam interpretationem in vsibus forensibus practici quotidie recipiunt secundum Fernand. Menchacẽ.libr.1.de successio.creatio.§.10. num. 31. Quidquid Couar. in contrarium dixerit in dict. §. 11.nu.2.& Ioann. Lup. in dict.l.63. Tauri. nu. 13. Nam licet simplex actio personalis ex eo solo, ꝙ semel in iudicium deducta sit per libelli oblationem, vel litis contestationem perpetua efficiatur, ac duret per annos triginta.vt in.l.fin.C. de anna. exceptio.non tamen propterea sequitur, vt absurdũ videatur, quòd talis actio postquam obtentum sit in iudicio, non possit breuiori tempore, quam triginta annorum finiri, vt habetur in dicta.l.63. Tauri. Nec erit abijcienda harum rerum differentia, quia postquam quis litem mouerit, propter moras litis expedit actionem in iudicium deductam longioris esse vitæ, quam eadem actio futura sit, postquam iam obtentum est, nec victor habet vllum impedimentum, quo minus ius suum consequatur, quasi subueniendum sit ei, qui propter litem impeditus est ius suum consequi, non sic ei, qui iam obtinuit, & sic omni impedimento liber est.argu.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satisd.cogantur. Quam rationem differentiæ idem Couar.loco citato non videtur percepisse, licet latè hanc rem pertractauerit secundum Menchacẽ.in citato.§.10.nume.32. Præterea legem hãc intelligendam fore arbitror, attenta eius litera, ac originali d.l.2.de Alcala, vnde sumpta fuit, generaliter tam quo ad actionem personalem, quàm quo ad realem, seu hypothecariam, cum eadẽ causæ & ratio sit in eis, quæ applicatur vtriq; obligationi, nempè, ne debitores soluant debitum fortè iam solutum, quod præsumendum est ex cursu tanti temporis. Igitur bonus erit sensus, quod ex intentione istius legis fuit comprehendere tam obligationem personalem, quàm hypothecariam, & realem. Et quia eius intellectus dubius erat, fuit explicatus per dictam l.63.Tauri. quæ distinguit, & declarat istam legem cum sequenti.4. Quæ dicta notabis, cum licita sit extensio de vno casu ad alium, vbi assignatur eadem ratio, cum sit potius ex verbis, & intentione legislatoris, quam ex vi extensionis.l.his solis.C.de reuo. donat. ibi, satis etiam tacitè cautum putamus. Meliorem iuris inquit esse Bald. in rubri. de nauti. fœnor. C. ad hoc, quod vbi est similis ratio, ibi idem ius statuendum

dum est.notat per dict.l.his solis. Deci. in capitu. in præsentia.nu 44.de probat.gloss. in clemen.1. verb.eligatur.de electio.& c.1.verb.Italiæ.de tēpo.ordina.lib.6.Et plene agunt quos refert Menchacen.vbi supra.§.10.nume.27.Calcan.consil.1. nume. 12. Deci.consil.372.l.si venditor.ibi, videtur enim etiam hoc exceptum inter ementem, & vendentem, vt ei perfundum sepulturæ causa ire liceat.ff.de religio.& sumpti.funer. Quicquid in cōtrarium in hac specie adnotauerat Ias. in. §.super est.nu.102.Instit.de actio.nō procedere in reali.

Intellige tamen eo casu, quo veritas esset in cōtrarium, nempe per partis confessionem, quæ ingenuè fatetur debitum non esse solutum, nam tūc cessat ratio huius legis, & eius præsumptio, at ideo cessabit præscriptionis exceptio.ibi, *seyendo las deudas pagadas*. Si igitur debitor objicit exceptionem ex cursu temporis, & dicat non esse adhuc solutam quantitatem contentam in instrumento, carebit beneficio huius legis, etiam in foro Cæsareo, cū cesset ratio legis, in qua tota dispositio fundatur.argum.c.magnæ.de vot.& ibi glo. fina. Hippolyt.in.l.vnica.num.23. C. de raptu virgin. imò allegaret turpitudinem suam, si in ea obligatione esset dies assignata solutioni. per ea quæ ad notaui in.l.4.titul.8.lib.3. supra in prima ratione posita ad.l.illam.in princ.1. glos. cùm diuturnitas temporis non minuat obligationem, sed potius eam adaugeat.argum.text.in cap. non debet. vbi glo.verb.nulla.de consangui.& affi. cap. cum haberet. de eo qui dux.in matri. quam polluit per adulte.c.si.de consuetudi.c.cum in ecclesiæ. de simoni.& sic nullo iure defendi poterit quominus debitum soluat, cum constet propter suam malitiam non fuisse solutum creditori. Et sic etiam vtroque foro nō erit defendendus, nam esset fauere peccanti in re illicita, quod iudices etiam seculares facere non debent.ex clem.vni.de vsur.

Ex quibus etiam declaratur. l. 157. de Madrid, Anni 1528. quòd ex sua confessione domini, qui conuenti fatentur se non soluisse salaria famulis, debent repelli à beneficio illius legis, quæ tantum duplicatam & iniustam solutionem, non autem veram, & iustam excludere voluit, prout ex eius præfatione insinuare videtur per prædicta. Et Mēchaceñ.ita eam explicat de successio.creatio. lib. 1.§.10.num.33. Dueñas ante eum idem dixit reg. 206. Famulus. qui omnino est videndus pro declaratione prædictæ.l.157.nam ibi ponit.12. limitationes.& in regul.6. Actio personalis. Dixi in. l. prima.tit.2.lib.1.supra.

Preterea intellige quatenus dicit (*los contractos*) proprio modo in contractibus vltrò, citroq; obligatorijs, & non in alijs, quia isti sunt propriè contractus.l.Labeo.§.contractū.ff.de verb.signi. sed hæc lex est pœnalis. Item est contra ius diuinum, ac canonicum, quo nulla præscriptio data mala fide præscribentis procedere potest, vt supra habitum est, ideo in casu proprio est intelligenda, nec est vllatenus amplianda.ca.odia. de regu. iur. libr. 6.& cap.statutum.de electio.eod.lib. Ioan. de Platea in princip. Institu.de obligat. Iure tamen Lusitaniæ in.l.1.§.1.tit.80.lib.4.ordi.ad quasi contractus etiam extenditur expresse.

Intelligitur præterea, & limitatur, nisi obligatio esset iuramento firmata, nam tunc perpetuatur vsque ad quadraginta annos.l. nam postea. §. si is qui.ff.de iureiurand.vbi est tex.quod iuramētum habet vim litis contestationis. Item vim probationis.l.non erit.§.dato.ff.eod. Item vim transactionis & sententiæ.l.2.eo.tit. Et in terminis huius legis notatur iste effectus maximus iuramēti per Angel. Roma.& Iaso.num.5.in dict.§. si is qui. ꝙ stante statuto (prout hic regiam legem habemus) quòd si creditor steterit per decē annos, quòd nō petierit debitū, sit exclusus. si enim in tali instrumento adesset iuramentum, non obstante tali statuto, iuramentum perpetuaret ad annos quadraginta vsque. Idem notat. Bal. in.l.naturaliter.quem ibi sequuntur Ange. Roma.num.5. Salicet. Imol. & communiter moderni, ff.de vsucapioni. Petrus de Petrutia in repe.l.1.nume.219.in.21.effectu iuramenti.& in.22.effectu reputat notandū, ac nūquam obliuioni tradendum in nu. 228. ff. de iure iur. Et hic habemus optimam cautelam ad impediendam præscriptionem, vt in fine instrumenti apponatur iuramentum. Idem colligitur ex notatis per Hostien.& Antoni.in capit.si diligenti. de præsc. Quod intelligo secundum Felin.in rub. de præsc.num.15.vers.Fallit.4.si iuramentum tendit circa renuntiationem præscriptionis futuræ, non aliàs, nam iuramentum regulari debet iuxta naturam contractus super quo interponitur. l. fina. C.non num.pecun. In nostro regno, neque in regno Lusitaniæ non est ponendum iuramentum in contractibus à notarijs sub pœnis sancitis per. l.6.tit.1.lib.isto.3. Et in Lusitania.l.1.tit.2. libro. 4.ordin. Igitur ipse admonitos esse volo, vt abstineant à consilio Angel.in dict.l.nam & postea.§. si is qui pro temporali, dicentis, Sis ergo cautus tu notarius instrumentum conficiens, vt hoc facias, & erit perpetuum debitum, sicut perpetuaretur per litis contestationē, quippe cum iuramentorū interpositio sit legibus prohibita.

Esset alia declaratio ad istam legem, vt creditor accederet ad iudicem ecclesiasticum per denuntiationem euangelicam, & ab eo peteret, vt anima debitoris exiret à culpa retinendo iniustè alienum, & mala fide præscriptum cōpelleret illud ad soluendum ei. Quia licet ciuilis obligatio per istam præscri-

go: hagan de pagar lo que no deuen. Porende ordenamos, que aquel, q̃ alguna action, o demanda tiene contra otro con carta, o sin carta: y desque el plazo llegare no le demandare en juyzio, o no fiziere emplazar [a] la parte sobre ello, o no fuere fecha entrega y execucion por ello fasta diez años: que dende en adelante pierda la demanda, y no sea oydo sobre ello.

præscriptionem decennij fuerit extincta, & offuscata, tamen naturalis manet, qua existente, tenetur semper in foro animæ ad restitutionē, qua ratione merito adire poterit ad iudicem ecclesiasticum modo præmisso. Panormi. in rubri. nume. 5. & in cap. fin. numer. 22. de præscription. Ioan. Baptista in repetitio. l. omnes populi. num. 60. ff. de iusti. & iur. vbi vide. Vtrùm autē per præscriptionem tollatur naturalis obligatio, vide per Anto. de Butrio, & anani. in cap. ad aures, de præscriptio. Intellige etiā istā legē locū habere à die, quo agere potuit creditor, nam antè non posset petere. text. hic ibi *desde q̃ el plazo*. l. vni. C. plus peti. capit. 1. eodē tit. §. plus autem. ibi, tempore, veluti si quis ante diem, vel ante cōditionem petierit. Insti. de actio. §. hodie, Insti. de exceptio. l. 5. tit. 10. lib. 2. for. leg. Ergo antequam habuisset facultatem agendi, non currit præscriptio. Ita in terminis tenet Bald. in. l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscriptio. 30. anno. Collecta. in cap. quæ in ecclesiarum. versi. Quid si inter debitorem. de consti. Dixi ad Seguram in repeti. l. cohæredi. §. cum filiæ. num. 89. ff. de vulga. & pupilla. Et sic etiam intellige dict. l. 157. de Madrid. Anni. 1528. Cui est similis in. l. 1. tit. 20. lib. 4. ordinamen. Lusitaniæ. quæ disponit minori. 25. annis non currere. Et sic triennalis præscriptio incipit currere statim cùm fuerit maior factus. 25. annorum, non ante, attento iure Lusitaniæ.

a ¶*O no fiziere emplazar.* Sola ergo citatio sufficit ad interrumpendam præscriptionem in hoc casu, & perpetuatur actio, cum sit mère odiosa, & procedat ex mera negligentia non petentis. l. sicut, C. de præscrip. 30. vel. 40 anno. Bald. in. l. more litis. nume. 1. C. de rei vendi. Iaso in. §. pœnales. nume. 122. Insti. de actionib. Felin. in capit. illud. de præscript. Optimè Francisc. Balb. de præscriptionib. 3. part. 6. principal. quæstione quarta, per totam. maximè nume. 14. Notabis tamen perpetuò, q̃ nunquam per talem citationem interrūpitur præscriptio, nisi de tali citatione sit facta relatio per nuntium iudici, & talis relatio sit in scriptis redacta. Ancharra. in clement. 2. vt lite penden. Quod reputane singulare dictum Felinus in dicto cap. illud. colum. 6. numer. 11. versi. Secunda conclusio. Ias. in §. pœnales. numero. 129. Institu. de actio. Hippolyt. singul. 346. incipien. *Præscriptio interrumpitur.* Quæ sunt nontanda ad intellect. d. l. sicut. & istius. l. ac Lusitaniæ in dicto libro quarto. ordinamen. fol. 65. titulo. 80. §. *Empero se a dicta prescripçam.*

Vtrum præscriptio, de qua hic agitur, possit renuntiari, & quando, agit Felin. ponendo regulam cum septem fallentijs in rubri. *De præscrip.* co. 6. versic. regulariter, nume. 11. ¶Et vtrum valeat statutum disponens quòd creditor non petens debitum intra certum tempus excludatur ab agendo, & an possit tollere actionem ciuilem & naturalem: declarat Barbatius consilio trigesimosexto. libro quarto.

¶Lex. IIII.

¶Ley. IIII. Que la ley antes desta se entienda, que no se pueda fazer entrega por tal deuda, si el dendor no fuere demandado.

¶ El Rey don Enrique. II. en Burgos.

¶ El Rey don Iuan. II. en Valladolid.

ADDICION.

¶Acerca desta ley se vea la ley. 6. tit. 15. lib. 4. Recopil. y lo que diximos en la ley precediente.

MAndamos, que prescripto el contracto [b] por transcurso de tiempo de diez años, segun que en la ley antes desta se contiene, ninguna entrega, ni execuciō se pueda fazer por

b ¶*Prescripto el contracto.* Intellige quo ad executionem. Quantum verò ad actionem personalē præscribendam, sunt necessarij alij decem anni, & sic actio personalis iure regio vicennio, ius autē exe-

quendi

el tal deudo fasta que el deudor sea emplazado y oydo.

¶Ley. V. Que los herederos que no posseyeren los bienes del defuncto, si alguno esta absente no le puede obstar prescription.

¶Fuero.

ADDICION.

¶Esta ley se contiene en la ley 5. titul.15.lib.4.Recopil.

SI herederos, o otros hombres tuuieren y posseyeren alguna cosa de consuno, que no sea partida [a] entre ellos: maguer que el vno dellos sea tenedor de la cosa, no se pueda defender por tiempo, que no de su derecho a cada vno de los otros quãdoquier que gelo demandare. Otrosi, mandamos que si [b] alguna cosa fuere furtada, o alguno tuuiere ascondida, no se pueda defẽder por tiempo que no respõda a su dueño quandoquier que gela demandare.

quendi decennio iure regio præscribitur. vt dixi in.l.3.suprà eod.in.1.gloss. & est optimus intellectus, ne dicamus vno momento hanc corrigere superiorem.argumen.cap.cum expediat. de electio. lib,6. Et quamuis instrumentum in casu istius legis habeat executionem paratam, tamen adduci poterit in probationem, cum testes; & instrumenta ad paria procedant.l.in exercendis. C. de fide instrum. capi. cum Ioãnes. codẽ tit. De hoc dixi in.l.4. titu. 8. in glo. 2. pàg. 1092.suprà isto lib.3. Vel dic, quòd intellectus huius.l.sit, quod lex illa loquitur, quando instrumẽtum seu cõtractus; in quo debitum continetur, est guarentigius, & ideo vicennio præscribitur. vt dixi in.l. præcedenti. Dicta verò lex 3.loquitur, quando debitũ, quod petitur, nõ est debitũ per instrumẽtũ guarentigium, ideo decennio præscribi potest, vt ibi, Quod nota, quia est verior intellectus.

¶Lex.V.

a *¶Que no sea partida.* Si ergo vnus, vel duo ex cohæredibus, vel socijs rem communem posſident indiuisam pro diuisa, & solida, non poterunt eam præscribere decem, vel viginti annis, ita quòd amplius non teneantur cum alijs diuidere. Et sic approbatur opinio Cini, Petri de Bellaperti. & Iacobi Rauennatis in.l.si maior.C.communi.diuidũd. vbi est glos. quæ tenet contrarium, imò præsumi diuisionem, si pro diuiso decem annis steterint. Quam ibi illustrem reddunt Bart. Bald. Alberic. Paul.& Salicet. Angel.& Iaso nume.40.in.§. quædam actiones, Insti.de actio. Paul.in. l. quam Tuberonis.§.sunt quidam, nume.4.ff. de peculi. Ias. consil.128.lib.1.consil.172.nu.2.libr.3.Segur. in l.Imperator.nu 70.vbi hanc dixi communẽ opinionem esse. ff. ad Trebellia.ex Philippo Decio consi.79.col.fi.versic. In tertio dubio.nu.3. Et est verior, & communior secundum Nicol.Boeri. decisio.58. Hæc quæstio fuit in curia.num.3. Tiraq. in tract. præscrip.pagi.35. versic. 14. eo facit. vbi communiorẽ sententiam dicit esse cũ prędi. gl. ibi que eam intelligit, qñ plures fratres separatim diuisimque possederunt bona cõia spatio decẽ ann. oneraque separatim proseqq; subierũt pręsumitur talis diuisio secus qñ vnus habet totã substãtiam vel partẽ alteri fratri absenti pertinẽtem nam ex possessione non pręsumitur diuisio, sed quandocũq; veniẽti tenebitur restituere per hãc legem.5.& in hoc casu cessat opinio cõis ꝑdictæ gl. l. si maior. secus qñ vnusquisq; posſidet res hæreditarias ꝓ æqualitate portionũ, nã tunc ex vi diuisionis præsumitur ex.d.gl. sing.

Ratio legis istius est: quia cùm posſideat pro indiuiso rem communem, habet conscientiã rei alienæ, & posſidet nomine hæredum, ac sociorum, ad eorum vtilitatem; & non læsionem verti debet, quemadmodum sequester, seu depositarius, nam talis possessio non præbet causam præscribẽdi iustam, vt ex litera huius legis Regiæ constat, ac ex l.octaua. titul.sexto.libr.tertio.foro legum. Probat.l. vigesima secunda.titu.vigesimonono.par.3.

b *¶Otro si mandamos, que si.* Hic corrigitur lex vigesimaprima.titul.vigesimonono.part.tertia. Quamuis Gregorius Lopez transierit cum ea in gloss. verbo. *Furtada, o forçada.* immemor istius legis eam corrigentis. Concord. lex. In ciuilem. & lex ciuile. C. de furtis. & Hippolytus consilio. 130. num.37.

nume. 37. Vtrum autem receptator furis, vel rei furtiuæ dicatur præstare opem furi, & teneatur de furto? ponit Hippolyt. in repe. l. si in rixa. nu. 50. ff. ad. l. Cornel. de sicar. ¶ Lex. VI.

¶ *Ley. VI. Que se pueden ayudar de prescripcion los que tienen las ciudades, villas y lugares sin titulos y derechos.*

¶ El Rey don Alonso en Alcala.

ADDICION.

¶ *Acerca desta ley se vea la ley 1. titul. 15. libr. 4. Recopil. adonde se dize que el señorio de las ciudades, villas y lugares, y jurisdiciones ciuiles e criminales se prescriua prouando se la possession immemorial, con las calidades que la ley de Toro requiere, con tanto que no sea interrumpida, pero que la jurisdicion suprema y pechos y tributos deuidos a los Reyes que por ningun tiempo se puedan prescriuir. Y vea se tambien la ley. 2. del mismo titulo, adonde se prohibe la prescripcion de las alcaualas a los que las tienen por tolerancia, o sin titulo valido.*

Porque algunos tienen ciudades, y villas, y lugares en nuestros Reynos, y señorios, e no tiene titulos drechos de los reys donde nos venimos de la justicia e jurisdiciō ciuil y crimi-

¶ *E no tiene titulos derechos.* Ista prima pars probat a iurisdictionē ciuilem, pariterque criminalem posse adquiri p nobiles, aliosq; eam proprio nomine exercentes per tēpus, cuius initium memoriam excedat etiam si titulus aliquis huius iurisdictionis, & vsus minimè probat[9] fuerit, ideo que tantum tempus est necessarium, vbi titulus nō adest, quia est talis præscriptio cōtra præsumptionē à iure fundatam pro Rege in omni suo regno, cui eam iurisdictionem in vniuersum habere, ac competere iura decantant. Ceteris vero est aduersa, & sic contraria iuris præsumptio, ideo tempus immemoriale desideratur in præscriptione iurisdictionis tam criminalis, quam ciuilis. Adstipulatur huic constitutioni Paul. de Castr. conclusio in. l. Imperium. column. penulti. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. qui dicit, non posse minori tempore, quam eo, cuius initium memoriam hominū excedit, præscribi ea, quæ absque principis concessione exerceri non possunt. Sic Bald. in dicta l. Imperium. numero. 13. & post Guilielmum de Cunio. tenet ibi Alberic. nume. 40. Curti. Iunior fatetur communem consilio. 174. numer. 26. nam in his præscribendis, quæ continent causam discōtinuam, & est necessarium factum hominis, requiritur casus tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium. gloss. & communiter docto. in. l. seruitutes. ff. de seruituti. l. prima. in fine. & l. secunda. §. penulti. ff. de aqua pluuia. arcend. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. l. prima. C. de emancipat. liber. l. fina. de fund. rei priui. l. omnes. & l. sicut. C. de præscript. trigiota anno. capi. super quibusdam. §. præterea. de verborum significatio. cum alijs multis adductis à Ioan. Baptist. in repetitio. dict. l. Imperium. numero. 38. vbi firmat hanc conclusionem communiter à docto. approbari. Gaspar Vallascus. numer. 135. qui subtiliter vult ab ea recedere, imo quod præscribatur longo tempore, gratia disputādi per eum videbis. Couar. in regula Possessor. 2. parte. §. tertio. nume. 4. de regu. iuris libro. 6. Si tamen secundum eum in specie huius regiæ constitutionis probaret præscriptionis vsum quadraginta annorū, cum titulo ei[9], qui illū vsum cōcedere posset, loco immemorialis subrogationis ac sufficiens esset. Hoc tamen procedere posset in possessione ciuili, de qua hic insimul agit cum criminali, nam de criminali non habere locum nisi centenaria, constat ex tertia huius legis parte. Et hæc prima pars loquitur in immemoriali præscriptione, de qua etiam loquitur. l. quadragesimaprima. Tauri. & l. vigesima. in curijs de Madrid. Anni. 1528. quæ habet vim tituli. l. hoc iure. §. ductus aquæ. cum simil. adductis à Ioan. Lupo. in dicta. l. 41. numero decimo. Tauri. Iaso in repetitione. l. quominus. numero quadragesimosecundo. ff. de fluminibus. Paul. Parisi. consil. 132. colum. tertia. numer. 21. libr. 1. optime plura citando de virtute præscriptionis immemorialis. per eundem Paul. Parisi. consi. 27. In præsenti consultatione. col. 5. versi. & licet dicta consuetudo. nume. 33. lib. 1. Aymon Crauet. in tract. De antiquitate temporum. §. absolutis differentijs. q. 2. nu. 9. fol. 139. qui omnino est videndus: nam ea, quæ ibi scribit de hac immemoriali, hic essent scribenda, ac annotanda. Sed cum ibi adsit facultas lectori perquirendi, supersederi magis, quam trāscribere satius esse semper existimaui. Illud tamen ex eo notandum

erit,

erit, Vtrum præscriptio immemorialis, & centenaria sint idem? In quo articulo concludit nō esse, imò multùm differre; Quam conclusionem sex fundamentis probat, & respondet ad contraria vbi supra fol. 138. colū. 1. cum. 4. sequentib. Et sic immemoriali probata, non censetur probata centenaria, quæ interdum maior est, vt ipse dicit, interdum minor centum annis esse potest. Quam approbat Ioan. Orosci. in. l. Imperium. numer. 15. ff. de iurisdict. omni. iudic. Quanuis communem dicat Carol. Molinæ. in consuetudinibus Parisiensibus. tit. 1. §. 5. num. 63. & §. 41. num. 70. quod immemorialis sit censenda illa, quæ coadiuuatur tempore centum annorum ex Cin. & Bald. in. l. 2. C. de serui. & aqua. Cepol. in tract. seruitutum vrbanarum. ca. 19. Balb. in tracta. præscriptio. 2. part. 3 partis. q. 6. num. 24. Quanquam aliud secundum eum velint Cardin. in. c. si diligenti. de præscript. quem ipse sequitur Feli. ad fi. & in capi. ad audientiam. col. fi. eod. titul. Constat ex eo, quia in isto princ. loquitur de immemoriali, & in. 3. de centenaria præscriptione, ergo sunt diuersæ, cùm diuersis nominibus appellentur. l. si idem. C. de codicill. & Aymon Crauet. vbi supra nume. quinto. & in consil. 6. nume, secundo. libr. 1. Et sic in. 3. parte probare tenetur quis præscriptionem cētenariā, vt Ioan. Lup. probat in repeti. cap. per vestras. §. sed est pulchra. notabil. 2. nume. 43. de dona. inter vir. & vxor. Sic enim in probanda aduersus Romanam ecclesiam præscriptione glos. fatetur in capi. cum nobis. de præscrip. vbi Panormit. & Imol. & frequenter doctor. secundùm Orosci. in dict. l. Imperium. numer. 15. qui istud principium legis nostræ intelligit, cùm loci domini præscribunt, tempusque exigit, cuius memoria non extet. Ad finem vero, hoc est, in. 3. parte, est accipienda, cum alij præscribunt, & sic quòd centum annis præscribenda sit.

Secunda pars huius legis probat iurisdictionem Regi competentem in signum supremæ iurisdictionis, & tanquam in caput, ac tutissimum præsidium subditorum, ne iustitiæ bonum pereat ex vexationibus, quæ sæpe à dominis particularibus fieri solēt, vllo vnquàm tempore præscribi posse. ibi probat hæc lex, dum verba profert in hunc modum, *De la justicia, que el Rey ha por la mayoria, è señoria real.* Et inferius ibi, *Saluo mayoria de la justicia, que pertenesce à nos de la cumplir do los señores la menguaren.* Procedit fortè ex ratione tex. in ca. cū non liceat. vbi Felin. agit ad partes nume. 10. cum sequent. de præscr. Ioan. Igne. latissimè in repeti. l. necessarios. §. non alias. num. 651. ff. ad Senatuscō. Syllania. Aymon Crauet. de antiquitate temporum. §. materia ista singularitatis testium. num. 72. vbi refert Socin. hanc dixisse magis communem in cōsi. 275. col. 3. in fin. lib. 2. Eandem sequitur. Deci. consi. 307. col. 3. versic. Secundò respondetur. Ias. plura adducens consil. 208. col. 3. libr. 2. & in dict. l. Imperium. colū. 9. versic. Limita istam communem conclusionem. Purpur. in. l. 1. col. 5. num. 40. ff. de offi. eius. & in dict. l. Imperium. Et sic hæc opinio communis est in hac lege approbata. Quanuis contrariam multi teneant, ex quibus dicit vbi supra Aymon Crauet. in numer. 73. folio 168. colum. 4. quòd est magis communis opinio, imò quòd præscribi posset aduersus supremā potestatem principis secularis.

Ratio est, quia Princeps non potest à se reijcere, seu abdicare supremū dominium, etiam in locis donatis ab eo suis regnicolis. vt hic habetur. & in. l. 2. regis Alphonsi de Alcala anni. 1386. Ideo ipse princeps, & eius sacrū consilium supplet iustitiæ defectum inferiorum totius regni, siue sint superiores vim, ac iniustitiam inferentes domini tēporales siue ecclesiastici, cum non adeò celeriter sit aditus ad Papam pro iniustitia repellenda, & si interim de vi, ac violentia rex non cognouisset, ac opportunè, prout solet, prouidisset, plura mala, & scandala, ac vexationes partium oppressarum sequerentur. Et ideo ne vis fiat, semper recurrendum est ad curiam Principis. ca. regum officium. & ca. administratores. 23. q. 5. l. 5. vbi dixi in glos. 1. tit. 1. lib. 2. supra. Faciūt quæ notat Couar. lib. practic. quæst. c. 1. num. 9.

Quæri oportet, Quod tēpus dicatur antiquū? Respondendum est centum annorum. Innocent. in capit. veniens. de testib. Sigismundus Lofredus consil. 44. num. 4. Et est vera & communis opinio, vt constat ex Dueñas. & ab eo latè relatis in tracta. reg. cum fallentijs. regul. 299. Fama. versic. Septimò fallit.

Dubitatur prætērea, Vtrum requiratur præsciētia Principis ad hoc, vt præscriptio immemorialis aduersus eum locum habeat? Respondendum est, scientiam, seu patientiam in præscriptione meri Imperij Regis necessariam non esse. glos. in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. verbo. memoriam. ff. de aqua quotidi. & æstiua. Est verior, ac magis communis secundum Alexand. in consil. 6. Viso themate, & dubijs. col. 2. nu. 4. lib. 1. Ias. col. 8. & Orosci. colū. 3. num. 16. in dict. l. Imperium. Felin. in capi. cum nobis. col. 1. & in. c. de quarta. col. pen. de præscri. Deci. in consil. 85. colū. 1. Francisc. Balb. in tracta. præscript, 2. parti. 3. partis. versicul. Sextò quæro. nu. 23. Curti. iunior consil. 157. Præsupponitur in facto. col. 4. numer. 12. Antoni. Rube. consil. 21. col. pen. nu. 7. Alciat. in. l. munus. ff. de verb. sign. Igne. in dict. repe. §. non aliàs. nūm. 972. Couar. in regul. possessor. 2. part. in principio. num. 8. versi. Tertiò supra scripta doctorū opinio. & in. §. 3. nu.

2. versus

2. versus finem. de regul. iur. lib. 6. Vtilis tamē erit scientiæ allegatio etiam in his præscriptionibus, quarum tempus memoriam hominum excedit. Quòd si ea probari potuerit, controuersia alterius contrariæ opinionis, dicentis scientiam principis esse necessariam (Quemadmodum ex Barto. & aliorum mente refert Curti. in d. consil. 158. numero. 7. & Couar. in dict. regu. Possessor. in princi. nu. 8. vbi dixit communem. ac Ioan. Lup. in repe. c. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio. nu. 34. Bart. in. l. si publicanus. §. fina. numer. 2. ff. de publica. & vectigal. & in. l. 1. §. denique. nu. quinto. ff. de aqua plu. arcen. & in. l. 1. C. de serui. & aqua.) cessat. Sin autem non probetur, obseruandum erit, quæ opinio ex his iustiorem habeat causam secundùm Couar. vbi supra.

Ex tertia nostræ legis parte deducitur sequens assertio, Iurisdictionem criminalem etiam contra supremum Principem, ac in eius præiudicium præscribi posse tempore centum annorum, non autem minori. Bald. in. l. 2. q. 6. nu. 25. C. de seruit. & aqua. per text. in authen. quas actiones. C. de sacrosanctis eccles. quo textu non est admittenda præscriptio minor centenaria aduersus Romanā ecclesiam.

Postrema, & sic quarta pars istius constitutionis probat iurisdictionem ciuilem aduersus principem præscribi posse ex vsu quadraginta annorum. ibi, dum dicit, *Pero la jurisdiction ciuil.* Facit. l. omnes. C. de præscript. trigint. anno. & l. 7. titul. 29. part. 3.

Quæro, Vtrùm ista lex contineat aliquam differentiam inter primam partem, & tertiā, ac quartam, cum in prima statuerit præscriptionē immemorialem necessariā esse ad præscribendam iurisdictionem criminalem, & ciuilem, in reliquis præcitatis partibus centenariam ad criminalē, ac quadragenariam ad ciuilē desiderauerit. Respondendum est, visa. l. 2. Regis Alphonsi de Alcala, Anni 1386. à qua deprōpta fuit ista, quòd loquitur de iurisdictione ante illius legis constitutionem per nobiles, aliosque priuatos obtenta in aliquibus ciuitatibus, & villis, atq; oppidis, quæ possederāt: pars autem tertia, quæ de centenaria, & quarta, quæ de quadragenaria præscriptionibus tractat, loquitur de iurisdictione post eam legem deinceps requirenda, statuens quonam tempore in posterum iurisdictio acquiratur, atque hic sensus constare videtur clarè ex prædicta. l. 2. Regis Alphonsi.

nal en los tales lugares. Ordenamos, y mādamos, que si los tales señores vsaren de la dicha jurisdiction por tanto tiēpo que memoria de hōbres [a] no es en contra

Secundus intellectus erit, quòd in prima parte sufficiat allegare præscriptionem immemorialem absque titulo, cum habeat vim tituli, ac priuilegij, censeaturq; ex iustis causis, & bona fide præcessisse: in duabus vltimis partibus requiratur titulus, saltim quòd allegetur, qui alioqui probandus in quadragenaria præscriptione, quæ iure communi cum titulo immemorialis defectum supplet. Couar. ita declarat, constituendo differentiam inter immemorialem, & centenariam præscriptionem in regul. Possessor. 2. part. §. tertio. numer. quarto. & iterum nu. 9. versi. Hinc deducitur præscriptionē immemorialem. de reg. iur. lib. 6. per capit. 1. de præscriptio. eod. lib. 6.

Dubitari etiam potest, Esto, quòd iura regia acquiri possunt præscriptione, pariterque iurisdictio, vt in hac lege, ac per eos, quos commemoraui late habetur, vbi in iudicio quæstio mouebitur, quis probabit ius obtentum fuisse, Princeps, an subditus? Et quomodo probabitur? ad primum dubium videtur, quòd subditus teneatur ostendere titulum suæ possessionis, cum præsumptio iuris sit in toto regno pro rege, & nō pro possessore. c. ordinarij. de offic. ordin. lib. 6. glo. in regul. 1. de regul. iur. eo. libr. & quæ notant Panor. & Feli. in. c. licèt. de simonia. Igne. in. l. 3. §. si cum omnes ff. ad Sillania. Et late agit de his dubijs in repeti. l. necessarios. §. non aliàs. nu. 15. versicu. Sed vbi verior illa opinio. Sed pro rege in toto suo regno est ius iuris dicendi, ac ad eum, & non ad alium pertinere, est fundata sua intentio. l. 4. titu. 1. lib. 2. Couar. libr. practic. quæst. cap. 1. nu. 9. l. 2. titul. 9. lib. 5. ordinamen. infra.

Ad secundum, & quo pacto sit probanda immemorialis, ac centenaria præscriptio, est videndus Ioan. Igneus loco proximè citato. Resolutius & melius ad praxim huius regiæ legis per Couar. in regula. Possessor. 2. part. §. 3. nume. septimo. de regul. iur. lib. 6.

a § *Por tanto tiempo, que memoria de hombres.* De hoc vide, quæ dixi in. 1. gloss. istius legis. Et dic, quod testis, qui deponit de immemoriali, debet testificari, ac deponere de tempore quadraginta annorum, quod indicatur immemoriale tempus, & ipse testis debet esse ætatis quinquaginta & quatuor annorū, aliàs enim nō posset probare immemoriale tempus, & sic debet præcedere illi depositioni, super qua deponit. 14. annos. Quod facit ad

facit ad testes deponentes de ætate alterius, debent enim excedere quatuordecim anni. Lap. Domini. & Franch. in capit. 1. de præscript. lib. 6. vbi est gloss. in verbo. memoria. perpetuò notanda in hoc articulo. & Alexand. ad Bart. in. l. proprietatis. in parte, fama operetur. C. de probatio. & l. 40. Tauri. & l. 20. in curijs de Madrid, Anni. 1528.

rio, y lo prouaren por cartas[a], o por escripturas ciertas, o por hombres de buena fama, que lo vieron y oyeron a hombres ancianos, que ellos assi lo vieran e oyeran, y nunca vieron, ni oyeron lo contrario. E teniendo assi comunalmente los moradores del lugar y de las vezindades, q̃ son a tales, aunque no muestren carta, ni priuilegio de como lo ouieron, que les vala, y lo hayan de aqui adelante, no seyendo prouado por nuestra parte, que en este tiempo, les sea contradicho por alguno de los Reyes, onde nos venimos faziendo los llamar a juyzio sobre ello, y con conoscimiento de derecho. Pero si alguno de los Reyes[b] nuestros predecessores d̃ fecho, y sin consentimiento de juyzio: tomo la possession de la justicia e jurisdiction, y despues fuesse cobrada la tenencia y possession por aquel, o aquellos que la ante teniã por nuestro mandado, o en otra manera, sin fuerça y sin engaño: que por interrupcion no se entienda ser destajado tiempo en que la podria ganar: porque al Rey y a la suboz no se pueden defender los suyos. Y declaramos, que los fueros, y las leyes, y las ordenanças, que

a ¶ *Cartas.* Nota, quòd iurisdictio probanda est per testes, aut scripturas. De quo per Doct. in. l. prima. C. de mandat. princip. & etiam per cõsuetudinẽ, acquiri posse constat supra hac. l. ibi, *q̃ vsaron.* tex. singula. in capit. cùm contingat. de foro compe. & capi. nouit. de iudic. Doct. in. l. prima. C. de emancipa. libero. & in. l. final. C. de iurisdict. omni. iudic. & in. l. & quia ff. eodem titul. Corse. in singular. Statutum. Ioan. Lup. in repetitio. capitul. per vestras. §. Sed est pulchra dubitatio. numer. vigesimoseptimo. fol. 82. colum. prima. vbi probat, quòd in tantum per consuetudinem acquiritur alicui iurisdictio, quod etiam habet locum in eo, qui nullam alias haberet iurisdictionem, & sic cuilibet particulari. Et ibi ad hoc reputat singula. dict. cap. cum contingat. Et plura ad id commemorat Ioannes Baptist. in. l. Imperium. numer. quadragesimo. ff. de iurisdict. omnium iudic. quo loco. numero. 42. dicit cauendum esse, ne quis decipiatur in istis nominibus, præscriptio, & cõsuetudo, cum sint æquiuoca, & differãt inter se. Quia præscriptio ꝓpriè competit singulari personæ, cõsuetudo vniuersis. Quo fit, quòd quã do per vsum longæuum acquiritur ius priuato, ista non est propriè consuetudo, sed præscriptio. Ibi videas plures differentias inter consuetudinem, & præscriptionem. Optimè adnotauit Aymon Crauet. De antiquitate temporum. quarta parte. in principio. folio. 105.

b ¶ *Pero si alguno de los Reyes.* Nota præscriptionem iurisdictionis ex actu rite, ac rectè facto cũ causæ cognitione à Principe facto induci, non aliàs. Facit clementi. secunda. Vt lite pendente. Et adde quæ notat Bartolus quando quis inquietaretur in quasi possessione iurisdictionis. in. l. prima. in princip. nume. quinto. & in. l. fin. ff. vti possid.

dispõnen que la justicia no se pueda ganar por tiempo, que se entienda de la justicia que el Rey ha por la maioria, y señorio Real, que es cumplir la justicia do los señores menores la menguaren: y las otras leyes, que dizen: que las cosas del Rey no se pueden ganar por tiempo: que se entienda de los pechos y tributos [a], que à nos son deuidos. Y establescemos, que la justicia se pueda ganar de aqui adelante contra nos por espacio de cien años continuadamente [b], sin destajamiento alguno, y no menos, saluo maioria de la justicia que pertenesce à nos de la cumplir, do los señores la menguaren, como dicho es. Pero, que la jurisdicion ciuil se pueda ganar contra nos por espacio de quarenta años, y no menos [c]. En que manera se prescriua contra los recaudadores: y arrẽdadores, vey en el titulo de las nr̃as rẽtas:

a ¶ *De los pechos y tributos.* Vtrùm nobilis habẽs castrum, per consuetudinem acquirat ius recipiendi vectigal? Vide Bartol. in l. si publicanus. §. in omnibus vectigalibus. num. 1. ff. de public. & vectiga. Et Guido. Papam, consi. 150. Viso ad plenũ, nu. 3. nota. in c. tua. de decim. gloss. & Doct. in c. decimæ. 16. q. 1 & in l. comperit C. de pręscrip. 30. anno. & in cap. 1. quæ sint regali. l. 6. & ibi optimè Gregor. Lop. titulo. 29. par. 3. Ratio quare præscribi non potest, vt ex ista lege, ac par. colligitur, est: nam prædicta tributa in morte, & vita semper sunt Regno annexa: quia Imperium semper est superstes, & ideo præscribi talia non possunt, quia esset in diminutionem Regni, & contra vniuersale dominium, quod non est dicendum. Faciunt notata in capitulo intellecto. de iureiurand. & in capitulo. cùm non liceat. de præscr. Bart. in l. prohibere. ff. quod vi, aut clam. Quæ autem sint regalia, præter alios in capitulo primo. Quæ sint regalia vi, Montal. in l. quinta. titulo vndecimo. libro secundo. foro legum. Et iura regalia Regis Portugaliæ, in l. prima. titul. 15. libro secundo. ordinamen. Lusitaniæ. fol. 12. Anton. Gomez, in l. 40. Taur. num. 10. plura, quæ soli Regi competunt, scribit.

b ¶ *Cien años continuadamente.* Si interrũperetur præscriptio, non valeret præscriptio. Nã est vnum requisitum in præscriptione, q̃ semper continuetur possessio. vt not. in regul. Possessor. de regul. iur. libro sexto. Nec videtur esse interrupta, sed imò censetur continuata possessio, licet possessor sit vi expulsus, qui in continenti possessionem recuperauit. notat. glo. & doct. in l. si quis ad se fundũ. C. ad legem Iuli. de vi publica. Et nota tex. in quo merum, & mixtum imperium potest acquiri per inferiorem à Principe ex cõsuetudine, vel præscriptione. De quo articulo fuerunt plures opiniones, de quib. per Panormita. in capit. cũ contingat. de foro competẽ. Et pro parte negatiua, quod nõ posset præscribi est. l. 18. tit. 4 par. 3. Roch. de iure patronat. verb. ipse vel is. nume. 75. Tamẽ cõtraria hîc approbat quam tenuit Ioan. Andræ. post Archidacon. in capitulo, cum episcopus de offic. ordina. lib. 6.

c ¶ *Quarenta años, y no menos.* Simil. in capitulo. de quarta de præscription. capitulo ad aures. ibi, quia quadragenalis præscriptio omnem prorsus actionem excludit. eodem titulo. capitulo accedẽtibus. de priuilegijs. vbi Panormitan. numero secundo. Balb. de præscript. 1. partitæ. 5. princip. quæstio. 7. l. 26. titu. 29. parti. 3. l. 5. titulo. 11. lib. 2. foro legum. Iaso. in l. vt inter diuinum. columna. 4. numero. 13. C. de sacrosanctis ecclesijs.

Vtrùm ius primogenituræ possit præscribi? Vide per Ioan. Lecerier. de primogenitura, quæstione nona. libro tertio. Andræ. Tiraquell. De iure primogeniorum. quæstio. 30. vbi plura de vi prescriptionis ponit Alexand. consi. 59. nume. 11. & ibi Additio. lib. 3. Antoni. Gomez, in l. 40. Tauri. numero. 90. fol. 133. columna. 1. Pinel. in Authe.

nisi tricennale nume. 19. cum sequent. C. de bon. matern. l. Sticho. ff. de vsufruct. legat. est videnda. quam ipse ibi num. 26. citat. & de ea nullus scribẽtium secundùm eum fecit mentionem.

¶ TITVLVS. XIIII. *De restitutio. spoliatorum.*

Titulo. XIIII.

De la restitucion de los despojados a.

nõne separatus de medio filiorũ, qui secũdum car nẽ frater fuerat natus, secundùm animã factus est seruus? Quid Timotheo nocuisse creditur, q̃ fuit ex patre gentili. Aut quid nocuit Abrahæ, q̃ patrẽ habuit Tharã luteorũ deorũ cultorẽ? nonne separatus à genere suo, positus est in caput fidelium, vt iam non diceretur filius peccatorum, sed pater sanctorum? nec potuerunt eius gloriam sordidare paterni errores. Stannum de argento egreditur, sed non est argentum: itaque argentum collatum seruatur, stannum autem foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere contemptibilem nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius, non est eius solius, sed communis videtur. Qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius solius est. Qui verò de contemptibili genere contẽptibilis nascitur, turpitudo contemptibilitatis solius eius non est, sed etiã generis. Qui autẽ de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitudo est eius solius. Ideò melius est, vt in te glorietur parentes quàm tu in parentibus glorieris. Ita Chrysosto. super Matth. c. 4. Et Cassiado. in quadã epistola dicit. Nobilitas à me procedens, est mihi cordi plusquàm quæ patrũ procedit nobilitate: quia in quo desinit cuiusq; nobilitas, tunc auorũ nobilitate congruè indiget. Et lib. 3. epistolarũ ait. Sicut indigna posteritas laudes antiqui generis abnegat, ita præclara de patribus egregiè dicta confirmat: iuxta illud, Præconia veterum præsens docuit vena virtutum. Laudabilis enim vena suam seruat originẽ, & fideliter posteris tradit, quæ in se gloriosa transmissione promeruit. Ouidius etiã cecinit.

Si modò non census, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniumque facit.

Hinc dici solet q̃ magis est meũ, quod virtute mihi quæritur, quàm q̃ per antecessores meos. gl. in l. si quid in bello captæ. verb. erat. ff. de captiu. & postlimini. reuers. citat. l. 3. ff. de interdi. & relegat. Est etiam tex. in c. venerabilis. ibi, Nos igitur attendentes, q̃ non generis, sed virtutum nobilitas, vitæq; honestas. de præben. Faciunt quæ tradit Alexand. consil. 209. Ponderatis his, quæ in themate. col. 2. nu. 8. lib. 6. & Andræ. Tiraquell. De nobilita. cap. 20. num. 14. 15. & 16.

Si tamen nobilitas generis insit cum nobilitate morum, ac virtutum, præferẽda erit virtuti tantùm, & sic nobilis talis erit præferẽdus ignobili. glo. in c. constitutis. 2. verb. impotentiam. de appella. quam sequitur Hosti. Ioan. Andr. Panor. & alij. Idem Hosti. & Henri. in c. pen. de præbend. Tiraquell. loco proximè citato. nu. 17. Et sic nobiles in assequutione magistratuũ, & in alijs pluribus habẽt prærogatiuas, ac cæteris ignobilibus sunt præferendi, ac præponendi. vt colligit Tiraquell. de nobilitat. ca. 20. nu. 1. cum. 187. sequent. Chassan. in catalogo gloriæ mũdi. 8. part. cõsidera. 27. Et ratione nobilitatis plura præsumuntur, ac permittuntur, quæ aliàs non permitterẽtur in alijs, seu admitterentur. vt in c. 1. de dona. vbi præsumitur ex nobili liberalitas, & donatio. Quod latè probat Ioan. Lup. in repet. rubric. de donatio. inter vir. & vxor. § 9. Item habetur ratio nobilitatis in beneficijs consequendis. c. de multa. ibi, Circa sublimes, & literatas personas, quæ maioribus sunt beneficijs honorandæ. de præbend. extrauagant. execrabilis. Ioan 22. & ibi glo. verb. generis claritatẽ. de præbend. Felin. in c. cùm adeò. col. 4. nu. 6. de rescrip. Vtrum autem valeat statutum, q̃ quis non admittatur ad Canonicatum, nisi sit nobilis genere? vt extat Toleti in ecclesia cathedrali, & Lugduni in cathedrali ecclesia sancti Ioannis, & in plerisque partibus Germaniæ. prout refert Bonus de Curtili. in tracta. de nobilitate. par. 3. col. 25. num. 179. versic. Quod infero ad ducale statutũ. vbi nihil decisum reliquit. In. 4. verò parte. col. 6. nu. 33. vbi per text. in capit. venerabilis, de præbend. tenet partem negatiuam, & ei adhærendum putat. subijciendo dict. tex. in capi. venerabilis. nullam cauillationem, seu interpretationem contrariam recipere posse. Quamuis contrarium, imò quòd valeat, videatur tenere Ludo. Roma. singul. 485. Heri fui interrogatus, quatenus dicit aduersus talem consuetudinem, seu statutum Episcopum dispensare minimè posse, & sic præmittere est visus quòd validũ sit. Contrariam sententiam, imò quòd non valeat, expressè tenet Panor. in dict. c. venerabilis. col. 2. nu. 4. Philip. Deci. in cap. cùm adeò. col. fi. num. 4. de rescript. Roch. Curti. in ca. fi. de consuetu. fol. 20. versi. Sextò infertur. Et videtur eam facere cõmunẽ Andræ. Tiraquell. de nobilitate. cap. 20. num. 18. dum dicit. vbi & hoc notant glos. Hostien. Panormita. & alij.

Diuersam, ac pugnantem sententiã, imò quòd validum sit tale statutum, seu consuetudo non recipiens ad Canonicatum, nisi nobilis sit instituendus, est ex mente Romani dict. singul. 485. Et Felin. in suo dicto eum refert, & sequitur in cap. super eo. col. 3. nu. 5. versi. Secũda qualitas est nobilitas. de testib. Deci. in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 5. versic. Quarta conclusio. nu. 10. de iudi. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. 3. par. quæst. 7. num. 13. & Ioan. Rayne. de nobilita. in. 7. quæstio. principal. Qui eandem consuetudinem præsupponit valere. Et cum hac visus est transire Tiraquel. vbi suprà. de nobilitat. cap. 20. nu. 19. cum eam posteriori loco subiectam reliquerit, nec ab ea ex-

ea expresse recesserit.

Sit igitur conclusio. Nobiles, data paritate morum, & scientiæ, cæteris alijs concurrentibus sunt præferendi. ex mente Felin. in dict. cap. super eo. de testi. Et Selua de beneficio. quæst. 7. in 3. part. num. 13. Quia cùm duo sunt æquales in scientia, ille est præhonorandus, qui est de meliori sanguine. Bald. in l. nemini. C. de aduo. diuers. iudic. Aut datur scientia, & prælatio virtutum in ignobili, & tunc non valet statutum tale, quamuis esset de nouo ad fidem Christi conuersus, vt eleganter declarat Montal. in l. 2. verb. *Tornadizo.* titulo. 3. libro. 4. foro legum capit. eam te. de rescript. & ibi Panor. notat, q̃ cõuersi ad fidem ex gente Iudæorum possunt habere dignitates ecclesiasticas, ex eo, quia magis laudandi sunt, quòd conuersi sunt, quàm vituperandi, quòd Iudæi fuerint. Ludouic. Gomessi. in ca. statutum. nu. 86. de rescript. lib. 6. vbi agit de intellectu cap. constituit. & ibi glos. 1 17. quæst. 4. Ioan. Crot. in repet. rub. ff. noui. op. nuntia. col. 2. num. 3. Otalora de nobili. cap. 7. secundæ partis tertiæ principal. nu. 1. Propter excellentiam, & virtutẽ alicuius personæ plura permittũtur in fauorẽ eiusdem, vt tradit Iacob. Petr. de Ptolomæis in repe. l. ad. nonendi. nu. 162. versi. si autem disponeret consuetudo. ff. de iureiuran. l. ad bestias. ibi, sed si eius roboris, vel artificij sint, vt dignius populo Romano exhiberi possint, principem consulere debet. ff. de pœn. casus est mirabilis secundùm Bartholo. Cæpoll. in l. si cõtra. num. 18. C. de vsucapio. pro empto. Roma. singul. 717. Potestas vnius loci. Hippolyt. in l. edictum. nu. 15. ff. de quæstio. & in practi. Causa. criminal. §. opportune. num. 6. Boeri. in consuetudi. Bituricensi. rubr. de consuetudi. matrimo. §. 24. versicul. sed an iudex. Ferdi. Gomez Arias in l. 39 num. 27. & in l. 77. num. 16. Tauri. Altiat. lib. 3. iuris parergon capitul. 12. & quæ tradit Cæpoll. in consil. 39. nu. 13. inter consil. criminali Robert. Maranta. in speculo aduocat. 6. part. §. tertius & vltimus actus. num. 60. pagin. 661. Iaso. in l. iubemus. col. fin. num. 10. versic. istam conclusionem firmo ex decem. C. de iudic.

Item nobilis occidendo alium, non debet puniri pœna mortis, sed leuiori pœna, hoc est, deportationis. l. 3. §. legis. & l. penul. ff. ad legem Corne. de Sicar. Antoni. Gomez de delict. cap. 3. num. 2. qui adducendo prædicta iura & tex. in l. 15. titu. 8. part. 7. loquitur in illustribus. De iure tamen & consuetudine huius regni, etiam nobilis pro homicidio pœna mortis, quamuis non sit proditoriè seu aleuosè commissum, est puniendus. l. 1. & 2. titu. 17. lib. 4. for. leg. 4. titu. 13. lib. 8. infrà. Gregori. Lopez in dict. l. 15. verb. *Cauallero, o otro fidalgo.* tit. 8. part. 7.

Quæritur quis dicatur miles? Miles dicitur à mille, id est, vnus electus inter mille. l. 1. §. miles. ff. de testam. mili. l. 1. & l. 2. tit. 21. part. 2. de qua dictione in sacris habetur Iob. 25. Nunquid est numerus militũ eius? & Luc. 3. Interrogabant Ioannem Baptistã milites dicentes. Quid faciemus nos? Et ait illis. Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris & 23. illudebant Christo milites accedentes, & acetum offerentes. & Ioan. 19. Milites plectentes coronam. & Apost. 2. Timoth. 2. Labora sicut bonus miles Christi.

Aduertendum tamen est circa hoc nẽpè quotuplex sit militia? & quot sint genera? & an militia sit dignitas? & quæ sint militum priuilegia? ac illustrium personarum. omnes has quæstiones in progressu huius gloss. elucidabimus. Ad primum dicẽdũ est, quòd triplex reperitur militia. Quædã est equestris, & est eorum, quæ bellagerunt secularia de quibus est. l. 1. cum seq. ff. de milita. testam. ac. ff. de re milita. l. 1. ti. 21. par. 2. ibi. *Caualleria fue llamada antiguamente la cõpaña de los nobles omes, q̃ fueron puestos para defender las tierras, y por esso le pusieron nome en latin, Militia, que quiere tanto dezir, como compañas de omes duros y fuertes, y escogidos para suffrir trabajo y mal, trabajando, y lazereando por pro de todos comunalmente.* Ad idẽ dict. l. 1. §. miles. ff. de milit. testa. vbi miles dicitur à malo, quod arcere milites solẽt, vel à malitia, id est, duritia, quam pro nobis sustinent, vel à mille, quia eligitur vnus ex mille. vt in præmemoratis locis habetur. Et ad hoc vt sit verus miles armatæ militiæ, sunt necessaria quinq;. Primò, quòd iuret non euitare mortem pro republica. Secundò, q̃ cingatur ei ensis. Tertiò, q̃ signetur ei stigmate in brachio. Quartò, quòd scribatur in matricula militum. Quintò, quòd examinetur, si est idoneus ad militiam glo. in l. milites. ff. ex quib. causis maior. quam dixit singul. Panormi. in ca. in nostra. colu. 2. num. 8. de procurato. Amade. de Castello in tracta. syndicatus, verb. magnificum & generosum militem. nu. 37. Alexand. in l. Centurio. num. 3. col. 2. ff. de vulga. & pupilla. Petr. Antibolus in tract. de muneribus. §. 4. num. 6 Gregor. Lopez in l. 49. tit. 5. par. 5. verb. *Cauallero.*

Ex quibus infertur, quòd etiam verè milites creati à principe, qui in curia, nec in seruitio regis morant aguum sed in suis ciuitatibus, oppidis, seu ruribus, non gaudent priuilegijs concessis militibus. Probatur ex. d. l. 49. ibi. *fueras ende si tales dineros fuessen de cauallero, que estuuiesse en la corte del Rey o en otro lugar en su seruicio.* ti. 5. par. 5. ad idem tex. in l. ne quidã. C. de testa. mili. vbi Bal. sic ait. Itẽ nota ex hac lege, q̃ milites gaudẽtes, non gaudent priuilegio militantium. glo. in l. Scriniarios. verb.

verb. Nullatenus. eod. titul. C. de testam. mili. Andreæ. Barb. in. l. placet. in additio. ad Bald. colum. 1. verb. militibus gaudentibus. C. de sacrosanct. eccles. Et sic in militibus nostri temporis, quòd non habeant aliquod priuilegium immunitatis, & habeantur loco pagani, & priuatæ cōditionis, egregiè probat Petrus Antibolus in tract. de muneribus. §. 4. versi. de militibus autem. Francis. de Areti. probat in cōsilio. 12. colum. 1. in princip. Paris de Puteo in tracta. de re milita. lib. 7. §. nobilis à progenitoribus, numero octauo. vbi subijcit hæc verba. Vnde quod dicitur de militibus in titulo de re militari. & in titulo de testamen. militis. intelligitur de illis militibus, qui antiquitùs habebant illa insignia, de quibus in leg. penultima. ff. ex quib. cau. maior. & qui vacabant armis, & hodiernis temporibus intelligitur de armigeris nostri temporis, quia illa priuilegia militaria hodie dantur militibus, qui sunt in matricula, & vacant armis. non de illis, qui stant in domibus inermes, & in delicijs, secundum Raphael. in. l. 1. C. de testamen. milit. & Bald. in. l. fina. C. qui bon. ced. poss. quia armigeri præsentis seculi successerunt inuicem illorū militum antiquorum, quod etiam patet. quia à castris remissus post annum non habet priuilegia armatæ militiæ. l. sed & milites, & l. sequen. de excusat. tuto. l. nullus. C. de veteran. l. per id tēpus. C. de decurioni. l. sancimus. C. quib. non obij. longi temp. præsc. l. si. C. de rest. mili. facit. l. semper. §. negotiatores. ibi, quandiu in actu sunt. de iur. immuni. sed milites nostri temporis non sunt de his, nec assistunt seruitio reipublicæ, imò quam plures in perniciem ipsius, ac paganorum hominum. igitur priuilegijs causa militiæ equestri seu pedestri concessæ gaudere minimè debent, maximè cum aliqui nullum titulum, seu priuilegium à principe concessum ad hoc, vt milites sint, habeant, & nisi ostenderint, tributarij iudicandi sunt. nec debent ferocire, & superbire vt communiter isti, qui veri milites non existunt, solent facere, maximè aduersus miseros, ac pauperes agricultores. Veri milites è conuerso sunt pacifici, humiles, misericordes, & defensores prædictorum. Nam vbi non seruata est forma necessaria ad inducēdam militiam, seu nobilitatem, non est habendus pro milite, seu nobili. argu. l. si quis fabricensium. C. de fabricensi. lib. 11. l. generaliter. C. de episcop. & cleri. l. nominationum. C. de appell. quo fit quòd possunt torqueri. Ita Iacob. de Belloui su in practic. iudiciaria. titu. de quæstioni, §. nunc restat videre de quæstionibus. colu. 3. versi. sed quid de militibus nostri temporis. num. 14. Et quod minimè competāt eis priuilegia, nisi tantùm militibus Rhodijs, qui pro repub. Christiana militant, qui veri milites sunt, & militum priuilegia, ac multò maiora eis competere debēt, probat Lancelot. Polit. in tractat. substitu. de compendiosa substitutio. num. 9. versic. Sed circa hoc etiam illud, Idem quod prædiximus, nō gaudere priuilegijs milites nostri temporis, conclusum reliquit Alexand. in dict. l. Centurio. colu. 5. nu. 2. vbi adducit quinque rationes pro hac parte. ff. de vulgar. & pupilla. & Lancelo. Galiaul. ibi. col. 5. nu. 17. qui vocat eos milites deauratos, sola cauda aurea gloriantes, & per plateas elati incedentes, qui non vacant rei militari pro republica, sed conterunt tempus eorum more pauonum in palatijs, intenduntque mercantijs, & negotijs, magis quàm armis, quod an sit verum, nostra ætate vnusquisq; popularis erit locupletissimus testis, ac notorietas facti id indicat. Angel. cōsil. 179. Visis prædictis instrumentis. col. 3. versi. venio ad decisionem quarti. Specul. de procur. §. 1. versic. Itē quid est miles. Bonus de Curtil. in tract. de nobilitat. 3. part. nu. 162. versi. ex cuius prima limitatione. Et in istis militibus creatis à principe, quos deauratos vocamus, est cōmunis opinio secundùm Deci. in rubr. de testam. milit. nu. 3. & cōmuniter tenetur secundum Rip. in. l. Centurio. nu. 10. ff. de vulgar. Aut loquitur de militibus salariatis, qui quamuis nō sint in exercitio belli, tamē sunt præuenti, ac parati pro republica mortē subire, & isti gaudent prædictis priuilegijs cōcessis ratione militiæ, secundū Deci. & Rip. locis paulò antè præmemoratis. Sit conclus. 1. Milites creati à principe non gaudent priuilegijs cōcessis ratione militiæ, ac exercitij, nisi sint in castris pro defensione reipublicæ.

Ita procedunt omnia suprà adducta. & voluit pragm. regia *sobre los brocados y sedas de Madrid*. ann. 1551. ca. 6. ibi. *mandamos que esto se entiēda estādo actualmente en la guerra, y no en justas ni torneos*. Secunda conclusio sit. Milites nostri tēporis creati à rege, vel ab alio, qui habet suam cōmisionē, nempè à prorege Aragonum, Valentiæ, seu Nauarræ secundùm formam & ritum hodiernum, omissis ceremonijs antiquis, quæ non sunt in vsu gaudent priuilegijs omnibus concessis ratione militiæ si sunt in bello, vel parati ad illud: sin autem nec in actu, nec in habitu sunt præparati, sed in turibus, vel ciuitatibus, habebunt priuilegia concessa militibus ratione dignitatis, & nobilitatis, vt q non possint torqueri, vel alia huiusmodi. Egregiè probat Deci. in rub. C. de testamen. milit. col. 1. nu. 3. Et ita resolue, quæ tradit Rom. consili. 506. In re præsenti. & Antibol. & alij de quibus vbi suprà. & Gregori. Lopez in dict. l. 49. titul. 5. part. 5. & in. l. 23. tit. 21. part. 7. glos. 1. facit. l. 8. infrà eod. titul.

Quæro, quot sint militum genera? Responde tria

tria secundùm Budæ.in.l.prima.§.primo.ff. depo sit.post Serui.in.8.æneidos. Clarius ac resolutius tradit Corasi.in.l.precibus. columna tertia. num. 12.C.de impube.& alijs.quidã legitimi, alij euocati,reliqui tumultuarij. Legitimi dicebantur,qui militiæ sacramento adscripti militabãt, nec enim quod ad Budæ.& Serui.est addendum, nisi milita ri sacramento miles adscriptus foret, hostem gladio petere,aut militare fas erat, proinde in eum tam grauiter animaduertebatur, qui hostem militiæ sacramento non adscriptus occidisset,aut qui classico reuocatus,tardiùs paruisset,quàm qui ciuem aut socium iniuria occidisset. Quapropter magnoperè laudauit Cyrus militem,qui cùm hostem interfecturus gladium eduxisset, classico receptui audito ictum cohibuit, & hostem dimisit. Cæterùm hoc sacramentum initio milites sua spõte mutuò præstabant, se fugæ atque formidinis causa non abituros,neque ex ordine recessuros,nisi tali petendi,feriendivè hostis,aut ciuis seruandi causa. Verùm Lucio Flacco,& C. Varrone consu libus à voluntario ad legitimum iusiurandum milites adacti fuere, autor est Sext. Iuli. Front. libr. Stratagemat.4.c.i.quod quidẽ Imperator primus præstabat,suo deinde ordine Legati,mox Tribuni postea Centuriones, exinde Decuriones, demum Præfecti castrorũ,postremò milites: quòd singulis annis & calendis Ianuarijs denuò præstare tenebantur,quo sacramento miles,qui lege Iulia de adulterijs fuerat damnatus, soluebatur, vsq; adeò infamis erat.l.quod ait prætor.§. miles.ff. de his qui not.in fam.

Euocati autem milites hi dicebantur, qui ex prouincijs,socijsq; ciuitatibus æquo iure, & fœdere iunctis non Latini nominis militiæ munere fungebantur,qui non milites,sed pro militibus habiti sunt.

Tumultuarij verò illi dicebantur, qui aduentu hostium repentino, cum in discrimine extremo res foret,per trepidationem, & metũ raptim militiæ adscribebantur, quod ex Ciceronis verbis.5. in Marcum Anto. Philippica facilè est colligere. Quamobrem inquit P. C.legatorum mentionem nullam censeo faciendam,rem administrandam arbitror sine vlla mora,& confestim gerendam censeo,tumultum decerni, iustitiam indici, saga sumi dico oportere,delectum habere sublatis vacationibus in vrbe & in Italia, præter Galliam totam. Quo satis appareat omnia in tumultu præproperè administrari, tuncque duntaxat tumultuarios milites deligi,cum bellum vrgens, & quasi muris imminens solennes actus nõ admittit.inde immeditatam orationem tumultuariam dicimus.

Sunt præterea & stationarij milites, quorum Paulus Iurisconf. aliquando meminit in.l. limitarchæ.ff.de seruis fugiti. quos Budæus, milites præsidiarios interpretatur, quos etiam nos vulgò ordinarios appellamus: qui in locis hostium finitimis stationes agitare solent ad repentinos hostium incursus intenti:quique ad prouinciæ quietem aluntur,hos interdum Imperator limitaneos vocauit.l.in nomine Domini.§. sicut ergo prædictum est.C.de offi.præfect.præt. Apricæ. Quandoq; verò Riparenses.l.contra publicam.C.de re mili.lib.12.& ita illic accipiendos esse Alciat.existimauit,pro ijs,inquam, militibus, qui in Imperij limitibus exsudabant pro republica aduersus Barbaros, puta in ripis Danubij ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: & in ripis Euphratis aduersus Parthos.

Dubitatur quare qui non sunt milites, Pagani vocabulo solent à iureconsultis nuncupari? Respond. ex eo quòd solebant olim soli milites in castris,& ciuitatibus commorari, Paganos verò, hoc est,rusticos ruri ad illius culturam relinquebantur.Proinde peculiare verbum sumpserunt Iureconsulti,vt omnem,qui miles non esset,Pagani verbo significarent.glos.in.§.illis.Instit. de milita. testam. Alexan. in.l. Centurio. col. 8. ff. de vulga.& pupilla.Idque Vlpianus & Paulus de militum testamentis tractantes non semel confirmauerunt.l.3.& l.idemque & l. quod dicitur.ff. de testam.milit. Cur autem qui vrbani sunt, & nõ militant, Pagani dicantur, Reddenda erit talis ratio. Quòd Romá,vt Dionysi.Halicar.lib. antiquitatum Romæ.4. scribit, in tribus quatuor diuisa fuerit,quas pagos vocitabant, in quibus habitantes pagani direbantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant. Propriè tamen rusticus,paganus est,à pago,quod est villa,sic dictus. Vnde qui non populi, sed montanorum, agrestium,& rusticorum dies festus erat,Paganalia dictus est.

Planè militẽ à Pagano insignijs & priuilegijs legum latores distinxerunt,vt per Corasi.in.l.precibus.n.19.C. de impuber.& alijs substi. & in hac lege constat.& in.l.4.tit.2.infrà eod.lib.4.vbi priuilegia militum, nobilium ac illustrium personarum explicabuntur.Et hæc de militia seculari,de qua ista lex loquitur,dixisse sufficiat.

Alia.2.est militia cælestis,& hæc est clericorũ. cap.Christianis cum glo.verb. cælestem.11.q.1. & in capit.reprehensibile.23.q.8.ex quo liquet à militibus seculi ad milites Christi argumentum sumi. Vnde inferri solet, q; sicut non valet donatio facta concubinæ per militem seculi: ita etiam inualida erit facta per militem Christi.glos.Bart. & cõmuniter docto.in.l.affectionis. ff. de donat. dixi latiùs in.l.1.in glos.1.col.98.versic. Clericus tamen donare concubinæ.titul.3. lib.1.suprà. Infertur.2.

fertur.2.ꝙ ſicut miles ſeculi non tenetur cedere bonis:ita nec etiam miles Chriſti. ex gloſ.in.l.milles.ff.de re iudi.de quo in cap.Odoardus.de ſolu. diximus in prædict.gloſſ.1.col.107. verſi.ex quibus aliud emanat. Deducitur tertiò, quòd ſicut pro ſententiæ executione non ſunt capienda ſtipendia militum: ita etiam non ſunt capienda ſtipendia clericorum,& ſic militum Chriſti.gloſſ.in l.ſtipendia.C.de exec. rei iudica. Infertur.4. ad glo decisionem in.l.2.§.miles.in verb.Sarramento.ff.de his qui not.infami.dicentem, quòd ſicut infamia priuat aliquem militia ſeculi, ita etiã priuat eum militia cæleſti.&illam gloſ. ſequitur Panor.in.c.querelam.de iureiur.dicta fuerunt ex vi huius argumẽti in.d.l.1.in glo.1.col.107.& 108. titul.3.lib.1.ſuprà.& eo ipſo,ꝙ aſſumpſit ſacerdotium,de ignobili efficitur nobilis ſacerdos. Ioan. And.in cap.eò libentius.de ſerui non ordi. Chaſſan.in catalogo gloriæ mundi.in.8.part.conſider. 26.Tiraquell.de nobilitate.c.9.text. omniũ inſignis.in.l.2.C.vt nemo priuat.tit. prædijs ſuis.vel alien.imp.Imò probat,ꝙ clericus eſt pluſquã nobilis. vt aduertimus in.l.1.in glo.1.col.110.verſiculo.Eſt & aliud.tit.3.lib.1.ſuprà.

Ad vnum in hoc aduertendum eſt, ꝙ in omnibus non valet argumẽtum de milite ſeculi, ad militem Chriſti.Sunt enim pleraque, quæ militibus ſeculi congruunt, quæ non congruunt militibus Chriſti, vnde hæc arguũentatio non eſt ſemper aſſumenda.Ita Panormi.in cap.1.notab.3.de cleri.ægrotant.Quantum autem ad ipſum actũ præliandi,qui conuenit militibus ſeculi, miles Chriſti omnino ſecernitur à milite ſeculi. Non enim ſe debet prælijs immiſcere,etiam contra infideles vt probatur in.c.ex multa.de vot.Imò Panor.dicit in ca.fi.nota.1.de cleri.coniugat. ꝙ ſi quis clericus in minoribus cõſtitutus promouetur ad ſecularem militiam,& facit actum contrarium clericatui,vt quia exercet ſæua, ſeu iuit ad bellũ, immediatè perdit priuilegiũ clericale, quia iſta ſunt contraria. Vnde ex quo elegit contrariam vitam, fuit à prima ipſo facto excluſus. & ita etiam ſentit Innocen.in cap.1.de apoſta. Excluditur enim clericus à priuilegio ſuæ clericaturæ, & ſic à priuilegio fori eccleſiaſtici, ſi ſponte probetur ad bellum iuiſſe militandi cauſa, ſecùs ſi tantũ quis efficeretur miles ſeculi,ſed non exerceret ſæua, nec alium actum prorſus contrarium clericatui, nec etiam iuraret ſe non euitaturum mortem pro republi. prout diximus communiter ꝙ milites iurare ſolent:quia iſtis concurrentibus, nõ exuerentur priuilegio clericali.ſecundùm Panor. in capi. fin.nu.1.de cleri.coniugat.Et ſecundũ hoc eſt explicanda & intelligẽda gloſ.in cap.qualiter.de cleri.non reſidentib.quæ ſimpliciter ſentit, ꝙ clericus ſi efficiatur miles,perdit beneficium. Nam intelligitur,ſi immiſceat ſe ſæuis, vel eat ad bellum militandi animo.Panor.in dict.c. qualiter. Quanuis doct.in ca.ex tuæ.eod.tit. ſentiant ſimpliciter cũ opinione prædictæ gloſſæ. & ſecũdùm Imol. in ca.qualiter.nu.4.tranſeunt communiter doct. cum opi.glo.ibi.de cleri.non reſid. & ibi Ioan.de Anani.nu.4.dicit eam gloſ.notabilem eſſe.

Tertia eſt militia legalis,nempè aduocatorum, qui pro rep.militare dicũtur.l.aduocati.C.de aduocat.diuerſ.iudi.Has tres militias ponit glo.ordina.in.l.pen.ff.de teſtam.milit.& de aduocatis vide quæ dixi in.l.1.ti.19.lib.2.ſuprà. Poſtremò addi etiam poteſt alia militia animæ, de qua dicitur,Militia eſt vita hominis ſuper terram.c.1.verſic.& quia.de conſecr.diſtinct.5.

Quæritur vtrum deſcendens ex nobili genere, ſit præſumendus nobilis, & virtutis ſtudioſus,ſicut è conuerſo? Reſpondendum eſt quòd ſic:nam ex bono,bonum regulariter gignitur.iuxta illud, Arbor bona non poteſt malos fructus facere:nec arbor mala fructus bonos facere.Matth.7.Alciat. in tract.de præſcriptioni.regul.1.præſumptio.48 nu.1.Ioan.Neuizan.plura refert, quæ ex parentum origine præſumuntur in filios traduci in libro.2.Syluæ nuptialis.nu.115.verſic. dicũt bene natam. Andræ.Tiraquell.in leg.7. de iure mariti. in princ.fo.104. col.2.cũ ſeq. Fortuni.in repe.l. Gallus.in princ.col.50.ff.de libe. & poſth. Qui omnes adducũt tex.in.l.quod ſi nolit.§. qui mancipia.ff.de ædili.edict.vbi Vlpia.ait. Qui mancipia vendunt,nationem cuiuſq; in vẽditione pronunciare debent. Plerunque enim natio ſerui aut prouocat,aut detinet emptorem.Idcirco intereſt noſtra ſcire nationem. Præſumptum etenim eſt quoſdã ſeruos bonos eſſe, quia nationis ſunt non infamatæ : quoſdam malos videri, quia ea natione ſunt,quæ magis infamis eſt. Andræ. Tiraquel. de nobilita.c.20.nu.21. verſic. Cuius rei rationẽ. Et ſic nobilitas proueniens ex ſanguine anteceſſorum illuſtrior eſt, quàm noua cauſata ex priuilegio principis,prout eſt inter filios de algo,& illos,qui dicuntur milites armatæ militiæ,dum tamen vnà cùm nobilitate parẽtum iſti nobiles antiqui non ſint degeneres à maiorum nobilitate, aliàs nobilis virtute tantum eſt præferendus ei: nam vbi non eſt virtus, non datur nobilitas. Qui ex genere nobili venit,præſumptione dicitur nobilis.Cyn.in.l.prouidendum.C.de poſtuland.Tiraquel.vbi ſuprà,capitulo vigeſimo,numero vigeſimoprimo.qua ceſſante,apertè omnino nobilis non eſt dicendus.vt latè probat.Andr.Tiraquel. de nobilitate.capitulo.22.numero primo.Præſtãtior ergo eſt nobilitas,quæ cõtingit ex claro ſanguine vel genere iuncta ſimul virtute.l. ſecũda titu.21.

tu.21.par.2.Otalora de nobilitate.2.par.c.3.n.9. Quæritur vlterius,vtrum militia sit dignitas? Videtur q nõ,quippe cũ libertus possit esse miles. l.libertinæ conditionis.C.de lib.& eorum libe.& tamen hi dignitatem habere minimè possunt.l. omnes.C.de meta. lib. 12. Ideò militia & dignitas ponuntur tãquam diuersa.l.fin.C. qui milita. poss.vel non.eod.lib.12.ibi, dignitatem habere quemadmodũ fuerit passus militiam. Ex quibus verbis colligitur satis militiam sub dignitatis vocabulo non comprehendi,aliàs irrisoria esset ibi similitudo,cùm potius identitas diceretur. Sed nullũ simile est idem.l. quod Nerua. ff. deposit. ergo econuerso nullum idem dici poterit esse simile.argu.l.si idem.cũ ibi notat. C. de codicillis. Quòd non sit dignitas militia,voluit glo.in.l.vni. C.de equest.digni.lib.12.Bart.in l. ex eo tẽpore. col.1.nu.3.ff.de testam.mili.& in.l.1.n.83.versi. quartò infertur.C.de digni.lib.12.Iaso.in.l.si quis in conscribendo.col.1.num.3.C.de pact.per tx. ibi,dum dicit,militiæ,vel dignitatis.propter alternatiuam,quæ cadit inter diuersa.vt per gloss.in rubric.ff.si ager vel emph.peta.Bonus de Curtili.in tracta.de nobilitat.3.part.numero.148.Ioann.de Anani. in additioni. ad Signor. de Homodeis.in tract.vtrum præferendus sit doctor an miles.nu. 57.versic.sed militia non est.Amade.de Castello. in tract.de Syndicatu num.38.vesic.an autem militia sit dignitas,& cũ Bart. est opinio magis communis secũdum Bonum de Curtili. vbi suprà nu. 149.quanuis Ioan.Raynandus doctor Gallus antiquus in suo comprehensorio feudali subtitu. de nobilitate. teneat nobilitatem dignitatem esse.ex l.præclarã.C.de primiceri.lib.12.ibi, præclaram nobilemq; militiam spectabilium.C.de primiceri.lib.12.Qui tex.nõ obstat.quia loquitur in militibus Romanis. argumentũ sumpto ex verbis illius legis,ibi,cum nihil reip.vtilitatis. Ponderando verba illa reipublicæ.quæ simpliciter prolata, sumũtur pro repub. Romana tantum.l. eum qui vectigal.in fi.iunct.gl.ff.de verb.signi. sicuti cum dicitur,ius ciuile nullo alio adiecto intelligitur nẽpè Romanorum.§. sed ius quidem ciuile. Insti.de iure natur.gent.& ciuil.quos quidem,vt prædicitur,solos nobiles iura disponunt, & communiter concluditur, vnde malè concluditur ad reliquos prouinciarum,cum ex separatis non bene infertur.l.Papinianus exul.ff.de mino.l.si.ff.de noxali. & iura loquentia in casibus particularibus, propter aliquam specialitatem non sunt trahenda in consequentiam.l. 4. & ibi not. ff. de fidei com.liberta.Nec etiam obstat tex.quem ipse citat in.l.inter alias.ibi,militari dignitate fruantur. C.de palatinis sacra.largitio.lib.12. quia etiam loquitur de militia Romana,quam, vt prædixi, solam nobilitatem,& dignitatem connexam habere testantur docto.vbi suprà per tex.iuncta.glos. in.l.vna.C.de equest.digni.lib.12. Quòd autẽ in quãtum voluit ibi lex,primicerios scholæ societatis sacrarum largitionũ & tres primicerios tribuni prætoriani scriniorum militari dignitate frui, intellexerit de militia Romana, quæ, vt dictum est, secum habet dignitatem annexam, probatur ex eo,q ũia nulla legitur apertè militia per Imperatorem dignitate dotata præter militiam Romanam,de qua in dict.l.vni. C. de equest.dig.lib. 12.Quo fit,vt simpliciter de militia facta mentione per ipsum,intelligatur de illa.argum. tex.in.l. 2.ff.de liber.& posthu.vbi indefinita locutio,quę non potest referri nisi ad vnum, æquipollet singulari,& particulari locutioni. Et hanc partem tenet Alberi.in.l.milites.nu.1.C.locat. & Alexan. in.l.idem functo.col.4.nu.14. versic.tamen puto veram esse opinionem.ff.de offi. assessorum. vbi alios plures allegat.& Tiraquell. de nobilitat.ca. 8.num.5.ac latissimè hãc opinionẽ communem, q non sit dignitas.ostendit. Tandem refert Matthæ.de Afflict.in consti.Siciliæ incipien.Constitutione præsenti in.l.nota.dicentem,q licèt simplex militia non connumeretur inter gradus dignitatis, ea tamen, quæ cum præpositura est, vt sunt Capitanei equestres,vel pedites, dignitatem habent.Potest etiam verificari in præpositis ciuitatum,qui nobilitantur à rege cum administratione officij,prout in exemplo sunt *los regidores, o veynte y quatros* ad vitam:quia negari non potest, quin præeminentiam,& dignitatem habeant respectu inferiorum, quos paganos appellare soliti sumus.Plura tamen iura suadent militiam esse dignitatẽ. De quibus per Tiraquell. de nobilita.c.8 in princ.nu.1.& lib.8.fororũ Aragonum de creatio.milit.consti.Item q si aliquis.ibi,promouerit aliquem minimè dignum ad militiæ dignitatem. Et statim in titul.sequen. de conditione infantio natus.cõsti.Nullus infantio.ibi, Cum his,qui eos promouerunt ad militarem dignitatem. Clericus etiam dicitur esse in dignitate.vt dixi in l.1.tit.3. lib.1.suprà in glo.pag.110.versi. Quare his etiã. Sed intellige large,prout est quædam præeminẽtia respectu inferiorum,non autem propriè, vel in his militibus, qui cum administratione officij creantur.vt diximus.

Dubitari etiam solet,qui sint milites, qui priuilegijs militaribus gaudere debeãt. Ideò vltra iam dicta in hac glo.adde.l.licet.C.locat.vbi Alberic. col.2.dicit,& nota quod sequitur,specificat enim qui sunt milites,qui gaudent priuilegijs militum, quod fortè alibi non sic clarè reperietur.Quot autem sint eorũ priuilegia,& vtrum renuntiari possint,inferius suis locis opportunè dicetur.

Est

Est tamen dubium, vtrum filij naturales gaudere ac frui debeant nobilitate parentū? Respōd. Filij naturales alicuius nobilis, non sunt nobiles, nec eis arma parentum deferre licet. Barto.in.l.1. col.4.C.de dignita.lib.12.per text.in.l. cùm legitimè.ff.de stat.homi.& in.l.liberis.iunct.gl.ff.de Senatori.Florian.in.l.qui testamentum.insi.ff.de probat. Bonus de Curtili.in tracta. de nobilitat. 4.part.col.1.versi.si autem de nobilitate.num.3. Andreæ.Tiraquell.de nobilitate cap.14. num.10. qui plura expendit in probatione huius quæstionis. Quæ apud eum videnda sunt in hac specie,& pro eius dote.glo.verb.liberi.in clem.vni.de bap. quæ dicit,q̄ appellatione liberorum, quo ad honores & commoda non veniūt naturales. Quam sequitur Ias.in.l.fi.nu.13.C.de verb.signifi.Alex. in.l.ex facto.§.si quis rogatus.col.11.versic.si autem est constitutio iuris ciuilis.ff. ad Trebellian. Quo fit,quòd emphyteusis cōcessa pro se & filijs non intelligitur concessa pro naturalibus. Bartol. & communiter doct.secundùm Rip.ibi in dicto. §.si quis rogatus.num.62.

Infertur.2. quòd ius retrahendi rē cōcessū consanguineo propinquiori per leges huius regni. infrà lib.5.tit.7.l.6.cum similibus. locum non habeat in naturalibus, quos Bastardos appellamus. per dictam glo.in Clem.vni.de baptis.& est glo. in verb.filijs.in extrauagant.Execrabilis. Ioann. Papæ.22.sub tit.de præbend.Ioan. Imol. in dict. §.si quis rogatus.col.5.versi. si autem constitutio iuris ciuilis.vbi dicit,quòd immunitas cōcessa doctori,& eius filijs, non trahitur ad naturales tantùm,quia secundum eum in exorbitantibus, seu priuilegijs non veniunt prædicti filij naturales.ergo nec in casu legis Regiæ *(del tanto por tāto)* præallegata,cùm sit contra ius commune. vt habetur in.l.dudum.& ibi per Ign.C.de contrahēd.empt. Item quòd Bastardi nō possint rem patrimonialem retrahere. Andr. Tiraquell.istam partem amplectitur,omissis alijs, qui contrarium volebant, dicendo,quòd erat nomē naturæ, & nō iuris,ideo que admitrēdos fore. Tamē ipse optimè probat oppositā sententiā,de qua per nos suprà libro.1. de vtroq; retract.§.1.glo.8.num.4. cum sequent. Masueri in pract.de retract.num.12. vbi plus dicit,quòd filij legitimi bastardorū nō admittuntur ad retractum rerum venditarum à consanguineis ipsorum bastardorum. quem sequitur Tiraquell. vbi suprà num.7.per tex.in.l. fina. cum ibi nota. C.de naturali liber. Et in effectu etiā hanc tenet Conar.lib.4.Decretali.2.part.c.8.§.10. nu.3. vbi defendit, legitimatum rescripto principis ad ius retractus ex vi legis Regiæ admittendū esse.contra Tiraquell.vbi suprà num.12. & Deci. consil. 275.dub.3.Et q̄ illegitimi repellendi sint à prædicto iure retractus,est tenendum, quicquid Cifontan.in.l.70. Taur.q.5. adnotauerit pro bastardo, & Montalu.in.l.13.verbo.cambiar.col.13.in prin ci.versi.Item quæro,vtrùm illa,quæ dicta sunt.titul.10.lib.3.foro leg.Nicolaus Boeri de retract. §.1.in final.verbis.& Bagoil. in sua disputatio.retractus. nihil tamen ad hoc isti duo posteriores allegantes.

Hinc etiā est,quòd ius patronatus nō transit ad illegitimos,etiā si sint naturales.Diaz in.l.1.verb. *deuan succeder*.versicul.Pulchra etiam est quæstio, vtrū illegitimè natis.tit.6. lib.1. suprà. pag. 236. Cessio tamē fieri potest filio naturali per patrē, quia est nomē naturæ. Rebuff.in repe.auth.habita.priuileg.177.C.ne fili.pro patre. quod est notandum pro ampli.& intellectu.l.25.lib.pragma.

Contrariam tamen sententiam, imò q̄ filius naturalis natus ex patre nobili, debeat gaudere nobilitate parentum, quemadmodum gaudet natus ex legitimo matrimonio, secundum est in nostro regno.l.1.tit.11.part.7. Cuius verba notandissima in derogationem iuris cōmunis sunt hæc. *E fijo dalgo es aquel, que es nascido de padre que es fijo de algo, quier lo sea la madre quier nō, solo q̄ sea su muger velada, o amiga, q̄ tēga conoscidamēte por suya. Por que antiguamēte la nobleza ouo comiēço en los varones, y por ende la heredarō los fijos dalgo, y nō les empece, maguer la madre no sea fija dalgo.* Et ibi Greg. Lopez verb.*amiga.* Otalora de nobilitate. 2. parte tertiæ principal.c.3.n.3.versi.notū est etiā.Ioan. Orosci.in.l.cùm legitimè. nu.20. ff. de statu. homin.In cōtrariū est.l.3.ti.15.par.4.ibi. *Daño muy grā de viene a los fijos por nō ser legitimos. Primeramēte, q̄ non hā las honras de los padres, nin de los abuelos.* Ex quo constat illegitimos iura honorifica minimè consequi nec à patre,nec ab auo. Altera verò l.præalleg. ad patris nobilitatem admittit. Quæ iure regni difficile contrariū iudicari necesse est. Nisi dixeris,dictam.l.tertiā.per.l.primā. fore intelligendam ex mente Gregor. Lopez in dicta.l. tertia.verb.*honras*.vbi verba sua sunt. vide.l.fin.titulo decimotertio.ead.part.& limita vt in. l. prima,titulo.11.part.7. quasi velit dicere ad iura nobilitatis admitti.vt in dict.l.prima. habetur,à cæteris verò honoribus eū repellimus. per dict.l.tertiā.Et est etiam hæc concordia Ioann. Oroscij in dict.l.cùm legitimè,colu.2.ad.fi.ff. de statu.hom. facit.l.Tauri.12. vbi quo ad quædam gaudet priuilegio legitimationis,quoad reliqua prohibetur. & lib.pragma.folio.139.colum.2.ibi, *Pero es la mi merced, que los caualleros que yo hize y arme.* Si tamē tales filij essent nati ex damnato, aut punibili coitu,etiam si legitimentur à principe, non gaudent. nec consequuntur patris nobilitatem.l. 9. in pragmaticis extraordinariis anni. 1544. cuius verba sunt.

Sabed

Sabed que a nos es fecha relacion, que a causa de algunas legitimaciones que mandamos despachar de personas nascidas de dañado e punible ayuntamiento, nascen algunos pleytos, diziendo estos legitimados, que la hora que son legitimados, son hijosdalgo, y que son exemptos de todos pechos, seruicios, e contribuciones, lo que no eran antes que fuessen legitimados. E porque nuestra merced y voluntad nunca fue, ni es, que las dichas legitimaciones se estiendan, ni entiendan a las hidalguias, ni por ellas se escusen de qualesquier pechos, y contribuciones que eran obligados, y deuian antes que fuessen legitimados, siendo como dicho es de dañado y punible ayuntamiento nascido de parte del padre, o madre. l. 7. tit. 22. lib. 4. foro leg. ibi, *y el fijo que assi fuere recebido aya hōra de fidalgo, si su padre fuere fidalgo, y esto se entiende de los hijos naturales* fact. l. 12. ibi, *pero en todas las otras.* in legibus Tauri. Quæ loquitur in naturalibus. & ibi de legitimatione agitur latè per Ioan. Lupum, cæterosque interpretes.

ras. Porende ordenamos q̃ todos los caualleros armados puedā traher paños de oro a, o dorados en las vestiduras, y en las de

a ¶ *Puedan traer paños de oro.* De vestibus, quæ possunt vti homines huius regni, cautum est in pragmat. Regum Catholicorum. l. 142. & l. 143. cum seq. fol. 112. & hodie seruatur pragmatica sanctio edita à Carolo Cæsare olim Hispaniæ rege. anno. 1551. in ciuitate Tauri, cū declarationibus ibi subiectis ab eodem Cæsare in oppido de Madrid, anno. 1552. De iure communi habes. l. 1. cum. 4. sequen. C. de holobrizis & auratis, lib. 11. & addendus est Tiraquell. in legibus connubial. l. 17. fol. 45. colum. 1. vbi sunt aliqua loca tàm rubri. quàm. l. temperent. dict. titul. C. de holobr. & holober. emendata.

Per vestes autem multoties distingui solet persona, vtrum sit nobilis, vel vilis. l. 5. tit. 5. part. 2. Vestis enim primum depellendi frigoris causa reperta est, postea ad ornatum, & corporis dignitatem haberi cœpta est. secundùm Ciceronem de oratore. Et Chrysosto. super epistola Pauli ad Roman. homilia. 24. inquit, Non est vestibus ornanda caro, ne ornatu illam perdas, nam & molliorem inde faciens, & bonam ipsius valetudinem corrumpes, dum nimia mollitie dissoluis. Per abusum tamen potius ad pompam ornatus, quam ad necessitatem vestes nimium exercuerunt, adeò quòd licèt scientia præclarissima sit in viro, nullus tamen apud vulgus & optimates in doctos defertur honor sine vestium ornamento. Vnde prouenit illud metricum. Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus Creditur à mille, quanuis idiota sit ille: Si careat veste, nec sit vestitus honestè, Nullius est laudis, quamuis sciat omne quod audis. Refert Specul. de aduocato. §. sequitur videre de vestibus, talis enim prima facie præsumitur, qualem eum indicant vestes esse. cap. in audientia. &. cap. contigit. 2. de senten. excom. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. l. diuus. &. l. sed si accepto. ff. de iure fisc. ca. si iudex laicus. §. idem esse censemus. & illic gl. verb. reputare. de sent. excomm. lib. 6. l. 18. tit. 9. part. 7. l. 3. tit. 9. part. 1. l. 13. 14. 15. & 16. tit. 3. lib. 1. suprà. Senec. vxori Neronis dixit Indue te delicatè charissima, non propter te, sed propter honorem Imperij. Resumpsit Specu. vbi suprà. §. sequitur. num. 1. Ioan Fab. in prooemi. Insti. verb. Augustus. num. 8. Dicit tamē Seneca, quod quem admodum stultus est, qui equum empturus non eum inspicit, sed sellam eius, & fræna: sic stultissimus est, qui ex veste hominem æstimat. Tradit etiam Lucas de Pena in. l. 2. C. de vestib. holober lib. 11. In vestibus autem debent differe nobiles, & doctores à cæteris inferioribus. arg. l. plenū. §. equitij. ff de vsu & habita. l. si quid. §. sufficiēter. ff. de vsufruct. vbi Vlpianus ait. Sufficienter autem alere, & vestire debet secundum ordinem & dignitatem mancipiorum. vbi Bald. dicit. Nota quæ dicuntur sufficientia vestimenta. Quod facit pro vestimentis monachorum. Et tene menti. Probatur etiā per hūc tex. quòd abbas debet esse melius vestitus, quam monachus, quia dignior: monachus melius, quam conuersus: & magister in Theologia melius quam quilibet sacerdos, qui sit inter fratres. Hactenus Bald. verba. facit.

Est notādū, quòd nō licet priuatis viris deferre vestes aureas, sericas, vel aureo phrygiatas, sunt enim principibus, regibus, & magnis dominis relinquendæ. l. 1. & 2. & Ioan. de Platea vtrobique. C. de vestibus holoberijs & deauratis lib. 11. Constat etiam ex ista lege, cum in signum priuilegij nobilibus, ac doctoribus sit concessum à principè. ibi, *E porque los caualleros deuen ser esmerados entre los escuderos en sus traeres.* Igitur in contrarium est ius commune, quāuis male de consuetudine seruetur.

Est tamē dubiū, vtrū hæ vestes solū viris cēseātur prohibitæ deferri, vel etiā veniāt mulieres? Videtur q̃ possint, ex eo, quia solū prohibētur viri, & non mulieres. dict. l. 1. & gloss. l. 2. C. de holober. lib. 11. & in pragm. Caroli Cæsaris. capital. 1.

dicitur, *que ninguna persona* igitur cũ prohibeat portare certas vestes, vel ornamenta, cõprehendet solum viros, nõ fœminas. l. têperent. in verb. virilia. C. de vestib. holoser. lib. 11. & l. vnic. C. nulli licere in freq. equestribus sell. eod. lib. 11. & sic mulier est melioris cõditionis, quã mascul. secundũ. Plat. in. d. l. igitur non comprehenduntur fœminæ sub hac prohibitione cũ sit materia odiosa ac pœnalis.

Sed tamen contrarium est dicendum per dictã pragma. Quæ etiam in fœminis expresse loquitur in ca. 8. incipient. *Item que en las ropas enteras de seda de las mugeres.* Item etiam, quia pragma. loquitur per verbum comprehendens tam masculos, quàm fœminas, dum dicit, *qualquiera persona.* quæ etiam cum sit in materia indifferenti, vtrumque sexum comprehendit eius prohibitio, quamuis si materia sit pœnalis, fœminas. glos. in clement. 1. verb. homines. de electio. & in cap. si quis suadente. 17. quæst. 4. in glo. 1. Deci. in. l. fœminæ. nu. 88 ff. de regu. iur. vbi tradit statutum prohibitorium pœnale comprehendere fœminas. Hinc est, quòd fœminæ contrahenti binas nuptias est imponenda pœna. l. 3. tit. 1. lib. 5. infrà. & l. 6. tit. 15. lib. 8. infrà. latius in dict. l. 3. explicatũ est. Probatur etiã per Philipp. nostrũ regem, in curijs habitis apud Aragones in oppido de Monçon. anni. 1553. vbi sunt leges prohibentes deferre vestes in certa forma in prædicto regno Aragonum. Quemadmodum est pragma. apud Castellanos, de qua suprà. & est. l. 146. lib. pragmat. quæ in terminis loquendo, affirmat hanc rationem.

Dubitatur, vtrum lex prohibens vestes istas deferre, intelligenda sit etiam si intra domum eas aliquis deferat, & sic capi possint cum pœnæ executione, de qua in pragmatica regia? Videtur quod sic: nam generalis est prohibitio, dicendo, *en las ropas y vestidos q̃ truxere.* Ergo si extra domũ, siue domi publice deferat, venit contra legis preceptum. & sic indistincte erit vtrunq; casu deferens puniendus. l. prospexit. ff. qui & à quib. cap. si Romanorũ. 16. dist. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstand. Secundo ista prohibitio est propter publicam vtilitatem introducta, ne quis depauperetur ex nimio sumptu, qui contingere solet ex vestibus pretiosis, & excessiuis tam in principali, quam in ministerijs & officialibus, quod experientia hisce in regnis iam docuit, & refrenanda erit tam incauta, & excessiua impensa. cum intersit reipublicæ, ne quis re sua male vtatur. §. sed & maior. vers. expedit enim reipub. Institu. de ijs, qui sui vel alie. iur. sunt. Sed impensa infructuosa, ac ineffrenata ita contingit, si fiat ad vsum domi, quemadmodum si ad publicum extra domum. igitur. &c. Facit proœm. dictæ prag. ibi. *Y para euitar fraudes. &c.* Et inferius. c. 16. ibi, *que traxeren qualesquier ropas.* & c. 17. ibi, *dêde el dia q̃ fuere pregonada, y publicada, q̃ por cada vez que lo hiziere, o mandaren hazer, cayan, e incurran en pena.* Igitur omnino prohibentur non solum deferri, sed etiam fieri huiusmodi vestes, ac pro inde nullo modo possunt ad vsum fieri.

Tum etiam, quia hæc delatio solis constitutis in nobilitate, & dignitate sunt concessæ specialiter, & in priuilegium deferri, vt iam suprà habitum est. Et in constitu. vniuers. Salmantinæ. 24. ibi, præter Regum, Ducum, & Comitũ filios. Contrarium faciens facit in præiudicium legis, ac honorem priuilegiatorum, ergo poterit prohiberi, tanquam qui iuri & insignijs sibi non competentibus vti minimè veretur argum. l. eos. §. fin. ff. de fals. ca. dilecta. iunct. glos. fin. de excessib. prælatorum. intantum, quod lex prohibens portare vestes deauratas, vel de serico, vel alterius rei, non poterit præmissa ratione portare fictas, & contrafactas. Quicquid Bart. teneat in. l. 1. §. hoc interdum. ff. de font. non comprehendi sub pœna statuti, sed quòd debeat intelligi de veris, naturalibus, & non fictis. tex est pro hac sententia contra Bart. in. l. vellera. C. de vesti. holobe. & deaura. lib. 11. tenet Ludoui. Roman. in. l. 1. col. fin. nu. 16. ff. quod quisq; iur. & in. l. si verò. §. de viro. fallẽt. 42. nu. 73. ff. solut matrimo. & pro hac opinione Roma. est tex. in dict. pragma. *de las sedas.* c. 2 ibi, *Item que en las calças, y muslos no puedã echar, ni traher telillas de oro, ni plata finas, ni falsas. &c.* Sequitur ergo ex prædictis, quòd vtẽs vestibus inhibitis in prædicta pragm. cuiuscũque status, seu conditionis, & præeminentiæ sit, siue, priuatim domi, siuè extra, erit pœna prædictæ legis puniendus.

Facit in contrarium. l. 143. ibi. *e que a otras aueys tomado las sayas e ropas en sus casas, deziendo que las auiã vestido e traydo fuera de sus casas guarnecidas cõ la seda q̃ era vedada, aũque no se las hallauades vestidas.* verba etiã similia habentur in. l. seq. 144. lib. pragmat. regũ catholicorũ. igitur ex vsu extra domum potuerũt auferri domi, & non aliàs. Sed verba illa sunt enũciatiua, & narratiua, in quib⁹ disponẽs nõ se fundauit ad cõstituẽdã in hoc decisionẽ, nec nihil disposuit, ideoq; nõ obstat rationib⁹ p̃missis.

Præterea domus vniuscuiusq; causa quietudinis, & tutissimi refugij potius, quam molestiæ debet esse. l. pleriq;. ff. de in ius voc. l. 2. tit. 7. part. 3. sed si vestium delatio esset prohibita domi, daretur occasio inquietudinis, ac molestiæ nẽpe, quòd quis perscrutaretur ab istis officialibus, qui magis desiderãt & intendunt circa prædam, quam circa legum obseruationem. Sed illa lex intelligitur in causis ciuilibus, secus in criminalibus, vt est ista propter inobedientiam.

Præterea aut pragm. considerat sumptus, aut ne vilis persona ita incedat ornata, quemadmodum

dum nobilis. Si primum considerat, prout suprà aduerti, habet locum domi afferentes. Aut nobilitatem, & tunc domi non prohibetur, quia persona ibi facile cognoscitur, nec est causa ostentationis nobilitatis, quæ fit per actus extra domum. argu. distinctionis Georgij Nat. in repet. c. quanuis pactum num. 144. intelligẽtem Bart. doctri. in. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de font. quatenus decidit statutũ puniens mulieres, portantes perlas, non procedere in ea muliere, quæ portat perlas fictas ac contrafactas. Quam retulit ipse num. 143. col. 45. Georgi. Nat. in dict. cap. quanuis pactum. & diximus suprà. Quò fit, quòd meretrices incedentes domi cum ornamentis prohibitis ex communi huius regni obseruantia, non puniuntur pœnis legum prohibentium has vestes deferri. ergo ex interpretatione, quæ à consuetudine traditur, quæ optima legum est interpres, non debent capi vestes domi, nisi cũ eis fuerit apprehensus deferens extra locum suæ habitationis. argu. l. si Barsatoram. C. de fideiusso. & quæ not. Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras. §. 21. num. 12. fol. 95 de donat. inter virum & vxo. Non obstat, nam vetus pragma. 148. habet considerationem ad sumptus, ne detur ex hoc occasio consumendi patrimonium. vt patet ex princ. & inferius. ibi, *Sobre lo qual todo à nos como Rey è Reyna, è señores pertenece proueer y remediar, por manera que nuestros subditos no tengan occasion de vsar mal de sus cosas, ni de destruyr, ni gastar sus haziendas e rentas en cosa tan escusada, &c.* Ex quibus pragmaticis constat, vt euitentur sumptus, fuisse factam huiusmodi prohibitionem, ac proinde domi eas vestes contra tenorem pragmaticæ deferri minime licere, secus tamen eas habere. Et quia casus quotidie est in facto, videant qui lege lata hæc apertius decidere possunt cum illius sit interpretari, cuius est statuere. Interim tamen crederem non posse extra domum, nec domi deferre ex mente prooemij dictarum regiarum legum. Ex quo deducitur ratio finalis. l. Pacumeius. ibi, hæredem instituit hac præfatione. ff. de hæredi. insti. Hierony. Cagnol. in repet. l. si emancipati. nume. 175. C. de colla. notabilem dicit. & idem notat Deci. consi. 334. col. 2. num. 2. lib. 2. Seyur. in repet. l. 3. §. fi. nu. 3. & ibi latissime remissi. ff. de liber. & posth.

uisas; y en las vãdas, y en las sillas y frenos, y en las armas. Y esso mismo mandamos, y ordenamos nos q̃ se guardẽ los doctores, a

Dubium tamen est circa prædicta, vtrùm personæ ecclesiasticæ comprehendantur sub dispositione prædictæ pragmaticæ? Videtur quod sic. Nam statuta inducentia honestatem, comprehendũt clericos, qualis cõstat esse prescripta practica. Tum etiam, quia statuta laicorum. in his, quæ concernunt publicam vtilitatem, similiter comprehendunt clericos. l. additos. C. de ep. aud. & in casu de armis non portandis not. Ioan. de Platea in. §. Item lex Iulia. colũ. 3. nu. 108. Insti. de public. iudi. sed non portare has vestes superfluas, inhonestas, & prohibitas continet communem ac publicam vtilitatem populi, igitur eos cõprehendit pœna prædictæ pragm. quæ exigenda erit coram iudice ecclesiastico, vt in statuto de armis non portandis Platea loco præcitato decisum reliquit.

Quod notandum existimo in actu practico, & sequitur Ioan. Lup. in repe. ca. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio. num. 13. fol. 80. col. 4. versi. ad hoc facit quod insimul dicimus Doctores. quorũ priuilegia plura sunt vt per Matth. de Afflict. in. c. 1. de feudi succession. nu. 36. lib. 2. feudorum & Doctores dicuntur nobilissimi. l. prouidendũ. C. de postul. Matthæus de Afflict. in. c. 1. quis dicatur dux, com. vel Marchio es, co. 4. n. 13. fol. 37. vbi plures species nobilitatis, ponit, quas omnino vid, dicũtur q; Doctores legentes, clarissimi. l. diui. ibi, Saluij Iuliani amici nostri clarissimi. secundum Alexã. Ias. Iacob. nigrum, qui dicit communem. num. 27. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. quanuis ipse à communi velit recedere.

a ¶ *En los Doctores.* Nota, q̃ priuilegium concessum militibus armatæ militiæ, extenditur ad doctores, de quo per Alex. in. l. Centurio. ff. de vulgar. & pupill. vbi quærit, an priuilegium illius legis cõpetat doctoribus legentibus, vel aduocatis. Qui post multa concludit quòd sic. in numer. 17. quia militare dicuntur. l. aduocati. C. de aduocat. diuerso. iudi. Soci. num. 1. & Rip. nume. 12. refellere nituntur rationes Alex. Breuiter circa hanc dubitationem aduertendum est. Primò, quia quædam sunt priuilegia, quæ competunt militibus ratione dignitatis, seu nobilitatis, licet militia simplex non sit dignitas. vt dixi in. 1. gloss. & cuius causa priuilegia militibus concessa, competunt doctoribus. Constat namque ratione. Nam doctoratus est dignitas. cap. quanto. de magistr. vbi Anto. Panor. & Ioan. de Anani. nume. 3. hanc dicens communem opinionem esse. Guido Papa. decisio. 88. columna fina. numero tertio. Alexan. alios referens consil. 94. columna tertia numero secundo libro primo. Deci. in cap. proposuisti. column. fi. num. 18. de probat. Lancel. Galiaul. in rep. l. Centuri

turio.nume.20.ff.de vulgar.Præposi.in procem. Decreti.nu.14.sed militia non est dignitas. l. fin. C.qui milita.poss.lib.12.glos.in.l.1.C. de equest. digni.eod.lib.Bart.in.l.ex eo tempore.ff. de mili. teitamen.& in.l.1.C.de digni.lib.12. vbi tenet, quod nedum non est dignitas, sed nec nobilitas. Ideo doctor est præferendus militi armatæ militiæ, cùm sit in dignitate,ac nobilitate.vt Deci.in. d.c. proposuisti.nume.18.post.Alex.consil.94.lib.1. adnotatum reliquit. Hanc prælationem propter doctoratum ponit Bald. in procem. digestorum. in fin.num.21.& ibi Hierony.Cagnol.nume. 56. Alexand.& Galiaul.in repe.l.Centurio. num. 22. ff.de vulga.& pupilla Angel.in procem.Instit. §. Imperatoriam.col.2.num. 3. versicul. quæro quis præferendus sit miles.Deci. in cap. clerici. col. 5. nume.13.de iudic. Signo.de Homod.consil.23.incipi. Est quæstio disputata per me. vbi ad vtrãque partem adducit plures rationes tam pro doctore, quàm pro milite.Eum vide,quia subtiliter loquitur.Intellige.vt per Deci.in dict.c.at si clerici.co. pen.nu.12. vt in actibus doctoreis & promiscuis doctor sit præferendus militi. in actibus militiæ miles. Idem concludit Christophorus Lanfranchinus in quæst.per eum disputata incipien. Rem satis arduam,& mihi non paruam. num. 62. reperies in.12. volu. tract. vtrum præferendus sit doctor,an miles. vbi dicit sententiam omnium doctorum esse, doctorem militi præferendum esse: & eã optime modificat,atque intelligit, & ponit 16.priuilegia,quæ competunt doctoribus, à nu. 16.ad.29.vsque & Ioan. de Anani.in additioni.ad Signorol.de Homode.in tract. vtrum præferend. sit doct.an miles.num.48.Est etiam aliud priuilegium,quòd doctores sunt nobiles.glo. verb. nobilissimos.in.l.prouidendum.C.de postulan.expresse notat Bart.in.l.iudicis.nu.2. C. de dignita.libr. 12.Ange.in.l.sed & si susceperit.§.si liberti.col.1. vers.Item est optimum argum. ff. de iudic. Christopho.Lanfranchi.in dict.quæst.rem satis arduã. nu.19.Bartholomæ.Bolegni.in repe.authen.Habita.C.ne filius pro patr.nu.63.versic. nam scientia nobilitat hominem.& ex hoc dicto aliqua notãda infert Boeri.in.rep.l.consentaneum nu. 152. C.quomod.& quando iudex.

Est & aliud,quod doctores non possunt subijci torturæ.per tex.in.l.Diuo.&.l.milites. de quæstio.Alex.ad Bart.in.l.1.C.de digni.lib. 12. Boeri.in dict.rep. l.consentaneum. nu.154. Lancelo. Galiaul in rep.l. Centurio. num.26. ff.de vulgar. Lanfranchin. in dicto tracta. vtrum præferendus sit doctor,an miles.col.2.num.23. Ioan. Andr. in regul.Cum in contemplatione. de regul. iur. Platea.in.l.1.C.de professo.qui in vrb.Const.lib.12. Cyn.& alij in.l.milites. C. de quæstioni.text.expressus in.l.2.ibi,*nin a maestro de las leyes, nin a ome que fuesse consejero señaladamẽte del Rey, o del comũ de alguna ciudad, o villa del Rey, nin a los fijos destos sobre dichos seyẽdo los fijos de buena fama* ti. 30. par. 7. Quæ est notanda,nã secũdum Grego.Lopez. ibi, verb. *maestro.* de iure communi non reperies legem ita clarè hoc explicantem. Simi. lex est apud Lusitaniæ viros libr. 5. ordina. tit. 64.l.fina. ibi, *ou doutor em leys, ou en degredos, ou en physica.* Adeo locũ habet,quòd non valeret consuetudo in cõtrarium.l.omnes iudices.vbi expressim nu.2. Barto. adnotauit.C.de decurioni.lib.10. Galiaul. in dict. repe.l.Centurio.nume.26.Lanfranchinus vbi suprà.num.23.Hippolyt.in.l.edictum.num.5.ff. de quæstio.Boeri.in.repe. l. consentaneum.nu. 154. C.quomod.& quando iudex.Ias.in.l. de quibus. num.66.ff.de legib. Augustin. in additio. ad Angel.in tracta.de maleficijs.in part.Quod fama publica.versi.Sextò quæro.num.102.fol.paruæ impressionis.106.col.2.Hippolyt.singul. 556. incipien.Plura vt credo.Paul.Grillãd.in tract. de tortura.q.6.num.3. Thomas Grammatic. in voto. 1. num. 12. versi. quod consuetudo inducens. idem voluit in vot.25.col.3.num.4.quamuis litera corruptissima sit.& contra eius mentem contrarium dicere videatur Roma. singul. 488. & communiter tenetur secundum Ludo.Carreri.in rep.l. obseruare.collocata in princi. practicæ criminis nu. 180.pagin. 145. Dueñas in tract. regul. cum fallent.regul.190.incip. decuriones. versic. Amplia. quarto adeo.Est & aliud priuilegium, vt non teneantur ad onus hospitandi aliquem in sua domo,glos.in.l.qui immunitatem.C.de mune.patrimonij.lib.10.vbi Alex.in additio.ad Bart.num.3. & Ioan.de Plat.col.1.nu.1.Christopho. Lanfranchi.in tract.vtrum præferendus sit Doctor an miles col.3.num.24.l.fin.§.fi.ff.de iure immunitat.

Aliæ multæ prærogatiuæ doctorum enumerantur apud Lucam de Penna in. l. grammaticos. col.pen.versic.Itẽ nota quòd doctor.C. de professo.qui in vrbe Constantinopolita. lib. 12. Chassan.duas ponit in catalogo gloriæ mundi.8. part. consideratio.40.& conside.41.Plures quàm quadraginta prælationes ponit Petr. Lenauderi. in tract.de doctori.in.2.part.Octoginta & tres melius,ac resolutiùs quàm alius aggregauit Barbati. in procemi.Clementi.in.2.lectura. versic. vltimò quia quæstiones quæ tangi consueuerunt. nu.15. ad.nu.92.inclusiue vsque.Et alibi passim traduntur,& merito.Sed certe maiorem dignitatem consequebantur doctores antequam reipublicæ status subuerteretur à Cæsare,& huius scientiæ splendor inhumaniter deleretur, & post mortẽ ipsius, vt patet ex his quæ leguntur in.l.2.§.iuris ciuilis. ff.de origine iur.Hodie tamen in regno veluti profani

phani æstimati sunt, in derisum & contemptum habiti ab insipientibus inflatis falsa nobilitate, aliena à moribus ac virtute verè nobilium, vt omnibus notum est. Quod absque dolore cordis cogitare non possum, quia fortè literatorum copiã, (qui re sint prædicti literis propter peccata populi, quemadmodum de prophetis ad annuntiandum verbum Dei, vt in sacris habetur,) deesse in futurũ timeo. Quod Deus auertat. Bartholomæ. Bologni. in repe. authen. Habita. C. ne filius pro patr. nu. 54. vsq; ad. 124. & Boeri. in rep. l. consentaneum. num. 152. C. quomodo & quando iudex. Lancelot. Galiaul. in. l. Centurio. col. 5. vers. quarta cadit dubitatio. ff. de vulgar. & pupilla. plura etiam doctorum priuilegia cumulant. Et regul. cancellariæ Iulij Papæ. 2. in. 4. part. etiam præfert magistris & doctoribus, vbi vide glos. Item contra doctores, vel scholares sua petentes stipendia, vel alimenta non obstat compensationis exceptio. Rip. in. l. 1. col. fi. nu. 142. ff. solut. matrimo. Petr. Rebuff. in repet. authe. Habita. priuilegi. 166. C. ne filius pro patr. Sicut enim contra dotẽ non recipitur compensatio. l. 1. §. taceat. C. de rei vxor. actio. & plenè per Bald. de Bartholi. in rep. l. 1. ff. solut. matri. & Rip. ibi. ita nec contra doctorem, seu scholarẽ gratia studij. Nam si fortè compensatio obijceretur per mercatorem deferentem pecunias, cogerentur prædicti fame perire, & auocationis ansam a prælio literarum, docendiq; munere.

Est etiam aliud priuilegiũ, quòd doctores qui per viginti annos legerint, illustres efficiũtur. Adde Domi. Iacobati. de concilio lib. 1. art. 12. pagin. 28. vers. similiter non videtur habenda conside. secundum Bart. in procemi. digestorum. nume. 12. & ibi Hieronym. Cagnol. dicit communem esse nu. 46. Defendunt hanc partem Paul. Orian. nu. 23. & Iacob. Nigr. col. 6. num. 18. & Sebastian. Sapia. col. 1. num. 5. in repe. l. 1. ff. de offi. eius cui mãda. est iurisd. Et ita accipiendum quod dubitat Bartholomæus Bologni. in rep. authen. habita. C. ne fili. pro patr. per. l. vnic. C. de professori. q in vrb. Constanti. lib. 12. ibi, placuit honorari, & ijs qui sunt ex vicaria dignitate connumerari. vbi gloss. dicit. Sed vicarius æquiparatur. Comiti & Duci ergo est Comes & Dux. vt suprà de comi. & archi. l. 1. Purpurat. in. l. cùm quid. num. 71. ff. si cer. peta. & Rebuff. in auth. Habita. pagin. 363. priuilegio. 176. C. ne filius pro patre. dicentes adeò procedere, quòd tempus, quo publicè legit ante doctoratum, computatur ei in tempus viginti annorum, vt Comes efficiatur. Quod est notandum pro scholasticis Salmantinis, qui ante consequutum doctoratum plures annos soliti sumus legere publicè. l. 8. titu. 31. part. 2. ibi, *e despues que ayan teniendo veynte años escuelas de las leyes deuen hauer hõra de cõdes*. Ex quo optimo iure plures, quos in hac Salmanticensi vniuersitate legisse apparet per viginti annos publice iura in cathedris perpetuis sibi vendicant nomen illustrium personarum, vt inter alios est vnicum exemplar totius iuris sapientiæ Dominus ac doctor Petrus à Peralta. & non dissimilis Doctor Aluarus a Grado, ac Doctor Antonius Gomez legum professores, ac iubilati in hac nostra vniuersitate, & in iure Canonico Doctor Antonius de Aguilera, quos omnes præceptores habui per cursum vtriusque iuris, in quibus iuribus tam canonico, quam ciuili, lauream primam in hac vniuersitate (licet immeritò) fui consequutus.

Est tamen dubium. An huiusmodi nobilitas, exemptiones, ac priuilegia competentia ratione gradus doctoratus, sint personalia, vel competant successoribus in perpetuum? Istam quæstionem disputaui publicè in gradu meæ promotionis ad doctoratum? Et quod sint personalia, suadetur: quia ratione & consideratione personæ concessa sunt hæc priuilegia, ergo sublata persona doctoris de medio, cessat transmissio ad posteros. l. sordidorum. C. de excusationi. mune. libr. 10. Sorditiorum enim (inquit tex.) munerum excusatio delata personis, ad hæredem, successorem ve transire non potest. nec enim potest esse perpetuũ, quod non rebus, sed personis, contemplatione dignitatis, ac militiæ indulsisse nos cõstat. Addenda sunt, quæ not. Ioan. Crott. in repet. l. omnes populi. nu. 229. ff. de iustit. & iur. vbi ponit. 7. conclusiones. Sed huic legi respondebam, nobilitatem, seu exemptionem non transire in successorem, seu hæredem ascendentem, collateralem, seu extraneum, secus in liberos, & sic descendentes, in quibus nobilitas patris deriuatur, etiam si sint naturales, vt in. 1. glo. dixi. & est de mente glo. verb. ad hæredem. in dict. l. sordidorum. Ex quo infertur, quod filius doctoris gaudet priuilegio patris, etiã eo defuncto. Quamuis glo. in. l. 2. verb. filij & ibi Alberi. nu. 9. C. de episcopis & cleri. velit tantum patre viuente, non aliàs. Cui est simi. glo. in. l. medicos. verb. & filijs. C. de professo. & medic. libr. 10. vbi Ioan. de Platea col. 1. ad fin. eam sequitur, dicendo, quod hoc priuilegium conceditur ratione officij, nempe lecturæ. & studij. illo ergo cessante, cessant priuilegia. Plat. idem firmat in. l. in filijs, col. 2. nu. 4. versi. Quartò nota in verbo ipsos. C. de decurioni. lib. 10. Iaso. in. l. Scriniarios. col. fin. nume. 10. C. de testamen. milit. & in. l. filius à patre. §. filius familiàs. col. 2. nume. 3. ff. de liber. & posthu. Hippolyt. in rep. l. vni. nu. 41. C. de rapt. virg. Fernand. Loazes tracta. matrimo. 7. dubio. nume. 11. fol. 57. faciunt quæ scribit Rip. in. l. ex facto.

cto num.12.ff.de vulgar.& pupilla.est text. in. l. 13.titu.4.infrà.eod.lib.4. vbi mortuo patre priui legiato à solutione tributorum, non liberantur filij à contributione, imò tenentur soluere quem admodum alij pagani, & tributarij. Sed hæc lex regia potest intelligi in priuilegiatis ratione officij tantum, vt in ea constat, & in tabellionibus numerarijs, insimulq; publicis ciuitatum, Pragmatica Caroli Cæsaris in nostro regno cautum est in curijs de Madrid.ann.1554.l.128. secus si ratione laboris præteriti vnà cum officio legendi adiuncto dignitati doctoreæ, seu militiæ nam istud etiam mortuo illo, qui causam dedit priuilegio, durat, & transmittitur in successores descendentes.argum.text. in. §. constat eos solos prodesse, qui in acie amittuntur, ij enim, qui pro republica cediderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. Instit. de excusat. tuto. & sic cùm sit triplex causa coniuncta in doctore, vna cessante, non cessant reliquæ. Facit. nobilitas, quam vulgus ita appellat, transit in nobilem creatum à principe, ergo & ista nobilitas, cùm ab eodem principe sit inducta in doctore, vt est notum, quippe cum splendidior sit in filio doctoris, quam in filio alterius nobilis.l. 2. §. ergo Sabino concessum est. ff. de origi. iur. ibi dum dicit, proauum suum Seruiũ Sulpitiũ gloriabatur ex nomine Cassius, quòd a duobus clarissimis iurisconsultis Tuberone & Sulpitio descenderat. Denique Pomponius in nullo ante loco seriem natalium tam operose collegit. vt in dict. §. ergo in Cassio. Quod certe non est mediocre argumentum splendidis eos ornari maioribus, qui à Iurisconsultis nascerentur, vt non immeria doctorum liberi (si modò parentes & doctrina, & integritate sunt monstrabiles,) sanguinis seriem cum gloria recensere possint. Colligi porrò ex eod. textu. potest euidens argumentum contra nobiles, qui cum frequẽter legali scientiæ operam dederint, nomen tamen doctoris fastidiunt, cum legalis doctrinæ lumen, nobilitati magno interuallo præluceat.

Probari etiam poterit quòd transeat ad descendentes etiam mortuò patre, qui fuit causa nobilitatis & exemptionis. Nam ex nobili producitur nobilis, & sic causa influit in suum deriuatum.l. 1.C.de digni.lib.12.vbi litera sic se habet. Si (vt proponitis) & auum consularem, & patrem prætorium virum habuistis, & non priuatæ conditionis hominis, sed clarissimibus nupseritis, claritatẽ generis retinetis. vbi Barto. & Ioann. de Platea. & in.l.si Senator.eo.titu.l.Senatoris filium.ff. de Senato. Nobilitas enim a progenitoribus seminatur in posteros. Bald.in.l. cum antiquioribus. colũ.3. quæst.8.C.de iure deliberand. & Lucas de Penna in.l.mulieres.col.3.versi.Sextò in nobilitate progenitorum.C.de digni.lib.12. Gloria enim hominis ex honore patris sui, & contumelia filij pater. Sapient. 3. Vnde susceptus ex patre nobili, sine alia dignitate censetur nobilis.l.3.C. de commer. & merca. Idem & fortius, si ex dignitate nobilis est.l.Senatorum.C.de digni.lib.12. Lucas de Penna in dict.l.mulieres.colum.3.Guilielm.Laud. & Card.quæst. 2. in clem.vni.de Baptism. Panorm. in.cap.licet.in fin. de censib. Andr. Tiraquell. de nobilitate.c.15.num.1.Chassan. in catalogo glos. mund.8.part.considera. 24. Sed doctor est nobilis, ac in dignitate cõstitutus.Bart.in.l.iudices. C. de digni.lib.12.Chassanæ. in consuetu. Burgundiæ rub.4.§.19.in princ.versic. quæro qui dicãtur nobiles. & vbique tradũt doctores. vbi de priuilegijs eorum diximus supra tractasse, ergo transmittitur ad posteros in perpetuum. Cum causa nobilitatis iam fuerit consequuta suum effectum per gradum doctoratus circa liberos, & sic quanuis causa cesset, non cessabit effectus iam consummatus, & perfectus in vita patris erga suos descendentes. Et ista nobilitas ciuilis saltem durat vsque ad pronepotes inclusiuè, & non vltra extenditur, cum causa nobilitatis non transit ad posteros, vt ista, quã accidentaliter quis consequitur. glos. in l.1.C.de digni.lib.12.l.1.ibi, ad filios eorum atque nepotes ipso ordine sanguinis. C. de priuilegijs eorum, qui in sacro palatio militant.lib.12.l. diuo Marco.C.de quæstioni.vbi vide quæ notat. Petr. Cyn. & Alberi. & Bart.in.l.emancipatum.§. fina. ff.de Senatori. Facit etiam lex.3.titu.9.infra.eod. lib.4.ibi, *pueda lo fazer el mas cercano pariẽte que ouiere del muerto fasta segundos fijos.* Et sic priuilegium nobili cõcessum extenditur vsque ad pronepotes Ad idẽ ꝙ vsq; ad pronepotes extẽdatur, notat gl. in.l.liberos.verb.ex liberis.ff.de Senato. sententiã cuius nullũ impugnare fatetur Ioan. Crott. in repet.l.omnes populi.num.235.ff.de Senatori. Tiraquell. eandem partem tuetur in tract. de nobilita cap.15.nu.2.Bartholomæ.Chassan.in catalogo gloriæ mundi.8.part.consideratio. 24. post Bart. nu.35.Plate.& Luc.de Pen.in dict.l.1.C. de digni.lib.12.Bonus de Curtili de nobilitate.4. part. nu.35.adeò filij doctorum gaudent nobilitate, ac immunitate parentum, siue in doctorea dignitate constitutus eos susceperit, siue ante, dum tamen legitimi, & naturales sint.l.naturalis. & ibi expresse Ioan. Orosci.nu.3.ff.de Senato. Sed in hoc nõ ita indistinctè procedẽdum est, cum sint plerique docto. ac iura vrgentia partem negatiuam. l. si Senator.C.de digni. lib. 12. & ibi Bart. Andræ. Tiraquell. plura refert in tract. de primogenitu, quęst. 31.nu.2.& in tract. de nobilitate.cap. 15. num. 7. qui consulendus erit.

Si igitur nobilitas doctoris beneficio principis propter

propter ſuas vigilias, immenſoſq; labores fuit ei conceſſa, vt ſuprà dictum eſt, & argu. l. titul. 27. part.2.ibi, *Puede les dar hõra de fijos dalgo a los q̃ no lo fueren por linaje.* trãſitq; vſq; ad pronepotes (vt communis omnium ſententia vbique profert,) conſequens erit, quod à pronepote non debet ceſſare, tum quia ſuum ius eſt fundatum in nobilitate proaui, ſeu aui, ac eius patre, & nobilitas ſic probata, in iſto regno inducit perpetuum ius exemptionis. eſt tex. receptus in regno in l. 86. ſtyli. cuius verba nobiliſsima in propoſito iſta ſunt. *Otroſi, es a ſaber, que el que es fijo de cauallero de partet del padre, maguer dẽde arriba viniesse de otros hombres q̃ no fueſſen fijos de algo, recebirle han a repto, y en toda honra de fidalguia. Ca eſte tal es juzgado por fidalgo.* Et eſt ſim. l. 1. titul. 11. part. 7. l. priuilegio. ibi, paternę erit ſuccedaneus functionis. C. de decurionib. lib. 10. Doctor eſt miles, nobilis, ac in dignitate conſtitutus, vt præmiſſum eſt, ergo & filij filiorumque eius; maximè cum ex interpretatione conſuetudinis, quæ eſt optima legum interpres; tales filios in perpetuum ſecluſa graduum deſcendentium reſtrictione nobiles iudicat vbique terrarum, & merito, nam virtus eſt præmiãda, & ſine præmio nullus ſe ſupponeret labori immenſo, periculoque vitæ, cũ militia literarum non ſit repentina prout eſt armatæ militiæ, ſed totius vitæ doctoris, igitur perpetuo durare debet premium fortiſsimi militis in filios, vt ex tali præmio honoris perpetuo cæteri alliciantur inſeruire reipublicæ, quod vtile, ac neceſſariũ valde eſt vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ. Facit. l. 12. tit. 2. lib. 7. infra. ibi, *porque naturalmẽte la eſperança del gualardõ deſpierta los hõbres a trabajar ſer buenos y virtuoſos, y los diſcretos conoſcen que la honra es priuilegio de la virtud.* Ad idem. l. 6. tit. 27. part. 2. l. 2. titul. 10. part. ead. ibi, *loandoles los buenos fechos que fizieron en manera q̃ ganẽ porende fama e buen prez.* Text. eſt etiã formalis in. l. 17. ibi, *que les turá toda via tãbien en muerte como en vida.* tit. 13. part. 2. text. ſecundũ Bart. in auth. de monach. §. fin. vbi homines ſunt honorandi ſecundũ merita & virtutes. Chaſſan. in catalog. gloriæ mundi. conſi. 3. part. 1. l. vnicuique. ibi, ſui loci merita ſeruari oportere conſtituimus. C. de proxim. ſacro. ſcrinio. lib. 12. l. iubemus. C. de aduocat. diuerſ. iudi. l. nemini. verſ. filios. & l. petitionem. C. de aduo. diu. iudicio. l. quoties. C. de priuileg. ſchola. l. mulieres. C. de incolis. lib. 10. vbi filij, & vxores ex perſona maritorum, eis mortuis, potiuntur nobilitate, ac exemptione eorũ acſi viuerent. l. 6. tit. 2. infrà hoc lib. 4. Ratio, quia pater, & filius eſt vna caro. l. ne cum filio fam. ibi, ſed natura rei impedimento eſt. ff. de furt. c. contradicimus. 35. q. 3. gloſ. in ca. pœnitentia. de pœnitentia diſt. 3. & quatenus eſt filius, eſt aliquid, & pars corporis patris. S. Tho. 2. 2. q. 57. art. 4. in reſp. ad ſecundum, ergo vna & eadẽ res non debet pro parte iudicari libera, & nobilis, & pro parte alia, & ſic deſcendentium e diuerſo ignobilis. & tributaria. cap. cum in tua de decim. l. cum qui. ff. de vſucap. Si igitur omnes deſcendentes ſunt caro doctoris benemeriti, in perpetuũ labe ignominiæ, & ignobilitatis non debet lacerari. iuxta illud Deuteronom. 25. Ne fœde laceratus ante oculos tuos habeat frater tuus.

Præterea nihil infelicius eſt, quã fuiſſe felicē. Et mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, non eſt aptus regno Dei. Quæ omnia contingere poſſent præmiato, ſi poſt vitam ſuam vitam filij primi, vel ſecundi gradus tractaretur de ſua priſtina pauperate. per. l. 2. ibi. Quid enim tam durum, tamq; inhumanum eſt. C. quando & quibus quarta pars debetur. lib. 10. ac obſcuritate parentum ad reducendos nepotes in vilitate priſtina, vt vnuſquiſq; ſanæ mentis colligere poteſt. Ergo ne ſequatur iſtud abſurdũ, fateri neceſſe erit, ꝙ nobilitas conceſſa ob pręmium virtutis, habet vim perpetuæ conuentionis interprincipem, & præmiandum, ſi ad doctorale faſtigium peruenerit: & ſic cum peruenerit, iure naturali, quo obligatur princeps cum ſubdito, reuocari vnquam poterit, cùm quis ſe expoſuit mortis periculo, vt deinceps in ſucceſſoribus per famam, ac gloriam viuere intelligatur. l. qua actione. §. ſi in colluctatione. ibi. gloriæ cauſæ, & virtutis. vbi glo. aduer. ff. ad. l. Aquil. l. nam & ſi ſub cõditione. §. eius qui. ff. de cond. & demonſtr. & in princ. Inſti. de excu. tuto. Et Cicero in ſomno Scipionis dicit. Omnibus qui patriã ſeruarunt, auxerunt, certum eſt in cælo. & definitum locũ, vbi beati ſempiterno æuo fruũtur. Honor ſemel inchoatus, cauſam perpetuã continet, ac irreuocabilem. l. æſtimationem. §. qui pro honore. ff. de mune. & hono. l. 1. §. non ſemper. ff. de pollicitatio. l. toties. §. ſi quis pecuniam ob honorem. & l. ſi quis honorem. ff. eo. Et cõfirmatur ex l. vni. C. de pericul. ſucceſſo. lib. 10. Et Mõtalu. in l. 7. tit. 4. lib. 3. for. leg. in verb. *otro ome.* Igitur cũ cauſa mouens fuit præmium, ſuo effectu minimè defraudanda erit.

☞ Suadetur præterea. Conceſſum propter aliquã cauſam, etiã defuncto priuilegiato, non extinguitur, ſed viget, ac perpetuum eſt vſque ad executionem beneficij. l. non ſolum. ff. de in integ. reſtitu. l. minor autem. §. ſi. cum. l. ſeq. ff. de minorib. l. ea quæ. C. de tempo. in integr. reſtit. l. hæredes. C. ad Velleia. Quibus locis cautum eſt, ſtante cauſa læſionis, tranſire beneficium reſtitutionis ad hæredem. not. Dyn. Ioan. Andr. & communis in. c. priuilegium. de regul. iur. in. 6. Ioan. Lecerier. De primogenitura. q. 1. tertij. libr. nu. 6. Sed ſi nobilitas

cessaret in descēdētibus doctoris, staret læsio, cum præmiū virtutis cessaret, vt probaui, ergo debet trāsire in perpetuū in successores per lineā descendentium, maximè quia istud Principis beneficium decet esse mansurum, ac latissimè est interpretandum. l. beneficium. ff. de constitu. Princip.

Adstipulatur etiā tex. in sui ratione in. l. si quis authoritate. C. de omni agro desert. lib. 11. ibi, Nimis absurdum est eos, qui nobis hortantibus fundos inopes, atque egenos magno labore impenso, aut exhausto patrimonio, vix fortè meliorare potuerunt, vt potè deceptos, inopinatum onus suscipere, illudque velut quadam circumuētione deposci, quod si se daturos præscissent, fundos minimè suscipere aut etiam colere paterētur. Si igitur arbitraretur laborans indefessè in prælio literarū, quod honoris præmiū, ac gloriæ expirare posset modo, quo glossæ, ac iuris interpretes autumāt, sine dubio recederet à tanto malo, & periculo: sed quia sperat præmium irreuocabile, nititur prælium sustinere in literis. Quemadmodum fecit Dauid inuitatus præmio gloriæ, famæ, ac diuitiarum aduersus Goliad. 1. regum. c. 17. ibi. virū ergo qui percusserit, ditabit rex diuitijs magnis, & filiā suā dabit ei, & domū patris faciet absq; tributo in Israel. Et ait Dauid ad viros, qui stabāt secum, dicens. Quid dabitur viro, qui percusserit Philistæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? &c. sic sanctus ille vir fecit inuitatus spe laudis, & præmij, aliàs non se in tali posuisset periculo, etiam pro salute sui populi, vt ex lectione sacra facilè quis poterit perspicere. Et in Psalm. 118. dicit, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem Et patriarcham Iacob constat propter eius vxorem Rachelem plures inseruisse annos. Et nonnullos mortem sibi ob gloriam adipiscendā cōsciuisse constat, & passim legitur. Quod aliàs minimè fecissent vt patet, præsertim in. l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniust. rupt. irritoque testamē. ibi, vel iactationis. Igitur cùm honor sit præmium virtutis secundum Thom. 2. 2. quæst. 126. articul. 4. quod præmium locum non haberet, imò verteretur in dispendium doctoris, si non esset perpetuum, suscitando memoriam prædecessorum, quod solum alicui contingere debet talis refricatio ignominiæ propter delictū. l. quisquis. ad. l. Iuliam. maiesta. l. si is cum quo. vbi Alberi. ff. comu. diuid. & capit. felicis. §. quod si quis. de pœn. lib. sexto. Et sic inducta ad incrementum honoris, cōtrarium effectum, & sic infamiæ inducerent. Qđ negandum est, præcipuè cum sit in fauorem ciuitatum, eiusque ampliationem, habere homines literatos, qui eam defendant, & sic priuilegium tale potius est ampliationi, quam restrictioni tradendum. l. 1. ibi, ampliandam enim magis nostram ciuitatē, quam minuendā esse censemus. C. cōmunia de lega. l. 2. C. de indict. viduit. tollen. l. fi. de bonis liber. l. 1. ff. solut. matri. l. 1. in. fin. C. de stud. liber. vrb. Romæ. lib. 11. hoc modo legato. ibi, legem enim vtilem reipublicæ adiuuandam interpretationem. ff. de cond. & demonstr. & illic. glo. inquit. nota fauorem extendi. Et illud debet præferri, quod vniuersalius imminet publicæ vtilitati. l. vtilitas. C. de primipilo. lib. 12. l. ex omnibus & ibi Lucas de Penna de Decurioni. libr. 10. Ioan. Montan. in tractat. De authorita. magni concilij. num. 147. Et sic cum leges generaliter loquuntur respectu descendentium in. l. 1. C. de digni. lib. 12. & l. medicos. ibi. vnà cum vxoribus, & filijs. C. de profes. & medi. lib. 10. & l. liberos. ff. de Senatori. generaliter sunt intelligendæ absque restrictione per præmissa, cùm non sit interpretatio Imperatoris, seu legis, sed Accursij, & doctorum, erit probanda, non tamen necessaria, cùm nostra sit melioribus rationibus fundata, ac æquitate, & interpretatione totius regni, iure optimò præferendam esse existimamus, salua saniori sententia melius sentientis in ea de iure.

Nec obstat si quis dixerit priuilegium personale extingui cū persona. Nam intelliguntur dicta iura, quando respectu tantum personæ priuilegiatæ fuit concessum absque causa meritorum præcedētium, vt in doctore vt præmissum est, ideoque trāsit ad descendentes.

Vel eo casu, quo priuilegium non esset ratione nobilitatis, seu dignitatis insertum in corpore iuris, nam talis exemptio finitur per mortem priuilegiati. quia res de facili reuertitur ad ius commune, contra quod fuit concessum, dict. l. sordidorum. nos autem loquimur in priuilegijs inductis fauore reipublicæ, & in corpore iuris insertis, ideoque morte non extingui necesse erit. l. milites &. l. diuo Marco. C. de quæstioni.

Vel loquuntur in priuilegijs, quæ non habent præuiam causam, & sufficientem remunerationis, nec promissionē iuris, si ad quid tale peruenerit legitimè, quemadmodū est in peruenientibus ad gradum doctoratus. Secùs tñ in nostro casu, quo loco vim remunerationis, ac cōtractus gesti cū Principe, ac republica, ideo perpetuum est: & sic cessante persona priuilegiati, non cessat causa remunerationis, quæ rationē perpetuā habet. & sic trāsit ad filios in perpetuū ratione subiectæ materiæ, & etiā si impropria sit filiorū extēsio, tamē hoc casu latè accipiēda est, quemadmodum si liberorum nomine fuisset expressum in. d. l. medicos. quæ per verbum, filios, fuit loquuta in nostro casu. l. liberorum. versi. Sed quod Papinianus. & l. iusta interpretatione. & l. filij. ff. de verb. signi. vt latè colligitur

y oydores de la nueſtra audiencia a. Y por que los caualleros deuen ſer eſmerados entre los eſcuderos en ſus traeres. Por eſto ordenamos q̃ ningun eſcudero traya paño de oro, ni adobos de oro en los paños ni en las bandas, ni en las ſillas, ni diuiſas, ni armas, ſaluo en la orladura de las armas de la cabeça, y de los quexotes, y de los frenos y petrales, que puedan traer dorados. Pero tenemos por bien que los de la gineta puedan traer doradas las eſpuelas, y ſillas, y las eſpadas, y los frenos, y las aljubas ginetas: y que no trayan oro en las vandas, ni otra coſa alguna. Otroſi, tenemos por bien, que los ciudadanos de las ciudades, y villas y lugares de nueſtros reynos, que puedan traer paños de lana, con armiños y con peñas veras, y griſas blancas, y cintas y eſcaques dorados, ſillas y frenos. Pero que no ſean de los que andan en habito de eſcuderos, que ſiruen a nos, o a otros qualeſquier ſeñores.

¶ *Ley. II. Que las mugeres de los caualleros traygan dorado.*

¶ Idem.

¶ *Eſta ley y la ſiguiente eſtan alteradas en eſto de los veſtidos por el titulo doze. lib. 7. Recopilationis.*

gitur ex notatis ab Anton. de Roſeil. in tractá. de ſucceſsio. ab inteſta. nu. 125. §. ego autem ſequor. & Ioan. Crot. in repe. l. omnes populi. nu. 235. ff. de iuſti. & iur. Sapiens ergo in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. Eccleſiaſt. 37. Et ſic nobilitati nõ ex cauſa vtili ac reipublicæ neceſſaria, quemadmodum eſt de qua loquimur prouenire ſolet priuilegium exemptionis perpetuũ. Quanto maiori ratione, vbi tot cauſæ præſtãtiores, ac pericula præcedunt dignitatis conſequutionẽ: maius enim præmium maiori virtuti debetur. Diuus Tho. in. 4. diſtinction. 34. quæſtion. 4. ad tertium.

a ¶ *Oydores de la nueſtra audiencia.* Auditores iſti dicuntur Patritij. l. 7. titul. 18. part. 4. Et nõ ſolum procedit in conſiliarijs regis, qui ſtatus (vt vocant) conſiliarij ſunt, cameræ, vel à ſecretis, ſed & latius patere, vt regij conſilij, eo amplius & Pinciæ, Granatęque etiam qui ſunt auditores, ea voce apud nos cõtineantur. Et ita pluribus admonuiſſe teſtatur Ioan. Oroſci. in. l. Senatores. col. fi. numero. 4. ff. de Senatori. qui alias Decurionum loco ſunt ſubrogati. l. vniuerſos. & l. ſi quis Decurio. & ibi Bar. C. de Decurio. gloſ. ſingu. in. l. ſed & ex dolo. §. 2. verbo. Decurionum. ff. de dolo. Catus Papien. in rub. De Senatoribus. colum. 3. num. 6. Andræ. Tiraquel. de nobilitat. c. 6. nu. 20. Et conſiliarij Principis ſunt illuſtres. text. in. l. quiſquis. ibi, de nece etiam virorum illuſtrium, qui conſilijs, & conſiſtorio noſtro interſunt, Senatorũ etiam, nam ipſi pars corporis noſtri ſunt. C. ad leg. Iuli. maieſta. Et ibi Ange. Iaſ. Iacob. Nig. in. l. 1. col. 4. verſic. Contrariam opinionem. numer. 11. Paul. Oria. numer. 23. & Purpura. num. 128. colũ. 16. qui col. ſequent. numero. 133. verſi. Saluando tamẽ, hanc dicit communem. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. Antoni. Corſet. in tracta. De poteſtate & excellentia regia. 3. part. quæſtione vigeſimatertia. numero. 16. Alexan. conſilio. 94. columna ſecunda. libro primo. Effectus autẽ illuſtriũ perſonarũ ſunt plures, de quibus per Purpurat. in dict. l. 1. nu. 141. col. 18. cũ. 5. ſequentibus. quo in loco ponit. 15. Bartholomæ. Bolog. aliquos refert in rep. auth. Habita. nu. 120. C. ne fili. pro patr. Chaſſanæ. in catalogo gloriæ mundi. 7. par. conſidera. 3. Quos notabis, quia facient tibi honorem, dum fueris coram illuſtribus perſonis.

¶ Lex. II.

¶ Las

OTros las mugeres[a] aſsi de caualleros[b] como de eſcuderos, y de otros qualeſquier: y de qualquier eſtado, que traygan dorado como quiſieren.

¶Ley.III. *La pena de los q̃ truxeren dorado.*

Idem.

ADDICION.

¶Eſta ley y la precedẽte eſtan alteradas en eſto de los veſtidos por el tit.12.lib.7.Rec.

QValquier, o qualeſquier q̃ truxeren dorado ſaluo los ſobredichos que pierdã todos los paños[c] y otras coſas qualeſquier en que los traxeren: y que ſea la tertia parte dello para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el alguazil, y la otra tercia parte para el acuſador.

¶Ley IIII. *De los que fueron armados caualleros, que primero eran pecheros.*

¶El Rey dõ Iuan.I. En Valladolid. Año de mil.cccc.xvij.

ADDICION.

¶Eſta ley ſe cõtiene en la ley 1.titul.1.lib.6.Recop.en ſu decision aunque en algunas palabras eſtan traſtrocadas pero no obſtan ni contradizen a la deciſion de eſta ley.

COmo quier que el ſeñor rey don Iuan, por vna ſu pragmatica[d],

a ¶*Las mugeres.* Quæ veſtes poſsint deferri tam à maſculis, quam à fœminis, apud nos eſt prag. nouiſsima Caroli Cæſaris olim Hiſpaniæ illuſtriſsimi regis quæ dicitur *de las ſedas*. Apud Aragones ſunt tributæ leges à Philippo Hiſpaniarum Rege in curijs generalibus apud villam Montiſoni ann.1553 Quæ quidem leges reperiũtur impreſſæ in fin. lib. fororum regni Aragonum.

b ¶*Caualleros.* Idem in mulieribus doctorum. vt ex.l.1. ſupra eod. colligi poteſt. & ibi dixi, & in grãmaticorũ vxoribus, & profeſſores artium liberalium, quæ æquiparantur medicis, & doctoribus.l. medicos &.l. fin. C. de profeſ. & medi.lib.11.l.fi.§.fin.ff.de munéri. & hon. l. ſi duas. §. grammatici. ff. de exc.tuto. ergo cum ſint æquiparati à lege: diſpoſitum in cæteris doctoribus medicis, & legum profeſſoribus, quibus ſunt comparati locum habebit etiã in vxores ipſorũ & alijs priuilegijs. not. Rimінald.cõſi.3.ſpectabiles Domini Iudices.lib.1.

¶*Lex*.III.

c ¶*Que pierdan todos los paños.* Pœna deferẽtium veſte prohibitas ſe fundat in euitando ſuperfluum, ac dãnoſum ſumptũ ſubditorum, ideo nec extra domũ, nec in domo contra prohibitionem legis licet eas deferre abſq; pœna. vt declaraui in.l.1. in gloſ. 2, ſupra eod. Vtrum aũt ſit neceſſaria ſentẽtia condẽnatoria ad hoc, vt exequi poſsit pœna huius, vel ſimiliũ legũ? Reſpõdendũ eſt neceſſariã eſſe ſentẽtiã declaratoriã ſup factũ p̃exiſtens, declarando in illũ cõtra legis prohibitionẽ perpetratũ, ac ex eo cõdẽnãdũ eſſe iuxta formã legis *de los trajes brocados eros, y ſedas.* tex. eſt in. ca. cum ſecũdum leges. in ſi. de hære. lib. 6. Rom. cõſi. 21 col. pen. verſ. Secundo moueor. Alexan. cõſi. 124. Omiſsis ſuperfluis. n.2. lib. 1. Quib⁹ locis habet, q etiã vbi pœna imponit ipſo iure, nihilominus reqritur in ea cauſæ cognitio, & de in d̃ ſentẽtia priuatiõis declaratoria propter factum, ſeu delictũ præexiſtẽs de quo fuit accuſatus. l. de qua re. ff. de iudic. Clemẽ. Sæpe. ibi qa iuxta petitionis formã p̃nũtiatio ſequi debet. de verb. ſigni. & ibi gl. & in. d. prag. de p̃hibitione veſtiũ. c. 16: cõſtat. ibi. *lo qual ſe reparta en eſta manera, la tercia parte pa la nueſtra camara, y la otra tercia parte pa la perſona q̃ lo denũciare, y la otra tercia pa el juez q̃ lo ſentẽciare.* Igitur ſi accuſator interuenire debet, ac ſententia in prædicta cauſa, merito ordinarie cum cauſæ cognitione erit tractãda. ¶*Lex.IIII.*

d ¶*Por vna ſu pragmatica.* Supple data in ciuitate

Toleti.

dada en Toledo, año de veynte y dos, ordeno y mãdo, que todas y qualesquier personas, de qualquier ley, o condicion, lo estado que fueron armados caualleros despues que el reyno, assi por el, como por su mandado: los quales primeramente eran pecheros que no se pudiessen escusar ellos ni sus fijos, que tenian antes de la dicha caualleria, por la dicha orden de caualleria, de pagar y pechar: mas que pechassen y pagassen todos en qualesquier pechos, assi reales como concejales, segun que antes de la dicha caualleria eran tenidos de pagar: no embargantes qualesquier cartas y aluala es que sobre ello ouiesse dado. Pero que los tales pudiessen fiar y desafiar, y reptar, y vsassen y gozassen de todas las otras franquezas, y libertades, y prerogatiuas a fuera de los dichos pechos. Pero el dicho señor rey, despues en las cortes que fizo en çamora, año de treynta y dos, ordeno, y mando: y nos ordenamos y mandamos, que todos aquellos que fuessen armados caualleros por nos, o por nuestro mandado, no se puedan escusar de pagar y contribuyr, en pechos, y en derramas, reales, ni concejales: saluo aquellos que continuamente tuuieren cauallo y armas, y siruieren a nos en las guerras: assi como si de nos tuuiessen tierra y acotamiento: pero que el cauallero que fuere de edad de. 60. años[a] arriba, no es tenido, ni deue ser apremiado

Toleti. ann. 1422. Die vero. 20. mensis Decembris. fol. pragma. regũ Catholicorum. 139. ibi. *Pero es la mi merced, que los caualleros que yo hize, y arme, y mande armar hasta aqui &c.* & l. 5. infra codẽ.

a ¶ *Sesenta años.* Nota ætati deferendum. l. manifesti iuris. & ibi gloss. C. qui ætate vel professio. se excusarit. libro. 10. A tutela excusatur quis, si fuerit septuagenarius. §. Item maior 70. ann. Institut. de excusatio. tutorum. gloss. in. l. 3. C. qui ætat. vel professio. lib. 10. Et senex dicitur in sexagesimo anno constitutus. l. si pater familias. §. in arrogationibus. vbi vid. gl. verb. sexaginta. ff. de adopt. Glo. 1. in. l. inuiti. verb. senes. ff. de testib. dicit senes illos dici, qui sunt maiores septuaginta annis. l. manifesti. ibi, septuagenario. C. qui ætat. vel professio. libro decimo l. maiores. ff. de iure immuni. Maiores (inquit Vlpianus) septuaginta annis à tutelis, & muneribus vacãt. sed qui ingressus est septuagesimum annum, nondum egressus, hac vacatione nõ vtetur, quia non videtur, maior esse septuaginta annis, qui annum agit septuagesimũ. Et in Psalm. 89. dies annorum nostrorum septuaginta anni. Paul. ad Hebrę. 8. Qđ veterascit, & senescit, prope interitum est. De senectute, & eius causa inducta videre licet apud Valeri. libro secundo. capitulo primo. & Cicero. de senectu.c. & capitul. consideranda. ibi, vt senibus pl[us] largiaris. 86. distinct. Archidia. in ca. domino sancto.

personalmente yr a la guerra por si: saluo por otro [a] mas siempre deue tener armas y cauallo. Y el cauallo sea de valor de tres mil marauedis, y el arnes cumplido de platas y fojas. Y sobre esto tengan cauallo y haca, pero cauallo y armas continuamente las ha de tener, y en otra manera no goze de los priuilegios, y exempciones de la caualleria. Y mãdamos que los hijos que fueren nascidos antes de la caualleria [b] que no gozen, saluo los que fueren nascidos despues de la caua-

cto.num.6.distinct.50.Et senectus semper est veneranda.Iacob.de Bellouisu in practi.iudiciar. titu.de inuasore,& offendere volente.nu.30. l. fina. ibi, semper seniorem iuniori.ff. de fide instrum. l. semper in ciuitate nostra. ff. de iure immunita. Quinquaginta prælatiões seu priuilegia ratione ætatis senibus cõcessa, explicat Barthol. Cepol. in tracta.de Imperatore milit. deligendo. capitul. primo. in. 6. volum. tract. Socin. numero. 16. colum.3.&Iaso.numer.11. in. 2. lectur. in. l. cũ quid. ff. si certum peta. vbi plenius per Purpurat.num.45.columna.6.versi. Tertio in materia prælationis. Alciat.in.l. pueri appellatione.colum.fin.ff.de verb. signifi.& in tract.de præsumptioni.regul.1. præsumptio.45. Chassanæ, omnino videndus in catalogo gloriæ mundi. 11.part.considera.17.Andræ.Tiraquell.in tracta. de primogenitura.in princip.nu.75.cum pluribus sequent.Et pœna mitigãda est propter ætatem in grauescentem.l.si quis in graui.§.ignoscitur. ff. ad Sillania.Plura scribit in hoc Andreas Tiraquellus in lib.de pœn.temperan.causa.8.nu.1.

a ¶ *Personalmẽte yr a la guerra por si, saluo por otro.* Priuilegiatus ergo aliqua ratione, nempe senectutis, vt hic,debet inseruire per substitutum. Ad idem l.5.infra eodem.l.1.C.de præposit. agenti. in reb. lib.12.ibi, consideratis eorum laboribus per substitutum chartularium eiusdem scrinij, cui præfecturus est ipse,idoneum, & tam moribus optimis præditum,quam scientiam,peritiamq; rerum habentem,electione sua,suarumq; periculo facultatum præfatum munus eos implere præcipimus. Ex quo text.Bart.num.4. notat ibi, quod volens seruire per substitutum, semper debet seruire per hominem eiusdem qualitatis,& conditionis, vt ibi cautum est,dum dicit, chartularium eiusdem scrinij.Ex quo infert, quod si doctor vult seruire per substitutum,debet seruire per doctorem, non per scholarem,licet sufficientem. Quod est notandum ad constitutionem vniuersitatis Salmantinæ 11.in qua cautum est Doctorem requiri ad regimẽ cathedrarum perpetuarum, quod substitutus debet esse doctor,non obstante interpretatione aliquorum Doctorum posita in fine constitutionũ, quæ dicit posse,& intelligendam esse constitutionem quo ad principalem lectorem,non quo ad substitutum. nam illa interpretatio est contra ius, nec est admittenda in præiudicium Doctorum, qui talem substitutionem legere contendunt: & si eo tempore,quo facta fuit interpretatio, non erat copia doctorum in vniuersitate,nunc tamen est plurimorum literatissimorum,atque doctorum in omnibus facultatibus copia exornata, & sic cessare merito debet talis interpretatio.c.magnæ.cum sua gloss. de vot.&.c.cum cessante.de appella.argum.tex. in cap. non debet.in princ.de consangui. & affini. debet deleri in præiudicium Doctorũ, quoniam eorum opinio fuit probabilis, non tamen est necessaria, cum sit contra ius, ac mentem constitutionis inspecto præsenti tempore,in quo est augmentum illustre, ac copia doctorum: & quamuis plures sint iuuenes,non ex eo sunt frustrandi, imo laudandi,qui ita strenue laborauerunt, vt legitime post palmam laboris emeriti,principatus, seu doctoratus honore fuerunt remunerati.argumen.l.1. C.de princi.agenti.in rebus.libr.12. Et glo. super Ecclesiast.42.dicit, nec ætas iuuenilis in doctore despicienda, quem vita & discretio commendat. Imo aliquando iuniores sunt præferendi senioribus,tanquam perspicaciores,ac ad laborem sufferendum magis apti.vt latius alibi dixi. Item si miles vult seruire per substitutũ, debet per aliũ militem,& non per domicellum: & semper substitutus debet esse moribus præditus,& scientia,& peritia eruditus.Ita Bart.in.d.l.1.nu.4.C.de præpositis agenti.in rebus.lib. 12.

b ¶ *Nascidos antes de la caualleria.* Simil. est lex.5. infra eod.& ibi dicam verb. *no gozen.* Otalora de nobilitate.4.part.c.2.nu.1.aliqua notauit.

¶ Le...

lleria, que gozen con aquel mismo cargo que los padres pudieron gozar, y no de otra guisa.

¶ Ley. V. Como los caualleros deuen tener cauallos y armas, y de que quantia, y lo que han de guardar para gozar.

¶ El Rey don Iuã. I. En Zamora

ADDICION.

¶ Acerca desta ley se vea la ley. 1. titul. 1. libro. 6. Recop. por la qual se confirma esta pero en quanto esta dize que el cauallo sea de tres mil marauedis alli se dize q̃ sea el cauallo de valor con que pueda seruir y en quanto a lo que esta ley dize que los de. 40. años no sean obligados por sus personas de yr a la guerra alli se dize que para ser escusado ha de ser de edad de sesenta años.

NVestra merced es que ningunos, ni algunos de los caualleros armados por los reyes nuestros progenitores, o por su mandado, o por nos gozen de los priuilegios de la caualleria, ni de las libertades della, saluo aquellos que continuamente touieren cauallos y armas, y que sean tenidos a nos seruir en las guerras, asi como si de nos ouiessen tierra. Pero los que fueren de quarenta años arriba no sean tenidos de yr por sus personas a la guerra, aun que toda via sean tenidos de mantener cauallos y armas, y embien quien sirua por ellos en la guerra. Otrosi, que cada vno de los dichos caualleros sean tenidos de mantener cauallo de tres mil marauedis, y arnes acabado, en que aya fojas o platas. E otrosi, que sea tenido de mantener mula o haca, y el cauallo y armas que lo tenga continuamente todo el año. Y que de otra guisa no pueda gozar de la caualleria, ni de los priuile-

¶ Lex. V.

